1 *ΜΕΝ.* Ἀλλὰ ὕδωρ μέν σε γίνεσθαι [a]), ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐνάλιόν γε ὄντα, καὶ δένδρον ἔτι φορητόν· καὶ ἐς λέοντα δὲ [b]) ὁπότε [c]) ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως. εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα [d]), τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ.

a) γίνεσθαι] γίγνεσθαι *Schm.* e 3011. b) δὲ] inseruimus cum *Matth.* e Gorl. c) ὁπότε] εἴπως *Schm.* e 2954. εἴπερ *Matth.* e 3011. et Gorl. Non vidi caussam mutandi. d) οἰκοῦντα] σε addit *Schm.* e 3011. quod valde dubito, an auctoris sit.

MENELAI ET PROTEI.

Men. At aquam te fieri, o Proteu, haud improbabile, quippe marinum; et arborem, id quoque ferri potest: quin in leonem quando mutaris, ne id quidem plane extra fidem est: verum, si et ignis fieri possit, qui in mari habitet, id valde admiror, ac minime credo.

ΠΡΩΤ. Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Μενέλαε· γίγνομαι γάρ. p. 298.

MEN. Εἶδον καὶ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς, (εἰρήσεται γὰρ πρὸς σὲ,) γοητείαν τινὰ προσάγειν [e]) τῷ πράγματι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαπατᾷν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς οὐδέν τι τοιοῦτο [f]) γιγνόμενος.

ΠΡΩΤ. Καὶ τίς ἂν ἡ ἀπάτη ἐπὶ τῶν οὕτως ἐναργῶν γένοιτο; p. 299. οὐκ ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες, ἐς ὅσα μετεποίησα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα [g]) ψευδὲς [h]) εἶναι δοκεῖ, καὶ φαντασία [i]) τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, προσένεγκέ [k]) μοι, ὦ γενναιότατε, τὴν χεῖρα· εἴσῃ γὰρ, εἰ ὁρῶμαι μόνον, ἢ καὶ τὸ κάειν [l]) τότε μοι πρόσεστιν.

MEN. Οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα, ὦ Πρωτεῦ.

e) *ἀλλά μοι δοκεῖς — προσάγειν*] ἀλλά μοι εἰρήσεται γὰρ πρὸς σὲ, γοητ. τ. προσάγεις Arg. insignis corruptela. Vocis γοήτειαν, ut in *Hemst. Bip.* et *Schm.* scripta est, accentum mutavimus ad exemplum veterum edd. ubi rectius scripta. f) *οὐδέν τι τοιοῦτον*] Vulg. οὐδὲν τοιοῦτο. *Schm.* οὐδὲν τοιοῦτόν τι e 3011. Hunc nos secuti transposuimus modo τι. g) *πρᾶγμα*] σοι addunt *Schm.* et *Matth.* e cod. 3011. h) *ψευδὲς*] μὲν addideram olim et δὲ post φαντασία, nimium confisus ed. *Hemst.* min., in quam illa nescio, qua via, irrepsere. i) *καὶ φαντασία*] Priorem vulgo omissam cum *Schm.* praemisi e codd. 2954. 3011. Gorl. probante etiam *Jacobsio* in Additt. ad *Goelleri* Edit. *Dionys.* de comp. verb. p. 273. k) *προσένεγκε*] προσένεγκαι 2954. 3011. A. 1. 2. J. V. 2. S. *Schm.* l) *κάειν*] Sic *Hemst.* et *Schm.* cum vetustis edd. idque recte ad praeceptum *Moeridis*, ad quem vid. *Pierson.* p. 231. καεῖν P. κᾴειν 2956. καίειν 3011. Lips. *Hemst.* min.

Pro. Ne mireris, Menelaë: nam ita res est, fio.

Men. Vidi ipse equidem: sed videre mihi, (quod pace tua dictum velim,) praestigias quasdam admovere huic rei, oculosque fallere spectantium, dum ipse nihil tale fis.

Pro. Et quae tandem fallacia in rebus tam manifestis resideat? non tu apertis oculis es contuitus, quas in formas memet ipse conversum fecerim? sin fidem non habes, idque negotium falsum esse videtur, inanis scilicet quaedam species ante oculos consistens, tum tu, ubi ignis factus fuero, admove mihi, vir fortissime, manum: probe scies, videarne solum talis, an facultas etiam urendi tunc mihi adsit.

Men. Non tutum est hoc experimentum, o Proteu.

p. 299. *ΠΡΩΤ.* Σὺ δέ μοι, Μενέλαε [m]), δοκεῖς οὐδὲ πολύπουν [n]) ἑωρακέναι πώποτε, οὐδ᾽ ὃ [o]) πάσχει ὁ ἰχθὺς οὗτος εἰδέναι.

MEN. Ἀλλὰ τὸν μὲν πολύπουν εἶδον. ἃ πάσχει δὲ [p]), ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ.

3 *ΠΡΩΤ.* Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας, καὶ προσφὺς ἔχηται κατὰ τὰς πλεκτάνας [q]), ἐκείνῃ ὅμοιον
p. 300. ἀπεργάζεται ἑαυτὸν, καὶ μεταβάλλει τὴν χρόαν, μιμούμενος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ [r]) τοὺς ἁλιέας, μὴ διαλλάττων, μηδὲ φανερὸς ὢν διὰ τοῦτο, ἀλλ᾽ ἐοικὼς τῷ λίθῳ.

MEN. Φασὶ ταῦτα· τὸ δὲ σὸν πολλῷ παραδοξότερον, ὦ Πρωτεῦ.

ΠΡΩΤ. Οὐκ οἶδα, ὦ Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ [s]) πιστεύσειας, τοῖς σεαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν.

MEN. Ἰδὼν εἶδον· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τεράστιον, τὸν αὐτὸν πῦρ καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι [t]).

m) *Μενέλαε*] ὦ praefigunt 2956. 3011. et hinc *Schm.* n) *πολύπουν*] πολύποδα Gorl. o) ὃ] ἃ 2954. οὐδὲ ἃ 3011. *Schm.* p) *ἃ πάσχει δὲ*] ἃ δὲ πάσχει 3011. et *Schm.* aliena correctio. q) *πλεκτάνας*] πλεκταίνας Lips. r) *ὡς ἂν λάθῃ*] ὡς λανθάνειν 2954. s) *τίνι ἂν ἄλλῳ*] ᾧ τινι ἄλλῳ 2954. t) *γίγνεσθαι*] γίνεσθαι id.

Pro. Tu quidem mihi, Menelaë, videris polypum vidisse nunquam, quaeque hujus piscis sit natura, ignorare.

Men. Imo polypum vidi: at naturam ejus libenter didicerim a te.

Pro. Ad quamcunque petram accesserit, aptaveritque acetabula, et adglutinatus haeserit cirris, illi similem se reddit, mutatoque colore scopulum imitatur, ut fallat piscatores nihil diversus, propterea que nec conspicuus, sed plane similis isti lapidi.

Men. Ista narrant: tuum autem illud multo est incredibilius, Proteu.

Pro. Nescio profecto, Menelaë, cui sis alteri fidem habiturus, quam tuis ipsius oculis denegas.

Men. Videndo sane vidi: sed res est portentosa, idem ut ignis et aqua fiat.

V.

p. 300.

ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΗΣ.

Argum. Narratio de pomo illo aureo, quod Eris in nuptiis Pelei et Thetidis, ad quas ipsa non esset invitata, clam per ostium immisit; unde illae lacrymae! —

ΠΑΝ. Εἶδες, ὦ Γαλήνη, χθὲς, οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις παρὰ 1
τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ [a]) καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ
συμπόσιον;

ΓΑΛ. Οὐ ξυνειστιώμην ὑμῖν ἔγωγε· ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. τί δ᾽ οὖν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα;

ΠΑΝ. Ἡ Θέτις μὲν ἤδη [b]) καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεσαν [c]) ἐς τὸν θάλαμον, ὑπὸ τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος παραπεμφθέντες. ἡ Ἔρις δ᾽ ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πάν-

a) μὴ] omissum in 2956. μοι 3011. vitiose. De vi hujus particulae inprimis contra eos, qui putarunt μὴ nonnunquam pro οὐ poni, disputat *Hermann.* ad *Viger.* p. 774. sq. nostrum quoque locum respiciens. b) μὲν ἤδη] Has particulas interposuimus cum *Schm.* et *Matth.* e cod. 3011. c) ἀπεληλύθεσαν] Hanc formam Ionico-Atticam restituimus auctori e cod. 3011. praeeunte *Matth.* pro vulg. — εισαν. Locis iis, quae *Fischerus* habet ad *Weller.* Vol. II. p. 372. sq. addi ex *Nostro* possunt· κατεληλύθεσαν Necyom. c. 8. παρειστήκεσαν Imagg. c. 14. ἑαλώκεσαν Asin. c. 45. προσῄεσαν Necyom. c. 11. ἀπῄεσαν Asin. c. 21. 23. bis. Alia, ubi libri variant, omitto.

PANOPES ET GALENES.

Pan. Vidistin', Galene, heri, qualia designarit Eris inter coenam in Thessalia, quod non et ipsa fuerit vocata ad convivium?

Gal. Equidem haud una vobiscum fui (*epulabar*): Neptunus enim jussit me, Panope, nullis fluctibus agitatum ac tranquillum interea servare pelagus. Quid ergo fecit Eris, quae non aderat? (*quod non adesset?*)

Pan. Thetis et Peleus abierant in thalamum ab Amphitrite et Neptuno deducti. Eris interim clam om-

p. 301. τας, (ἐδυνήθη δὲ ῥᾳδίως, τῶν μὲν πινόντων, ἐνίων δὲ κροτούντων, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις προςεχόντων τὸν νοῦν,) ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον [d]) μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσοῦν ὅλον, ὦ Γαλήνη· ἐπεγέγραπτο δὲ, Ἡ ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. Κυλινδούμενον δὲ τοῦτο, ὥςπερ ἐξεπίτηδες, ἧκεν [e]) ἔνθα Ἥρα τε, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ
2 κατεκλίνοντο. Κἀπειδὴ ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα, αἱ μὲν Νηρηΐδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν· τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρουσῶν; αἱ δὲ ἀντεποιοῦντο ἑκάστη, καὶ αὐτῆς [f]) εἶναι τὸ μῆλον ἠξίουν [g]). καὶ εἰ μή γε ὁ Ζεὺς διέστησεν αὐτὰς [h]), καὶ ἄχρι χειρῶν ἂν [i]) προὐχώρησε τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐκεῖνος, αὐτὸς μὲν οὐ κρινῶ [k]), φησι, περὶ τούτου, (καίτοι ἐκεῖναι αὐτὸν δικάσαι ἠξίουν [l])) ἄπιτε δὲ ἐς τὴν Ἴδην παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα [m])· ὃς οἶδέ τε διαγνῶναι τὴν

d) συμπόσιον] ξυμπ. *Schm.* e 2956. e) ἧκεν] Ita *Schm.* e 3011. Arg. Lips. pro vulg. ἧκε. f) αὐτῆς] αὑτῆς 3011. *Bel.*, *Schm.* et *Matth.* At cf. simillimum locum Somn. c. 6. ubi αὐτῆς ὄντα nemini in mentem venit mutare, et quae ibid. adnotavi ad c. 9. g) ἠξίουν] ἠξίου 2956. 3011. h) αὐτὰς] Hanc optimam *Hemst.* conjecturam pro vulg. αὐτὸς, quum confirmaverit codex 3011., receperunt recentiores. i) ἂν] e 3011. restituit *Schm.* probante *Belino.* Sed quae mox sequuntur verba προὐχώρησε τὸ πρᾶγμα non debebat *Schmiederus*, eodem codice duce, inverso ordine edere. k) κρινῶ] δικάσω 3011. et hinc *Schm.* et *Matth.* l) καίτοι — ἠξίουν] καίτοι γε ἐκεῖναι ἠροῦντο αὐτὸν δικάσαι 3011. *Schm.* Vulgata retinuit *Matth.*, recepto tamen illinc γε. Bene *Hemst.* vertit. m) παρὰ τὸν Πριάμου παῖδα] παρὰ τὸν Πάριν τ. Π. π. 3011. *Schm.*

nibus (poterat autem facillime, dum hi quidem biberent, illi saltarent, alii vel Apollini citharam pulsanti, vel Musis canentibus adhiberent animum) impulit in convivium malum quam pulcherrimum, aureum totum, Galene: erat insriptum, PULCHRA ACCIPIAT: id autem provolutum quasi de industria pervenit, ubi Juno, Venus et Minerva decumbebant. Tum eo Mercurius sublato postquam perlegit inscripta, nos quidem Nereides conticuimus: quid enim oportebat facere, Deabus praesentibus? at hae sibi quaeque vindicabant, suumque esse malum contendebant: quin etiam, nisi Jupiter diremisset eas, ad manus res pervenisset. Ille tamen, Ipse quidem, inquit, judicium non interponam ea de re; (quanquam hoc ut faceret, istae magno opere la-

καλλίονα [n]), *φιλόκαλος ὢν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνος κρίναι* [o]) p. 30: *κακῶς.*

ΓΑΛ. Τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη;

ΠΑΝ. Τήμερον, οἶμαι [p]), *ἀπίασιν ἐς* [q]) *τὴν Ἴδην, καί τις ἥξει μετὰ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατοῦσαν* [r]).

ΓΑΛ. Ἤδη σοι φημὶ, οὐκ ἄλλη κρατήσει, τῆς Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης, ἢν μή τι πάνυ ὁ διαιτητὴς [s]) *ἀμβλυώττῃ.*

n) *τὴν καλλίονα*] *τὸ κάλλιον* 3011. *Schm.* Corrigendum fortasse *τὴν καλλίω*, ut Dial. sq. in. o) *κρίναι*] *δικάσειε* 3011. *Schm.* p) *Τήμερον, οἶμαι*] *Τήμ. εἶναι* conj. *Hemst.* q) *ἀπίασιν ἐς*] Ita nos cum *Schm.* et *Matth.* e 3011. pro *ἀπίασι πρός.* r) *καί τις — τὴν κρατοῦσαν*] Haec ad *Jensii* probissimam conjecturam emendavimus, quam rationem etiam *Hemst.* jam ipse in versione Lat. secutus est. Olim scilicet haec verba interrogationis nota signata Galenae, et quae sequuntur, Panopae adscribebantur. s) *διαιτητὴς*] *δικαστης* 3011. et modo *ἢν μὴ πάνυ* id. Superius ad pristinam lectionem tuendam *Abresch.* Diluce. Thuc. p. 597. sq. pro *ἤδη σοί φημι* vult aut *ἧδε σοί φημι*, aut *ἤδη σοι ἧδε φημί.*

borarent) abite vero in Idam ad Priami filium, qui certe noverit dignoscere pulchriorem formarum elegans spectator: neque is profecto judicaverit male.

Gal. Quid ergo Deae, Panope?

Pan. Hodie, puto, petunt Idam; et aliquis adfuturus erit mox, qui nuntiet nobis victricem.

Gal. Jam nunc tibi dico, non alia vincet, Venere quidem certante, nisi valde sit arbiter hebeti oculorum acie.

p. 302. VI.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ, ΑΜΥΜΩΝΗΣ, ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

Argum. *Δραμάτιον*, quo raptae per Neptunum Amymones caussa, consilium et ratio agitur.

1 *ΤΡΙΤ.* *Ἐπὶ τὴν Λέρναν, ὦ Πόσειδον, παραγίγνεται* [a]) *καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη* [b]) *παρθένος, πάγκαλόν τι χρῆμα· οὐκ οἶδα ἔγωγε καλλίω παῖδα ἰδών.*

ΠΟΣ. *Ἐλευθέραν τινὰ, ὦ Τρίτων, λέγεις, ἢ θεράπαινά τις ὑδροφόρος ἐστίν;*

ΤΡΙΤ. *Οὔμενουν* [c])· *ἀλλὰ τοῦ Δαναοῦ ἐκείνου* [d]) *θυγάτηρ, μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτὴ, Ἀμυμώνη τοὔνομα· ἐπυθόμην γὰρ, ἥτις καλοῖτο* [e]), *καὶ τὸ γένος. ὁ Δαναὸς δὲ*
p. 303. *σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει, καὶ*

a) *παραγίγνεται*] *παραγίνεται* 3011. b) *ὑδρευσομένη*] *ὑδρευομένη* id. c) *Οὔμενουν*] *Οὐ μὲν οὖν* in Arg et Lips. d) *τοῦ Δαναοῦ ἐκείνου*] *τοῦ αἰγυπτίου ἐκ.* 3011. unde *Belinus* temere vult scribi *τοῦ Δαναοῦ, τοῦ Αἰγυπτίου ἐκ.* e) *ἥτις καλοῖτο*] *καλεῖτο* Lips. *καλεῖται* 3011. quod *Belino* probatum recepit *Schm.* At vid. Diall. Deor. XXV, 1. *οὐκ εἶχεν ὅ,τι χρήσαιτο αὐτοῖς.* Ibid. XVII, 1. *οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο*, ibique Varr. Lectt.

TRITONIS, AMYMONES ET NEPTUNI.

Tri. Ad Lernam, Neptune, accedit quotidie aquatum virgo, res plane pulcherrima: haud equidem scio formosiorem me puellam vidisse.

Nep. Ingenuamne dicis, Triton, an famula quaedam est ad aquam ferendam?

Tri. Nequaquam; sed Danai istius filia, una quinquagenarum et ipsa, Amymone nomine: sciscitatus enim sum et quomodo vocetur, et genus. Danaus autem durius habet filias, et ad opus suis manibus faciundum instituit, atque etiam mittit

πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσομένας [f]), καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παιδεύει p. 303.
ἀόκνους εἶναι αὐτάς.

ΠΟΣ. Μόνη δὲ παραγίνεται μακρὰν οὕτω τὴν ὁδὸν ἐξ 2
Ἄργους ἐς Λέρναν;

ΤΡΙΤ. Μόνη· πολυδίψιον δὲ τὸ Ἄργος, ὡς οἶσθα· ὥστε ἀνάγκη ἀεὶ ὑδροφορεῖν.

ΠΟΣ. Ὦ Τρίτων, οὐ μετρίως με διετάραξας εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός [g])· ὥστε ἴωμεν ἐπ' [h]) αὐτήν.

ΤΡΙΤ. Ἴωμεν· ἤδη γὰρ καιρὸς τῆς ὑδροφορίας. καὶ σχεδόν που κατὰ μέσην τὴν ὁδόν ἐστιν ἰοῦσα ἐς τὴν Λέρναν.

ΠΟΣ. Οὐκοῦν ζεῦξον τὸ ἅρμα· ἢ [i]) τοῦτο μὲν πολλὴν ἔχει τὴν διατριβήν, ὑπάγειν τοὺς ἵππους τῇ ζεύγλῃ, καὶ τὸ ἅρμα ἐπισκευάζειν· σὺ δὲ ἀλλὰ δελφῖνά μοι τινὰ τῶν ὠκέων παράστησον· ἐφιππάσομαι [k]) γὰρ ἐπ' αὐτοῦ τάχιστα.

ΤΡΙΤ. Ἰδού σοι οὑτοσὶ ὁ δελφίνων ὠκύτατος. p. 304.

ΠΟΣ. Εὖγε· ἀπελαύνωμεν· σὺ δὲ παρανήχου, ὦ Τρίτων. κᾀπειδὴ [l]) πάρεσμεν ἐς τὴν Λέρναν, ἐγὼ μὲν λοχήσω

f) ἀρυσομένας] ἀρυομένας 3011. Pro τε *Hemst.* maluit γε.
g) εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός] τὰ περὶ τ. π. εἰπὼν 3011.
h) ἐπ'] πρὸς id. multo pejus, quam ut praeplacere deberet *Belino.* i) ἢ] ἢ εἰ conj. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 172. sq. minime ferenda. k) ἐφιππάσομαι] ἀφιππάσομαι 3011.
l) κᾀπειδὴ] vel κᾀπεὶ δή, vel κᾀπειδὴ ἤδη vult *Abresch.* l. c. argutiae merae.

aquam hausturas: ad cetera porro ministeria condocefacit, ut impigrae sint.

Nep. Solane conficit tam longum iter Argis ad Lernam?

Tri. Sola: valde autem siticulosum est Argos, ut nosti: atque adeo necesse est semper aquam eo ferre.

Nep. Non tu, Triton, mediocriter me conturbasti, cum persecutus es, quae spectant ad puellam: quare adeamus ad eam.

Tri. Eamus: jam enim tempus est aquationis; et fere, ni fallor, in media versatur via petens Lernam.

Nep. Itaque junge currum: aut illud quidem longam habet moram, subdere equos jugo, et currum apparare: quin tu potius delphinum mihi aliquem ex velocioribus adducito: equitans enim in eo provehar celerrime.

Tri. Ecce tibi istum delphinorum ocyssimum.

Nep. Bene: avehamur; tu vero juxta adnata, Triton. Postquam pervenerimus ad Lernam, ego insidiabor isto

p. 304. ἐνταῦθά που, σὺ δ' [m]) ἀποσκόπει· ὁπότ' ἂν αἴσθῃ προσιοῦσαν αὐτήν. . . .

ΤΡΙΤ. Αὕτη σοι πλησίον.

3 ΠΟΣ. Καλὴ, ὦ Τρίτων, καὶ ὡραία παρθένος· ἀλλὰ συλληπτέα ἡμῖν ἐστιν.

ΑΜ. Ἄνθρωπε, ποῖ με ξυναρπάσας ἄγεις; ἀνδραποδιστής τις [n]) εἶ, καὶ ἔοικας ἡμῖν ὑπ' [o]) Αἰγύπτου τοῦ θείου ἐπιπεμφθῆναι [p])· ὥστε βοήσομαι [q]) τὸν πατέρα.

ΤΡΙΤ. Σιώπησον, ὦ Ἀμυμώνη, Ποσειδῶν ἐστι.

ΑΜ. Τί Ποσειδῶν λέγεις; τί βιάζῃ [r]) με, ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἐς τὴν θάλατταν καθέλκεις; ἐγὼ δὲ ἀποπνιγήσομαι ἡ ἀθλία καταδῦσα.

ΠΟΣ. Θάῤῥει, οὐδὲν δεινὸν οὐ μὴ [s]) πάθῃς· ἀλλὰ καὶ
p. 305. πηγὴν ἐπώνυμόν σοι ἀναδοθῆναι ἐάσω [t]) ἐνταῦθα, πατάξας τῇ τριαίνῃ τὴν πέτραν πλησίον τοῦ κλύσματος· καὶ σὺ εὐδαί-

m) σὺ δ'] Vulg. σύδ', vitium frequens, alibi etiam majoris momenti. n) τις] cum *Schm.* adjecimus e 3011. o) ὑπ'] Sic dudum de meo scripseram: habet ὑπ' etiam cod. 2956. quam lectionem, ut non paucas alias bonas, tacuit *Schmiederus*. Vulg. ἀπ', non bene conveniens. p) ἐπιπεμφθῆναι] ὑποπεμφθ. *Schm.* e 3011. Vid. ad Diall. Deor. III. q) βοήσομαι] βοήσαιμι 3011. r) βιάζῃ] βιάζει vel βιάζεις conjecit *Belinus*, βιάζῃ scilicet pro Subjunctivo habens. s) οὐ μὴ] conj. *Hemst.* quam cod. 3011. confirmavit et *Schm.* recepit. In Fl. et Arg. μή. Vulgo utraque particula omissa. t) ἐάσω] ποιήσω conj. *Hemst.* quam confirmare videtur eadem lectio in 3011. *Schmiederus* secutus.

fere loco: tu prospecta; cumque senseris adventantem illam. . . .

Tri. Haec ipsa tibi prope adest.

Nep. Pulchra, Triton, et florens virgo: omnino comprehendenda nobis est.

Amy. Mi homo, quo me correptam ducis? plagiarius es, et videris in nos ab Aegypto patruo immissus esse: quare invocabo patrem.

Tri. Tace, Amymone: Neptunus hic est.

Amy. Quid mihi Neptunum dicis? quid vim adfers mihi, homo, inque mare detrahis? misera suffocabor demersa.

Nep. Bonum animum habe: nullum incommodum patieris: imo etiam fontem tui nominis emicare faciam ibi, percussa tridente hac

μων ἔσῃ, καὶ μόνη τῶν ἀδελφῶν οὐχ ὑδροφορήσεις ἀποθανοῦσα. p. 305.

petra, prope maris aestum: tu vero felix eris, sororumque sola non feres aquam mortua.

VII.

ΝΟΤΟΥ ΚΑΙ ΖΕΦΥΡΟΥ.

Argum. Colloquuntur duo Venti de Ius vaccae itinere maritimo, et mutatione in Isidem, modo in litore Aegyptiaco peracta. Facetiarum plenus dialogus, quasi additamentum ad Dialogum Deorum tertium, quicum conferri potest.

ΝΟΤ. Ταύτην, ὦ Ζέφυρε, τὴν δάμαλιν, ἣν διὰ τοῦ πελά- 1
γους ἐς Αἴγυπτον ὁ Ἑρμῆς ἄγει, ὁ Ζεὺς διεκόρησεν ἁλοὺς ἔρωτι;

ΖΕΦ. Ναὶ, ὦ Νότε· οὐ δάμαλις δὲ τότε, ἀλλὰ παῖς ἦν τοῦ ποταμοῦ Ἰνάχου [a]*)· νῦν δὲ ἡ Ἥρα τοιαύτην ἐποίησεν αὐτὴν ζηλοτυπήσασα, ὅτι καὶ πάνυ ἑώρα ἐρῶντα τὸν Δία.*

ΝΟΤ. Νῦν οὖν ἔτι ἐρᾷ τῆς βοός [b]*);*

ΖΕΦ. Καὶ μάλα· καὶ διὰ τοῦτο ἐς Αἴγυπτον αὐτὴν ἔπεμ-

a) *τοῦ ποταμοῦ Ἰνάχου*] *τοῦ ποτ. θυγάτηρ Ἰν.* 2954. 3011 *Schm.* ineptum additamentum. b) *Νῦν — βοός*] Haec in A. 1. et 2. Zephyro adscripta una cum sequentibus. Omnino per totum dialogum in illis Edd. magna deprehenditur personarum confusio.

NOTI ET ZEPHYRI.

Not. Illam ergo, Zephyre, juvencam, quam per pelagus in Aegyptum Mercurius ducit, Jupiter vitiavit amore captus?

Zeph. Ita est, Note: neque tunc tamen erat juvenca, sed filia fluvii Inachi: nunc Juno talem fecit eam, aemulatione fervida, quod vehementer videret amare Jovem. (*amari a Jove.*)

Not. Igitur etiam nunc amat illam vaccam?

Zeph. Plane: ideoque in Aegyptum eam misit, ac no-

p. 305. ψε· καὶ ἡμῖν προςέταξε μὴ κυμαίνειν τὴν θάλασσαν [c]) ἔστ' ἂν διανήξηται, ὡς ἀποτεκοῦσα ἐκεῖ, (κύει δὲ [d]) ἤδη,) θεὸς γένοιτο [e]) καὶ αὐτὴ, καὶ τὸ τεχθέν.

2 *NOT.* Ἡ δάμαλις θεός;

p. 306. *ZEΦ.* Καὶ μάλα, ὦ Νότε· καὶ ἄρξει γὰρ, ὡς [f]) ὁ Ἑρμῆς ἔφη, τῶν πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἔσται δέσποινα [g]), ὅν τινα ἂν ἡμῶν ἐθελήσῃ [h]) ἐκπέμψαι, ἢ κωλύσαι ἐπιπνεῖν.

NOT. Θεραπευτέα τοιγαροῦν, ὦ Ζέφυρε, ἤδη δέσποινά γε [i]) οὖσα·

ZEΦ. Νὴ Δία, εὐνουστέρα γὰρ οὕτως ἂν γένοιτο [k]). Ἀλλ' ἤδη γὰρ διεπέρασε [l]), καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν. ὁρᾷς ὅπως [m]) οὐκέτι μὲν τετραποδιστὶ βαδίζει, ἀνορθώσας δ' αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς γυναῖκα παγκάλην αὖθις ἐποίησε;

c) θάλασσαν] θάλατταν 3011. *Schm.* d) δὲ] γὰρ 2954. 3011. *Bel. Schm.* perperam. Vid. ad Somn. c. 11. e) γένοιτο] γίνεται 2954. καὶ θεὸς γένοιτο 3011. *Belinus* maluit γένηται, pessime, vel ἂν γένοιτο, rectius quidem, sed sine idonea caussa. Deor. Diall. XXII, 2. ὡς λάθοι, sine ἄν. pariter infra XI, 1. ὡς ἀπόσχοιτο, et XII, 1. ὡς ἀπόλοιτο. f) καὶ ἄρξει γὰρ, ὡς] Sic *Schm.* e 2954. 3011. pro vulg. ἄρξει τε, ὁ Ἑρμ. etc. g) δέσποινα] δέσποτις iidem codd. h) ἐθελήσῃ] Sic scripsimus pro vulg. ἐθέλῃ. *Schm.* ἐθελήσοι e 2954. et 3011. ubi etiam καὶ ante ὅν τινα. i) ἤδη δέσποινά γε] ἤδη δὲ δεσποτίς γε 2954. 3011. k) Νὴ Δία, — γένοιτο] vulgo Noto adscripta *Hemsterhusius* ad Zephyrum referenda ratus vulgatam tamen rationem in textu retinuit. *Schmiederus* mutata ratione insuper οὕτως ἂν recepit e codd. 2954. 2956. 3011. quum ἂν in Edd. vetustis male desit. l) διεπέρασε] γε addunt 2954. 3011. male. m) ὅπως] ὅτι iidem.

bis praecepit, ne fluctibus agitaremus mare, donec transnarit, ut partum ibi enixa (uterus enim jam tumet) Dea fiat tum ipsa, tum quod natum erit.

Not. Haec juvenca ut Dea fiat?

Zeph. Omnino, Note: et praeerit, ut Mercurius narravit, navigantibus, nosque erimus in ejus potestate, ut quemcunque nostrûm voluerit, emittat, aut prohibeat flare.

Not. Colenda igitur, o Zephyre, jam quippe domina.

Zeph. Profecto: magis enim benevola nobis ita reddatur. At ecce jam trajecit, atque evasit in terram: viden', ut non amplius quadrupedis more incedat, sed eam erectam Mercurius mulierem pulcherrimam iterum effecerit?

NOT. Παράδοξα γοῦν ταῦτα[n]), ὦ Ζέφυρε· οὐκ ἔτι p. 306.
τὰ[o]) κέρατα, οὐδὲ οὐρὰ, καὶ διχηλὰ τὰ σκέλη, ἀλλ' ἐπέρα- p. 307.
στος κόρη. ὁ μέντοι Ἑρμῆς τί παθὼν μεταβέβληκεν ἑαυτὸν[p]), καὶ ἀντὶ νεανίου κυνοπρόσωπος γεγένηται;

ΖΕΦ. Μὴ πολυπραγμονῶμεν, ὅτε[q]) ἄμεινον ἐκεῖνος οἶδε τὰ πρακτέα.

n) *ταῦτα*] ὁρᾷ ταῦτα P. o) *τὰ*] abest a 2954. 3011. p) *μεταβ. ἑαυτ.*] ἐξαίφνης δὴ praemisit 2954. quod probat *Belinus*, abjecto tamen δή. q) *ὅτε*] ὅτι 2954. 3011. *Schm.* Iidem codd. exhibent τὸ πρακτέον et inverso ordine ἐκεῖνος ἄμεινον.

Not. Mirabilia sane sunt ista, Zephyre: abierunt cornua, cauda, bifidi pedes: contra amabilis est virgo. Atqui Mercurius quid est, quod semet mutarit, et pro juvene caninam faciem sumserit?

Zeph. Ne curiosius inquiramus; quandoquidem melius ille sciverit, quid sit faciundum.

VIII.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΕΛΦΙΝΩΝ[a]).

Argum. Laudantur a domino suo Neptuno cum omnino Delphines, quod benefaciant hominibus, tum unus eorum, quod Arionem citharoedum conservaverit. Finxit hunc dialogum *Lucianus* e fabula illa pulcherrima, quam nec *Herodotus* narrare dedignatus est L. I. c. 23., unde eam vertit *A. Gellius* NN. AA. XVI, 19. Cf. *Ovid.* Fast. II, 83. sq. et *Aelian.* Hist. Animm. XII, 45.

ΠΟΣ. Εὖγε, ὦ Δελφῖνες, ὅτι ἀεὶ φιλάνθρωποί ἐστε· καὶ 1
πάλαι μὲν τὸ τῆς Ἰνοῦς παιδίον ἐπὶ[b]) τὸν Ἰσθμὸν ἐκομίσατε,

a) *ΔΕΛΦΙΝΩΝ*] Δελφὶς καὶ Ἀρίων καὶ Ποσειδῶν 2954. b) *ἐπὶ*] εἰς 3011.

NEPTUNI ET DELPHINUM.

Nep. Recte vero, Delphines, quod semper amantes sitis hominum; etenim olim Inus filium ad Isthmum de-

p. 307. ὑποδεξάμενοι [c]) ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων [d]) μετὰ τῆς μητρὸς
p. 308. ἐμπεσόν· καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρῳδὸν τοῦτον [e]) τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβὼν, ἐξενήξω ἐς Ταίναρον αὐτῇ σκευῇ [f]), καὶ κιθάρᾳ· οὐδὲ περιεῖδες κακῶς ὑπὸ τῶν ναυτῶν ἀπολλύμενον.

ΔΕΛΦ. Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Πόσειδον, εἰ τοὺς ἀνθρώπους εὖ ποιοῦμεν, ἐξ ἀνθρώπων γε καὶ αὐτοὶ ἰχθύες γενόμενοι.

ΠΟΣ. Καὶ μέμφομαί γε [g]) τῷ Διονύσῳ, ὅτι ὑμᾶς καταναυμαχήσας [h]) μετέβαλε, δέον χειρώσασθαι μόνον, ὥσπερ τοὺς ἄλλους ὑπηγάγετο. πῶς δ᾽ οὖν [i]) τὰ κατὰ τὸν Ἀρίονα τοῦτον ἐγένετο, ὦ Δελφίν;

2 ΔΕΛΦ. Ὁ Περίανδρος, οἶμαι, ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ἐπὶ τῇ τέχνῃ [k]). ὁ δὲ πλουτήσας παρὰ τοῦ τυράννου ἐπεθύμησε, πλεύσας οἴκαδε ἐς τὴν Μήθυ-
p. 309. μναν, ἐπιδείξασθαι τὸν πλοῦτον· καὶ ἐπιβὰς πορθμείου τινὸς

c) ὑποδεξάμενοι] δεξάμενοι id. d) Σκιρωνίδων] Σκειρωνίδων id. forma *Straboni* solita. e) τοῦτον] τουτονὶ *Schm.* e 2954. f) αὐτῇ σκευῇ] φέρων excidisse suspicatur *Hemst.* g) Καὶ μέμφομαί γε] „Haec, omisso Neptuni nomine, praecedentibus adnectuntur in P. ideoque mox in eodem: ὅτι ἡμᾶς κατ." *Hemst.* Ita etiam Gorl. h) καταναυμαχήσας] καὶ κατεναυμάχησε καὶ 2954. 3011. Gorl. i) πῶς δ᾽ οὖν] „Πο. Πῶς δ᾽ οὖν P. L. (Gorl.) pariter C. sed neglecto Πο. quod secuti sumus: priores edd. ὅπως γοῦν", *Hemst.* Secutus *Schm.* In cod. 2956. πῶς γοῦν. k) ἐπὶ τῇ τέχνῃ] addunt καὶ πολλὰ ἐδωρήσατο 2954. 3011. *Schm. Matth.*

tulistis exceptum, cum a Scironiis saxis cum matre incideret in mare; tuque nunc citharoedum illum ex Methymna (*Methymnaeum*) postquam dorso sublevasses cum ipso habitu citharoedico et cithara, enatasti ad Taenarum, neque neglexisti male nautarum scelere pereuntem.

Del. Ne mireris, Neptune, si hominibus benefacimus, ex hominibus quippe ipsi in pisces versi.

Nep. Imo equidem accuso Bacchum, qui vobis proelio navali victis formam mutavit, cum decuisset in potestatem redigere tantum, quo pacto alios sibi subjecit. At quomodo, quae ad Arionem istum spectant, sunt facta, Delphin?

Del. Periander, opinor, delectabatur eo, et saepius arcessebat ob artis excellentiam: hunc autem nactum a tyranno divitias desiderium cepit domum redeundi Methymnam ad ostentandas opes. Quare conscensa vecto-

κακούργων ἀνδρῶν, ὡς ἔδειξε πολὺν ἄγων χρυσὸν, καὶ ἄργυ- p. 309.
ρον, ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγαῖον [l]) ἐγένοντο, ἐπιβουλεύουσιν αὐτῷ οἱ ναῦται. ὁ δὲ (ἠκροώμην γὰρ ἅπαντα παρανέων τῷ σκάφει) ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται, ἔφη, ἀλλὰ τὴν σκευὴν ἀναλαβόντα με, καὶ ᾄσαντα θρῆνόν τινα ἐπ᾿ ἐμαυτῷ, ἑκόντα ἐάσατε ῥίψαι ἐμαυτόν. ἐπέτρεψαν οἱ ναῦται, καὶ ἀνέλαβε τὴν σκευὴν, καὶ ᾖσε πάνυ λιγυρόν [m])· καὶ ἔπεσεν εἰς [n]) τὴν θάλατταν, ὡς αὐτίκα πάντως ἀποθανούμενος. ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν, καὶ ἀναθέμενος αὐτὸν, ἐξενηξάμην ἔχων [o]) εἰς Ταίναρον.

ΠΟΣ. Ἐπαινῶ σε [p]) τῆς φιλομουσίας [q])· ἄξιον γὰρ τὸν μισθὸν ἀποδέδωκας [r]) αὐτῷ τῆς ἀκροάσεως.

l) *τὸ Αἰγαῖον*] *τὸν Αἰγ.* 2954. Deinceps *ἐγένοντο* habent F. J. V. 2. Arg. Lips. ceterae *ἐγένετο*. Illud praeferendum duxit *Hemst.* et receperunt recentt. m) *λιγυρόν*] cum *Schm.* et *Matth.* recepimus e codd. 2954. 3011. n) *εἰς*] *ἐς* 2956. *Schm.* o) *ἔχων*] *ὀχῶν* conj. *Koen.* ad *Gregor. Cor.* p. 170. *Schaefer.* p) *σε*] interposuimus cum *Schm.* et *Matth.* e 3011. Conjecerat jam *Hemst.* q) *φιλομουσίας*] *φιλοτιμίας* F. notatumque in marg. A. 1. W. q) *ἀποδέδωκας*] *ἀπέδωκας* 2954. Gorl.

ria navicula maleficorum hominum, ut prae se tulit multum ferre se auri et argenti, ubi medium Aegaeum tetigerunt, insidiantur ipsi nautae. Tum ille, (auscultabam enim omnia adnatans navigio) quandoquidem id vobis constitutum est, inquit, at ornatu sumto, decantatoque lesso sponte sinite me projicere memet ipsum: mox citharoedi habitum indutus cecinit admodum argute, ceciditque in mare, quasi statim plane periturus. Ego autem susceptum impositumque dorso ferens enatavi ad Taenarum.

Nep. Equidem laudo te ob studium illud musices: dignam enim mercedem reddidisti ipsi auditae cantionis.

p. 310.

IX.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ [a]).

Argum. Miseret Neptunum Helles, misere in mare demersae, et praedicit justam Inus novercae poenam, quam quatenus illi sublevare fas sit, disserunt rex ponti et Nereides.

1 ΠΟΣ. Τὸ μὲν στενὸν τοῦτο, ἔνθα [b]) ἡ παῖς κατηνέχθη, p. 311. Ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω. τὸν δὲ νεκρὸν ὑμεῖς, ὦ Νηρηΐδες, παραλαβοῦσαι [c]) τῇ Τρῳάδι προσενέγκατε, ὡς ταφῇ [d]) ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων.

ΑΜΦ. [e]) Μηδαμῶς, ὦ Πόσειδον· ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ [f]) πελάγει τεθάφθω· ἐλεοῦμεν γὰρ αὐτὴν οἴκτιστα ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς πεπονθυῖαν.

ΠΟΣ. Τοῦτο μὲν, ὦ Ἀμφιτρίτη, οὐ θέμις. οὐδ' ἄλλως καλὸν ἐνταῦθά που κεῖσθαι ὑπὸ τῇ ψάμμῳ αὐτὴν, ἀλλ' ὅπερ

a) *ΝΗΡΗΙΔΩΝ*] „Ita omnes Edd. excepta J. ubi *Ἀμφιτρύτης*· repositum hoc etiam in A. 1. W." *Hemst.* b) *ἔνθα*] Ita nos scripsimus e codd. 1428. 2954. 3011. et Gorl. pro ἐς ὅ, quod glossema videbatur. Contrarium placuit *Belino.* c) *παραλαβοῦσαι*] ἀναλαβ. 1428. d) *ταφῇ*] Ita ex emendatione *Matth.* pro soloeco *ταφείη.* e) *ΑΜΦ.*] Ita *Wiel. Schm. Matth.* pro vulg. *ΝΗΡ.* Amphitrites nomen etiam in A. 2. notatum reperio per totum dialogum, ubi in reliquis *Νηρ.* notatur. f) *ἐπωνύμῳ*] ὁμωνύμῳ 1428.

NEPTUNI ET NEREIDUM.

Nep. Fretum illud angustum, quo puella delapsa est, Hellespontus ab ea vocetur; cadaver autem vos, Nereides, acceptum ad Troadem deferte, ut sepeliatur a regionis incolis.

Amph. Neutiquam, Neptune; verum hoc ipso in pelago, cui nomen dedit, sepeliatur: miseret enim nos ejus, quae miseranda fuit a noverca passa.

Nep. Id quidem, Amphitrite, fas non est: neque porro decorum isthic alicubi jacere eam sub arena: sed, quod dixi, in Troade

ἔφην [g]) ἐν τῇ Τρῳάδι ἢ [h]) ἐν τῇ Χεῤῥονήσῳ τεθάψεται. ἐκεῖ- p. 312.
νο δὲ παραμύθιον οὐ μικρὸν [i]) ἔσται αὐτῇ, ὅτι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ καὶ ἡ Ἰνὼ πείσεται, καὶ ἐμπεσεῖται ὑπὸ τοῦ Ἀθάμαντος διωκομένη εἰς [k]) τὸ πέλαγος, ἀπ' ἄκρου τοῦ Κιθαιρῶνος, καθόπερ [l]) καθήκει ἐς τὴν θάλασσαν, ἔχουσα καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς ἀγκάλης [m]).

ΑΜΦ. [n]) Ἀλλὰ κἀκείνην σῶσαι δεήσει, χαρισαμένους [o]) τῷ Διονύσῳ· τροφὸς γὰρ αὐτοῦ καὶ τίτθη ἡ Ἰνώ [p]).

ΠΟΣ. [q]) Οὐκ ἐχρῆν οὕτω πονηρὰν οὖσαν· ἀλλὰ τῷ 2
Διονύσῳ ἀχαριστεῖν, ὦ Ἀμφιτρίτη, οὐκ ἄξιον. p. 313.

ΝΗΡ. Αὕτη δὲ ἄρα τί παθοῦσα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κριοῦ; ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρίξος [r]) ἀσφαλῶς ὀχεῖται;

g) ἔφην] Ita G. P. J. V. 2. S. A. marg. A. 1. W. Arg. Lips. *Hemst.* et recentt. In ceteris ἔφης. h) ἢ] interposuit *Hemst.* e G. P. in ceteris omissum. i) οὐ μικρὸν] Ita *Hemst.* e G. P. nec non 1428. ubi tamen mox ταύτῃ. Olim verba illa defuerant. k) εἰς] ἐς 1428. 2956. 3011. *Schm.* l) καθόπερ] καθάπερ 2954. Arg. m) ἀγκάλης] κεφαλῆς 1428. n) *ΑΜΦ.*] Vulg. *Νηρ.* In 2954. 3011. *Schm. Matth.* verba: Ἀλλὰ — Διονύσῳ nulla personae notatione Neptuno tribuuntur. o) χαρισαμένους] Sic *Hemst.* e G. P. L. marg. A. 1. W. In prioribus χαρισάμενος. *Schm.* χαρισομένους e 2954. modo σῶσαι δέει in 1428. p) τροφὸς γὰρ — ἡ Ἰνώ] Pro his in 1428. vitiosissime legitur: πρότερον γὰρ νότου (*Belinus* vult νόθον) κατέθυεν ἡ Ἰνώ. Quae quomodo *Belinus* pro Scholio sequentium verborum habere potuerit, admodum mireris. Pro τίτθη in 3011. τηθὺς et in A. 2. τηθίς. q) *ΠΟΣ.*] Verba: Οὐκ ἐχρῆν — οὖσαν in codd. 1428. 2954. 3011. Nereidi vel Amphitritae tribuuntur, probante *Belino*, qui antecedentia: Ἀλλὰ — Ἰνώ a Neptuno dici vult, et eidem adscribit, quae tum sequuntur: ἀλλὰ τῷ Δ. — ἄξιον. r) Φρίξος] Sic 1428. 2954. 2956. 3011. et *Schm.* secundum constantem *Apollodori*,

aut Chersoneso mox sepulturae mandabitur: id autem solatium erit ipsi non mediocre, quod post paullo eadem et Ino patietur, praecepsque cadet ab Athamante fugata in pelagus ex summo Cithaerone, qua parte protenditur ad mare, gerens praeterea filium in ulnis.

Amph. Sed illam quoque servare nos oportebit, gratificantes Baccho: nam nutrix praebuit illi mammas Ino.

Nep. Haud oportebat tam malam: sed Baccho gratiam illam negare, Amphitrite, non aequum est.

Ner. Helle vero, quî factum est, ut deciderit ab ariete, cum frater ejus Phrixus absque periculo vehatur?

p. 313. *ΠΟΣ.* Εἰκότως· νεανίας γάρ, καὶ δυνατὸς [s]) ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν· ἡ δὲ ὑπὸ [t]) ἀηθείας ἐπιβᾶσα ὀχήματος παραδόξου, καὶ ἀπιδοῦσα [u]) ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα συσχεθεῖσα [x]), καὶ ἰλιγγιάσασα [y]) πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ,
p. 314. ὧν τέως ἐπείληπτο [z]), καὶ κατέπεσεν ἐς τὸ πέλαγος.

ΝΗΡ. Οὔκουν [a]) ἐχρῆν τὴν μητέρα τὴν Νεφέλην βοηθῆσαι [b]) πιπτούσῃ;

ΠΟΣ. Ἐχρῆν· ἀλλ᾽ ἡ Μοῖρα πολλῷ τῆς Νεφέλης [c]) δυνατωτέρα.

Eratosthenis, *Palaephati* et Latinorum scriptorum rationem scribendi, a qua tamen h. l. recedentes Edd. veteres dederunt Φρύξος, quemadmodum etiam *Schol. Aristoph.* Nub. v. 258. Deinceps pro ἀσφαλῶς in codd. 2954. 2956. 3011. καλῶς, quod *Belino* glossema esse videtur. Imo contrarium rectius fortasse statuas. s) δυνατὸς] Ita cum *Schm.* rescripsimus e codd. G. P. L. Gorl. et tribus Pariss. pro vulg. δύναται. t) ὑπὸ] ὑπ᾽ 2954. 3011. 1428. u) ἀπιδοῦσα] ἀπιοῦσα 2956. κἀπιδοῦσα 3011. x) συσχεθεῖσα] Ita, praeeunte *Schm.* edidimus e 1428. 2956. 3011. G. P. A. 1. W. pro vulg. σχεθεῖσα. Male *Belinus* conj. συγχυθεῖσα. Pro θάμβει in G. 1428. 2956. legitur θάλπει, quod *Hemst.* in versione reddidit, in textum tamen non recepit. y) ἰλιγγιάσασα] Ita cum simplici λ scripsit verbum *Hemst.* haud dubie recte ad etymologiam: est enim ab ἐλίσσειν s. ἱλίσσειν. Reliquae edd., in his etiam *Schm.* ἰλλιγγ. z) ἐπείληπτο] Sic *Hemst.* et recentt. e P. marg. A. 1. W. pro vulg. ἀπέλειπτο. a) Οὔκουν] Sic emendavimus vulgatum Οὐκοῦν, quemadmodum etiam Diall. Deor. I, 1. Cf. ad Diall. Deor. XIII, 1. b) βοηθῆσαι] cum *Matth.* recepi e codd. 1428. 3011. 2954. pro vulg. βοηθεῖν. c) πολλῷ τῆς Νεφ.] τῆς Νεφέλης πολλῷ *Schm.* e 1428. 2954. 3011. In cod. 2956. πολὺ pro πολλῷ.

Nep. Et merito quidem: nam juvenis est, ac potest sustinere se adversus motus celeritatem: illa autem prae insolentia, cum inscendisset vehiculum prorsus inusitatum, et prospectasset in profundum immense patens, obstupefacta, aestuque simul aëris (*stupore*) correpta, et vertigine ex violentia volatus, e manibus amisit arietis cornua, quae hactenus prehensa tenuerat, et defluxit in mare.

Ner. Non oportebat matrem Nephelen auxilium ferre cadenti?

Nep. Oportebat: sed fatum multo Nephele potentius.

X. p. 314.

ΙΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

Argum. Jussu Jovis et sub auspiciis Neptuni errans in mari insula figitur Delus, ubi tuto fetum parere possit Latona.

ΙΡΙΣ. Τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, τὴν [a]) ἀποσπασθεῖσαν τῆς Σικελίας, ἣν [b]) ὕφαλον ἔτι νήχεσθαι [c]) συμβέβηκε, ταύτην, φησὶν ὁ Ζεὺς, στῆσον ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποίησον ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένειν, στηρίξας πάνυ ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς.

ΠΟΣ. Πεπράξεται ταῦτα [d]), ὦ Ἶρι. τίνα δὲ ὅμως παρ- p. 315.
έξει αὐτῷ τὴν χρείαν ἀναφανεῖσα, καὶ μηκέτι πλέουσα;

ΙΡΙΣ. Τὴν Λητὼ ἐπ' αὐτῆς δεῖ ἀποκυῆσαι· ἤδη γὰρ [e]) πονήρως ὑπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει.

ΠΟΣ. Τί οὖν; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐντεκεῖν; εἰ δὲ μὴ

a) τὴν] vulgo omissum adjecimus cum *Schm.* et *Matth.* e G. 1428. 3011. b) ἣν] Hanc *Solani* conj. confirmavit codex 2954. et recepit *Matth.* c) ἔτι νήχεσθαι] Ita reposuimus pro vulg. ἐπινήχεσθαι. Vid. ad Diall. Deor. XVIII. extr. d) ταῦτα] Ita *Schm.* et *Matth.* e 1428. 2956. 3011. pro vulg. τοῦτο. e) γὰρ] δὲ 2954. 3011.

IRIDIS ET NEPTUNI.

Ir. Insulam istam errantem, Neptune, quae avulsa a Sicilia, tecta fluctu adhuc natat: eam ipsam, ait Jupiter, e vestigio constitue, inque lucem profer, et fac jam ut conspicua in Aegaeo medio stabilisque maneat, firmata immotis radicibus: non enim nullus erit ejus usus.

Nep. Jamjam factum erit, Iri: veruntamen quem praebebit ipsi usum in lucem educta, neque amplius innatans?

Ir. Latonam in ea insula oportet partum deponere: jam nunc enim male a doloribus habet.

Nep. Quid ergo? non idoneum est coelum, in quo pa-

p. 315. οὗτος, ἀλλά γε πᾶσα ἡ γῆ οὐκ ἂν ὑποδέξασθαι δύναιτο τὰς αὐτῆς γονάς[f]);

ΙΡΙΣ. Οὐκ, ὦ Πόσειδον· ἡ Ἥρα γὰρ ὅρκῳ μεγάλῳ κατέλαβε τὴν γῆν, μὴ παρασχεῖν τῇ Λητοῖ τῶν ὠδίνων ὑποδοχήν. ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη[g]) ἀνώμοτός ἐστιν· ἀφανὴς γὰρ ἦν.

2 ΠΟΣ. Συνίημι. στῆθι, ὦ νῆσε, καὶ ἀνάδυθι αὖθις[h]) ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρου, ἀλλὰ βεβαίως μένε, καὶ ὑπόδεξαι, ὦ εὐδαιμονεστάτη, τοῦ ἀδελφοῦ τὼ τέκνα δύο, τοὺς καλλίστους τῶν θεῶν. καὶ ὑμεῖς, ὦ Τρίτωνες, διαπορθμεύσατε τὴν Λητὼ ἐς αὐτήν· καὶ γαληνὰ ἅπαντα ἔστω. τὸν δράκοντα δὲ, ὃς νῦν ἐξοιστρεῖ αὐτὴν φοβῶν, τὰ νεογνὰ, ἐπειδὰν τεχθῇ, αὐτίκα μέτεισί τε[i]), καὶ τιμωρήσει τῇ μητρί. σὺ δὲ
p. 316. ἀπάγγελε τῷ Διῒ πάντα εἶναι εὐτρεπῆ[k]). ἕστηκεν ἡ Δῆλος· ἡκέτω ἡ Λητὼ[l]) καὶ τικτέτω.

f) *ἀλλά γε — γονάς*] Haec alio ordine in 2954. leguntur: ἀλλ' ἥ γε γῆ πᾶσα οὐκ ἂν δύναιτο ὑπ. τὰς γονὰς αὐτῆς; in 2956. ἀποδέξασθαι τὰς γονὰς αὐτῆς. g) *αὕτη*] Sic cum *Matth.* reposuimus e conj. *Jens.* ad Somn. c. 9. pro vulg. αὐτή. h) *αὖθις*] abest a cod. 3011. quare suspicionis nota insignivit *Schmiederus*, injuria: nam ἀνάδυθι est *emerge* et αὖθις, *rursus*, postquam antea demersa fueras. Sic etiam ineptas esse patet *Belini* conjecturas αὐτίκα et εὐθύς. Modo pro ἀνάδυθι in P. et 2956. est ἄνιθι. i) *τε*] cum *Schm.* et *Matth.* recepimus e 2954. 3011. ubi etiam legitur εὐθέως μετελεύσεται, quod *Schmiederus* admisit non motus *Hemsterhusii* adnot. ad Somn. c. 7. vel iis, quae hic prudenter monuit *Belinus*. k) *εὐτρεπῆ*] Sic *Graev.*, *Cler.*, *Solan.*, *Hemst.* et recentt. e G. L. B. 2. Arg. pro εὐπρεπῆ, quod olim legebatur. l) *Λητὼ*] ἤδη addit P.

riat? hoc si minus, at tota saltem terra nonne excipere possit Latonae partus?

Ir. Minime, Neptune: nam Juno jurejurando gravi obstrinxit terram, ne praeberet Latonae commodam pariendo sedem: jam isthaec insula jurata non est, quippe nondum conspicua.

Nep. Rem teneo. Consiste, insula, atque emerge iterum ex profundo, nec porro sub undis ferare; sed fixa mane, ac suscipe, fortunatissima, fratris liberos binos, pulcherrimos Deorum. Vos, Tritones, transvehite Latonam eo; cunctaque stent tranquilla. Draconem vero, qui nunc velut oestro exagitat illam territans, infantes, mox atque nati fuerint, ulciscentur, ac poenas expetent pro matre. Tu renuntia Jovi, omnia esse parata: constitit Delus; veniat Latona et pariat.

XI. p. 316.

ΞΑΝΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

Argum. Xanthus fluvius, quem, canente *Homero* Il. XXI, v. 221. sq. Achille undis ipsius immerso, Vulcanus effervescere et paene exarescere flammis suis fecerat, precatur Mare, ut sese excipiat, exstinguatque ipsius fervorem.

ΞΑΝΘ. Δέξαι με, ὦ θάλασσα [a]), δεινὰ πεπονθότα, καὶ [b]) 1
κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα [c]).

ΘΑΛ. Τί τοῦτο, ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυσεν;

ΞΑΝΘ. Ὁ [d]) Ἥφαιστος. ἀλλ' ἀπηνθράκωμαι ὅλως [e]) ὁ κακοδαίμων, καὶ ζέω.

ΘΑΛ. Διατί δέ σοι καὶ [f]) ἐνέβαλε τὸ πῦρ; p. 317.

ΞΑΝΘ. Διὰ τὸν υἱὸν [g]) τῆς Θέτιδος· ἐπεὶ γὰρ φονεύοντα τοὺς Φρύγας ἱκέτευσα [h]), ὁ δ' οὐκ ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς,

a) θάλασσα] θάλαττα *Schm.* e 2954. b) καὶ] interjecimus cum *Schm.* e 2954. et 3011. c) τραύματα] καύματα conj. *Hemst.* At vid. ipsum ad Timon. c. 2. d) Ὁ] praemisimus e 2954. et 3011. vulgo omissum. e) ὅλως] ὅλος conj. *Solan.* certe non necessaria, consentientibus pro vulgato codd. f) καὶ] vulgo omissum inseruimus e codd. 2954. et 3011. Inseruerat etiam *Matth.* probante *Jacobsio* in Additt. ad *Göller.* Edit. *Dionys.* de comp. verb. p. 273. g) τὸν υἱὸν] τὸν ταύτης υἱὸν 3011. haud sane inepta lectio. h) ἱκέτευσα] ἱκετεύσας 956. Deinceps ὁ δ' cum *Matth.* dedimus pro vulg. ὅδ' et, quod *Hemst.* et *Schm.* habent, ὁδ'.

XANTHI ET MARIS.

Xanth. Recipe me, Mare, gravia passum; restingue mea vulnera.

Mar. Quid hoc est rei, Xanthe? quis te exussit?

Xanth. Vulcanus: imo torrefactns sum plane ego miser, et ferveo.

Mar. Quam vero ob caussam tibi injecit ignem?

Xanth. Ob filium Thetidis: cum enim occidentem Phrygas supplex adirem, at-

p. 317. ἀλλ' ὑπὸ τῶν νεκρῶν ἀπέφραττέ μοι τὸν ῥοῦν, ἐλεήσας τοὺς ἀθλίους ἐπῆλθον, ἐπικλύσαι θέλων, ὡς φοβηθεὶς ἀπόσχοιτο
2 τῶν ἀνδρῶν. Ἐνταῦθα ὁ Ἥφαιστος, (ἔτυχε γὰρ [i]) πλησίον που ὢν [k]),) πᾶν, οἶμαι, ὅσον ἐν τῇ καμίνῳ [l]) πῦρ εἶχε, καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ εἴποθι ἄλλοθι, φέρων ἐπῆλθέ μοι· καὶ κατέκαυσε [m]) μὲν τὰς πτελέας, καὶ μυρίκας [n])· ὤπτησε δὲ καὶ τοὺς κακοδαίμονας ἰχθῦς, καὶ τὰς ἐγχέλεις [o])· αὐτὸν δὲ ἐμὲ ὑπερκαχλάσαι ποιήσας μικροῦ δεῖν ὅλον ξηρὸν εἴργασται. ὁρᾷς
p. 318. δ' οὖν [p]), ὅπως διάκειμαι ὑπὸ τῶν ἐγκαυμάτων [q]).

ΘΑΛ. Θολερὸς [r]), ὦ Ξάνθε, καὶ θερμὸς, ὡς εἰκός· τὸ αἷμα μὲν ἀπὸ τῶν νεκρῶν· ἡ θέρμη [s]) δὲ, ὡς φὴς [t]), ἀπὸ

i) ἔτυχε γὰρ] Redii ad hanc vulgatam, quum olim scripsissem καὶ ἔτ. γὰρ, quamquam mallem hanc lectionem alicunde confirmatam fuisse. Nam unde ἔτυχε καὶ γὰρ in *Hemst.* min. fluxerit, ignoro. k) ὢν] omisit *Schm.* praeeuntibus codd. 2954. et 3011. male. l) πᾶν — καμίνῳ] Sic locum edidimus cum *Schm.* et *Matth.* ducibus iisd. codd. pro vulg. πᾶν ὅσον, οἶμαι, πῦρ εἶχε, omissis ἐν τῇ καμίνῳ, prae quibus tamen *Jacobsio* in Additt. Animm. ad *Athen.* p. 136. magis placet ἐν τῇ Λήμνῳ, argutius illud, opinor. m) κατέκαυσε] pro ἔκαυσε eadem nititur auctoritate. n) μυρίκας] Sic *Graev. Hemst.* et recentt. ex *Homero* pro vulg. μυῤῥίκας. o) ἐγχέλεις] Ita 2956. 3011. *Schm. Matth.* pro forma poetica vulg. ἐγχέλυας. p) δ' οὖν] γοῦν 2956. 3011. q) ἐγκαυμάτων] Ita 2954. 2956. 3011. *Schm. Matth.* pro vulg. ἐκκαυμ. r) Θολερὸς] θολερῶς P. L. J. V. 2. A. 1. W. et deinceps desunt in P. ὦ Ξ. κ. θ. s) θέρμη] θέρη L. marg. A. 1. W. 2956. quod quid sit, ignorare se dicit *Hemst.* haud dubie per errorem orta lectio. t) φὴς] ἔφης P.

que ille tamen iram non remitteret, quin etiam cadaveribus obstrueret mihi flumen, miseratus infelices irrui tanquam undis mersurus, quo territus abstineret se a virorum caede. Ibi tum Vulcanus, (forte enim propius (*prope*) aderat) quantum, credo, (*in camino*) habebat ignis, et quodcunque in Aetna, et sicubi uspiam collecto, impetum in me fecit, incenditque ulmos ac myricas; tum quoque assavit infelicissimos pisces et anguillas: ipsum vero me cum effervefecisset, parum abest, quin totum aridum reddiderit. Vides igitur, quomodo sim adfectus ab istis incendii notis.

Mar. Turbidus, o Xanthe, atque aestuans, ut par erat: sanguis a cadaveribus; aestus, ut ais, ab igne. Neque

τοῦ πυρός; καὶ εἰκότως, ὦ Ξάνθε, ὃς ἐπὶ τὸν ἐμὸν (υἱὸν [u])) p. 318.
ὥρμησας, οὐκ αἰδεσθεὶς ὅτι Νηρηΐδος υἱὸς ἦν.

ΞΑΝΘ. Οὐκ ἔδει οὖν ἐλεῆσαι γείτονας ὄντας τοὺς Φρύγας [x]);

ΘΑΛ. Τὸν Ἥφαιστον δὲ οὐκ ἔδει ἐλεῆσαι Θέτιδος υἱὸν [y]) ὄντα τὸν Ἀχιλλέα;

u) υἱὸν] ut suspectum notavi cum *Schm.* delevit *Matthiae.* υἱωνὸν conj. *Cognat.* υἱωνὸν vel υἱδοῦν *Pierson.* ad *Moer.* p. 379. x) γείτονας ὄντας τοὺς Φρ.] τοὺς Φρ. γείτονας ὄντας 2954. perverso ordine, ut recte judicavit *Belin.* y) υἱὸν] υἱωνὸν Arg. nescio unde, nisi error est.

id immerito, Xanthe, qui in meum nepotem irruisti, non veritus nec cogitans Nereidis esse filium.

Xanth. Non decebat ergo misericordia tangi vicinorum meorum Phrygum?

Mar. Et Vulcanum non decebat misericordia tangi Achillis, qui Thetidis esset filius?

XII.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ.

Argum. Danaës, a patre Acrisio cum filiolo suo Perseo, modo nato, in mare dejectae, miserentur Thetis et Doris.

ΔΩΡ. Τί δακρύεις, ὦ Θέτι; 1

ΘΕΤ. Καλλίστην, ὦ Δωρὶ, κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβληθεῖσαν, αὐτήν τε, καὶ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγέννητον· ἐκέλευσε δὲ ὁ πατὴρ τοὺς ναύτας, ἀναλαβόντας τὸ κιβώτιον, ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ [a]) τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφεῖ-

a) ἀπὸ] abest a 2954. 3011. *Schm.* et *Matth.*

DORIDIS ET THETIDIS.

Dor. Quid lacrimare, Theti?

Thet. Formosissimam, Dori, vidi puellam in cistam a patre conjectam, tum ipsam, tum infantem ejus modo natum: jussit autem pater nautas sublatam arcam, ubi

p. 519. ναι ἐς τὴν θάλασσαν [b]), ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία, καὶ αὐτὴ καὶ τὸ βρέφος.

ΔΩΡ. Τίνος δ' ἕνεκα, ὦ ἀδελφή; εἰπὲ, ἐπεὶ [c]) ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα.

ΘΕΤ. Ἀκρίσιος [d]) ὁ πατὴρ αὐτῆς καλλίστην οὖσαν ἐπαρθένευεν, εἰς [e]) χαλκοῦν τινα θάλαμον ἐμβαλών. εἶτα, εἰ μὲν ἀληθὲς, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, φασὶ δὲ [f]) τὸν Δία, χρυσὸν γενόμενον, ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου ἐπ' αὐτήν· δεξαμένην δ' ἐκείνην ἐς τὸν κόλπον καταῤῥέοντα τὸν θεὸν, ἐγκύμονα γενέσθαι. τοῦτο [g]) αἰσθόμενος ὁ πατὴρ, ἄγριός τις καὶ ζηλότυπος γέρων, ἠγανάκτησε· καὶ ὑπό τινος μεμοιχεῦσθαι οἰηθεὶς αὐτὴν ἐμβάλλει ἐς τὴν κιβωτὸν ἄρτι τετοκυῖαν.

2 ΔΩΡ. Ἡ δὲ τί ἔπραττεν, ὦ Θέτι, ὁπότε καθίετο [h]);

ΘΕΤ. Ὑπὲρ αὐτῆς [i]) μὲν ἐσίγα, ὦ Δωρὶ, καὶ ἔφερε τὴν καταδίκην· τὸ βρέφος δὲ [k]) παρῃτεῖτο μὴ ἀποθανεῖν, δα-

b) θάλασσαν] θάλατταν 2954. c) εἰπὲ, ἐπεὶ] Sic cod. Bourdel. εἰπὲ, εἴ τι 2954. 3011. *Schm. Matth.* commate post ἀκριβῶς posito. Vulgo ἐπεὶ ἔμαθες ἀκρ. ἅπ. omisso εἰπέ. d) Ἀκρίσιος] Ὁ Ἀκρ. 3011. e) εἰς] ἐς 2956. *Schm.* f) εἶτα — φασὶ δὲ] Sic dedimus verba cum *Schm.* et *Matth.* e codd. 2954. 2956. 3011. pro vulgg. εἶτα τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν· φασὶ δ' οὖν τ. Δ. *Matth.* tamen retinuit τὸ μέν. g) τοῦτο] τοῦτ' 2954. 3011. h) καθίετο] Ita *Hemst.* et recentt. e cod. Graev. In prioribus edd. fuerat καθίκετο. i) αὐτῆς] Ita recte in vetustis: „pro se quidem *ipsa*." *Hemst.* αὑτῆς. *Schm.* et *Matth.* ἑαυτῆς e 2954. 3011. Vid. Varr. Lectt. ad Dial. V, 2. k) τὸ βρέφος δὲ] τὸ δὲ βρέφος 2954.

longe a terra processerint, demittere in mare, ut intereat misera et ipsa et infans.

Dor. Quam ob caussam, soror? *dic*, quandoquidem didicisse accurate videris omnia.

Thet. Acrisius pater ejus forma praestantem servabat virginem, ideoque in aereum thalamum incluserat. Tum porro quid revera sit factum, dicere non habeo: ajunt tamen, Jovem in aurum mutatum fluxisse per tectum ad eam; quae, recepto in sinum defluente Deo, gravida sit facta. Hoc cum sensisset pater, ferus aliquis et aemulatione fervidus senex, acerrime tulit; et ab aliquo adulteratam suspicatus immittit in arcam partu modo edito.

Dor. Illa vero quid faciebat, Theti, quando demittebatur?

Thet. Pro se quidem tacebat, Dori, aequo animo ferens sententiam: at infantem deprecabatur, ne interi-

κρύουσα καὶ τῷ πάππῳ[l]) *δεικνύουσα αὐτὸ, κάλλιστον ὄν· τὸ* p. 319
δὲ ὑπ' ἀγνοίας τῶν κακῶν καὶ ὑπεμειδία[m]) *πρὸς τὴν θάλασ-*
σαν. ὑποπίμπλαμαι αὖθις[n]) *τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων, μνη-* p. 320.
μονεύουσα αὐτῶν.

ΔΩΡ. Κἀμὲ δακρῦσαι ἐποίησας. ἀλλ' ἤδη τεθνᾶσιν;

ΘΕΤ. Οὐδαμῶς· νήχεται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὴν Σέριφον, ζῶντας αὐτοὺς φυλάττουσα.

ΔΩΡ. Τί οὖν οὐχὶ σώζομεν αὐτὴν, τοῖς ἁλιεῦσι τούτοις ἐμβαλοῦσαι ἐς τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δὲ ἀνασπάσαντες σώσουσι δηλονότι[o]).

ΘΕΤ. Εὖ λέγεις, οὕτω ποιῶμεν. μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε τὸ παιδίον οὕτως ὂν καλόν.

l) *πάππῳ*] *πατρὶ* 2954. 3011. misella emendatio. m) *ὑπεμειδία*] Ita *Schm.* e codd. 2954. 3011. omissa part. *καὶ*, quam retinuit *Matth.* secutus codd. G. et P., ubi et ipsum illud *ὑπεμ.* pro vulg. *ἐμειδία*. In L. *ἐπεμειδία*. n) *αὖθις*] *πάλιν* 2954. o) *σώσουσι δηλονότι*] ejicienda putat *Schm.*

ret, multis cum lacrimis avo ostendens illum pulcherrima specie: is autem ignarus malorum etiam arridebat ad mare. Complentur iterum oculi lacrimis ista repetenti.

Dor. Et me ad lacrimas provocasti. Verum num mortui jam sunt?

Thet. Neutiquam: natat enim hactenus arca circa Seriphum, vivosque eos custodit.

Dor. Quid itaque non servamus eam, et piscatoribus injicimus in retia Seriphiis istis? hi nimirum extractam servabunt.

Thet. Recte mones: ita faciamus: ne enim intereat nec ipsa, nec infans tam formosus.

XIII.

p. 320.
ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΝΙΠΕΩΣ.

Argum. Expostulat Enipeus cum Neptuno, quod is, ipsius Enipei persona induta, Tyrus misere amantis concubitum occuparit. Vid. *Homer.* Odyss. XI, 234. sq.

1 *ΕΝΙΠ. Οὐ καλὰ ταῦτα, ὦ Πόσειδον· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· ὑπελθών [a]) μου τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα· ἡ δὲ ᾤετο ὑπ᾽ ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι, καὶ διὰ τοῦτο παρεῖχεν ἑαυτήν.*

ΠΟΣ. Σὺ γὰρ, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπεροπτικὸς ἦσθα, καὶ βραδὺς, ὃς κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρὰ σὲ, ἀπολλυμένης ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ὑπερεώρας, καὶ ἔχαιρες λυπῶν αὐτήν· ἡ δὲ παρὰ [b]) τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ p. 321. *λουομένη ἐνίοτε, ηὔχετό [c]) σοι ἐντυχεῖν· σὺ δ᾽ [d]) ἐθρύπτου πρὸς αὐτήν.*

2 *ΕΝΙΠ. Τί οὖν; διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε προαρπάσαι [e]) τὸν*

a) ὑπελθὼν] Ante hanc vocem excidisse suspicor ὅς. b) παρὰ] περὶ 2956. 3011. c) ηὔχετο] Vulg. εὔχετο. Vid. Adnot. Singulari ratione pro ἐνίοτε, εὔχετο variat cod. 3011. ἑκάστοτε, οὐκ εἶχε. d) σὺ δ᾽] Vulg. σύδ᾽. e) προαρπάσαι] Sic correxit *Graev.* vulgatum προσαρπ. Secuti *Hemst.* et posteriores. In A. 2. hanc ipsam invenio lectionem.

NEPTUNI ET ENIPEI.

En. Non bella sunt ista, Neptune: dicetur enim veritas. Per fraudem obrepens amicae meae, meam formam mentitus, vitiasti puellam: at illa putabat, a me haec se fuisse passam; ideoque praebebat sese.

Nep. Etenim, Enipeu, fastosus eras et tardus, qui puellam tam pulchram ventitantem quotidie ad te, pereuntem amore despiceres, atque etiam laetareris aegre faciendo. Illa interim ad ripas tuas moesta oberrabat, atque ingressa imo, et se lavans aliquando, optabat te potiri: tu vero fastidiosum te gerebas erga illam.

En. Quid ergo? propterea ne oportebat te praeri-

ἔρωτα, καὶ καθυποκρίνεσθαι Ἐνιπέα ἀντὶ Ποσειδῶνος εἶναι, p. 321.
καὶ κατασοφίσασθαι τὴν Τυρὼ, ἀφελῆ κόρην οὖσαν.

ΠΟΣ. Ὀψὲ ζηλοτυπεῖς, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπτης πρότερον ὤν. ἡ Τυρὼ δὲ οὐδὲν δεινὸν πέπονθεν, οἰομένη ὑπὸ σοῦ διακεκορῆσθαι.

ΕΝΙΠ. Οὐμενουν· ἔφης γὰρ ἀπιὼν ὅτι Ποσειδῶν ἦσθα· ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησεν [f]) αὐτήν· καὶ ἐγὼ τοῦτο ἠδίκημαι, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ ηὐφραίνου [g]) τότε, καὶ περιστήσας πορφύρεόν τι κῦμα, ὅπερ ὑμᾶς συνέκρυπτεν [h]) ἅμα, συνῆσθα τῇ παιδὶ ἀντ' ἐμοῦ.

ΠΟΣ. Σὺ γὰρ [i]) οὐκ ἔθελες, ὦ Ἐνιπεῦ.

f) ἐλύπησεν] ἠνίασεν 3011. quod praefert *Belin.* g) ηὐφραίνου] Vulg. εὐφραίνου. Sic modo εὔχετο in vulgatis, ubi vid. Adnot. h) συνέκρυπτεν] κατέκρυπτε 3011. ἅμα in omnibus vetustis libris cum συνῆσθα conjunctum primus ad συνέκρυπτε retulit *Hemst.* i) Σὺ γὰρ] Ναὶ, σὺ γὰρ C. interpretatio Grammatici.

pere meum amorem, et simulare Enipei personam pro Neptuno, doloque circumvenire Tyro simplicem puellam?

Nep. Sero nunc aemulatione tangeris, Enipeu, qui prius superbe sprevisti: nihil autem Tyro mali contigit, cum putabat virginitatem suam a te imminui.

En. Haud ita sane: dixisti enim, cum abires, te Neptunum esse; quod et maximum in modum illam pupugit: ea quoque in me injuria redundavit, quod tu vicem meam gaudia tunc ferres; et circumjecto purpureo fluctu, qui vos contegebat una, rem haberes cum puella pro me.

Nep. Quippe tu nolebas, Enipeu.

p. 321. ## XIV.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ [a]).

Argum. Narrat Triton Nereidibus cum omnino Persei res gestas, tum, qua ratione Andromedam idem conservaverit.

1 ΤΡΙΤ. Τὸ κῆτος ὑμῶν, ὦ Νηρηΐδες, ὃ ἐπὶ τὴν τοῦ Κη-
p. 322. φέως θυγατέρα τὴν Ἀνδρομέδαν ἐπέμψατε, οὔτε τὴν παῖδα ἠδίκησεν, ὡς οἴεσθε, καὶ αὐτὸ ἤδη τέθνηκε [b]).

ΝΗΡ. Ὑπὸ τίνος, ὦ Τρίτων; ἢ [c]) ὁ Κηφεὺς, καθάπερ δέλεαρ προθεὶς τὴν κόρην, ἀπέκτεινεν ἐπιὼν, λοχήσας μετὰ πολλῆς δυνάμεως;

ΤΡΙΤ. Οὐκ· ἀλλ' ἴστε, οἶμαι, ὦ Ἰφιάνασσα, τὸν Περσέα, τὸ τῆς Δανάης παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῷ ἐμβληθὲν ἐς τὴν θάλασσαν [d]) ὑπὸ τοῦ μητροπάτορος ἐσώσατε, οἰκτείρασαι αὐτούς [e]).

ΙΦ. Οἶδα ὃν λέγεις· εἰκὸς δὲ ἤδη νεανίαν εἶναι, καὶ μάλα γενναῖόν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν.

a) ΝΗΡ.] καὶ Ἰφιανάσσης 2956. *Schm.* hic tamen uncinis inclusa. Nec sane *Lucianum* habent auctorem. Vid. ad Dial. IX. titulum et ad Timon. fin. b) τέθνηκε] τέθνηκεν 2956. 3011. c) ἢ] ἢ *Matth.* de suo dedit. At vid. ad Diall. Deor. XIV, 1. d) θάλασσαν] θάλατταν 2956. 3011. *Schm.* e) αὐτούς] αὐτό 3011. *Schm.* perperam.

TRITONIS ET NEREIDUM.

Tri. Cetus ille vester, Nereides, quem in Cephei filiam Andromedam immisistis, nec puellam laesit, ut arbitramini, et ipse jam interiit.

Ner. A quo, Triton? an Cepheus, tanquam esca proposita virgine, interemit adortus, inque insidiis locatus cum multa manu?

Tri. Non: at novistis, opinor, Iphianassa, Perseum Danaës filium, quem cum matre in cista projectum in mare ab avo materno servastis, eorum misertae.

Iph. Novi, quem dicas: credibile est eum jam juvenem esse, ac valde strenuum, pulchrumque adspectu.

ΤΡΙΤ. Οὗτος ἀπέκτεινε τὸ κῆτος. p. 322.

ΙΦ. Διατί, ὦ Τρίτων; οὐ γὰρ δὴ σῶστρα ἡμῖν τοιαῦτα ἐκτίνειν [f]) αὐτὸν ἐχρῆν.

ΤΡΙΤ. Ἐγὼ ὑμῖν φράσω τὸ πᾶν, ὡς ἐγένετο. ἐστάλη 2
μὲν οὗτος ἐπὶ τὰς Γοργόνας, ἆθλόν τινα τοῦτον [g]) τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν [h]). ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην [i]). . . .

ΙΦ. Πῶς, ὦ Τρίτων; μόνος; ἢ καί τινας [k]) ἄλλους συμμάχους ἦγεν; ἄλλως γὰρ δύςπορος [l]) ἡ ὁδός.

ΤΡΙΤ. Διὰ τοῦ ἀέρος· ὑπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἔθηκεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἧκεν [m]), ὅπου διῃτῶντο, αἱ μὲν ἐκάθευδον, οἶμαι, ὁ δὲ ἀποτεμὼν τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλὴν ᾤχετ' ἀποπτάμενος.

ΙΦ. Πῶς ἰδών; ἀθέατοι γάρ εἰσιν· ἣ ὃς ἂν ἴδῃ [n]), οὐκ p. 323.
ἄν τι [o]) ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι.

ΤΡΙΤ. Ἡ Ἀθηνᾶ [p]) τὴν ἀσπίδα προφαίνουσα· (τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τὴν Ἀνδρομέδαν, καὶ

Pag. 56. l. 6. τὸν γοῦν Ἰκάριον] Ἔκτειναν ὡς φαρμακέα· ἐνόμισαν γὰρ μεθυσθέντες [g]) ὅτι ἐφαρμακεύθησαν ὑπ' ἐκείνου. V.

Pag. 58. l. 9. τῷ δορατίῳ σε διαπείρασα] Προςυπακουστέον τὸ διαφθερῶ [h]) ἠθικῶς ἅμα καὶ ἀφελῶς. V.

Pag. 60. l. 6. λαβὼν τουτὶ τὸ μῆλον]

Καλὸν [i]) τὸ μῆλον τῶν Διὸς χερῶν δέχου.
Ἄπιθι τοίνυν σὺν Θεαῖς πρὸς τὸν Πάριν. G.

Pag. 62. l. 1. καὶ ὅπως] Σκοπεῖτε. V.

Pag. 64. l. 15. καλαύροπα] Καλάβροψ [k]) ἐστὶ ποιμενι-

---

b) ἐπιθρήνοντα] ἐπιθρηνοῦντα· alterum ne Graecum quidem. *Hemst.* Secutus et *Schmiederus. Lehm.*

c) Ἀποτμία] ἀτυχία] Pravo usus est Codice; utrobique enim erratur. Εὐπ. εὐτ. scribendum fuit, et ita in Exc. legitur. *Solan.*

d) μουθευόμενος] Lege μυθευόμενος. *Cler.* Μαντευόμενος] In Ed. A. et C. M. legebatur μυθευόμενος. Ego certa conjectura ductus mutavi. *Solan.* Mihi placuit μυθευόμενος· idque omnino retinendum videbatur. *Hemst.* Sic et *Schmiederus* dedit. *Lehm.*

e) Πανί] Sic videtur legisse pro παντί. Vid. Not. *Solan.* Quum in nonnullis Codd. exstiterit πάνυ μᾶλλον pro παντί, illud praefixi: nihil enim est ad fidem propius, quam Scholiasten notare voluisse vice τοῦ πάνυ alibi reperiri Πανί. Ed. A. Τῷ πατρί] Πανί. *Hemst.*

f) στρατηγικῷ] Et hic aliter legit, quam hodie in Codd. nostris. *Solan.* Vix dubito, quin vitio scriptum sit pro στρατιωτικῷ. *Hemst.*

g) μεθυσθότης] Lege μεθυσθέντες. De Icario vid. *Hygini* Fab. CXXX. et Poet. Astronom. lib. II. c. 4. *Jens.* Idem observaverat *Matth. Sladus. Hemst.*

h) διαπείρω] διαφθερῶ F. Sic et V. *Solan.*

i) Καλὸν etc.] Veteris esse poëtae non memini: ab eruditi lectoris ingenio profecti fuerint hi jambi. *Hemst.*

k) καλάβροψ] Καλαύροψ. καλάβροψ autem, ut Εὖρος pro Ἕβρος

κὴ ῥάβδος, μικρὸν ἑκατέρωθεν ὑπόσκαμβος, ἣν ἀφιᾶσιν ἐπὶ τὰ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτῶντα. V.

Pag. 66. l. 8. ὁ διαιτητὴς] χωρὶς δικαστηρίου κριτής. G.

Pag. 76. l. 1. κἀμὲ κανηφόρον] Φιλόχορος ἐν Β᾽ Ἀτθίδος [1]) φησὶν, ὡς, Ἐριχθονίου βασιλεύοντος, πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ Θεᾷ, ἐφ᾽ οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν τοῖς τε Παναθηναίοις καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς. V.

Pag. 83. l. 17. καὶ Πρίαπον] Ὁ Πρίαπος ὑπερμέγεθες εἶχεν αἰδοῖον ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος ὄν. Τινὲς φασὶ τὸν Πρίαπον εἶναι τὸν αὐτὸν τῷ Διονύσῳ [m]), ἐπιθετικῶς αὐτοῦ τούτου δῆθεν Πριάπου καλουμένου. Ἄλλοι μὲν Διονύσου μὲν υἱὸν, μητρὸς δὲ ἢ Ἀφροδίτης ἢ Διώνης [n]). Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει. Ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱὸν, ἣ ἔρριψεν αὐτὸν εἰς λειμῶνας [o]) ἐπὶ τῇ ἀμορφίᾳ τῶν μηδέων αἰδοῖ ἐχομένη. εἶχε γὰρ, φασὶ, γλῶσσαν μεγάλην, καὶ γαστέρα καὶ αἰδοῖον· λεχθῆναι δὲ ἐπὶ αὐτῷ, ὅτι σημαίνει τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ, ὡς ὁ κρατῶν γλώσσης καὶ γαστρὸς καὶ μίξεως ἄμεμπτον ἕξει τὸν βίον. V. Τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος γενέσθαι φασί. C. M.

Pag. 85. l. 6. ἐπείρασεν] προςέβαλε. Cod. 2954.

---

etc. sunt recentioris Graeciae β et υ inter se commutantium. Haec *Matth. Sladus. Hemst.*

1) ἐν Β Ἀτθίδος] Exc. G. β Ἀτθίδι· fatetur tamen se reperisse in Cod. Ms. ἐν βάτθίδι. C. M. β᾽. Ἀτθίδος. *Solan.* Haec totidem verbis exstant in *Harpocrat.* et *Suid.* V. Κανηφόροι. *Hemst.*

m) τὸν Διόνυσον] τῷ Διονύσῳ. V. *Solan.* Male mutarunt in Ed. A. supplendum fuerat ex Scholio ad Jov. Trag. §. 6. τὸν αὐτὸν τῷ Διονύσῳ. *Hemst.*

n) μητρὸς ἢ Ἀφρ. ἢ Διώνης] Διώνης correxerat etiam *Matth. Sladus*: δὲ pro ἢ *Solanus*. Ego secutus sum lectionem Scholii ad Jov. Trag. Ceterum de Dione verumne sit, dubitari potest: *Schol. Theocr.* ad Eid. I, 21. Τὸν Πρίηπον νύμφης Ναΐδος ἢ Χιόνης καὶ Διονύσου φασὶν υἱόν. Quid si rectius in hoc nostro Scholio pro Διώνης legatur Χιόνης; Corruptus sine dubio *Strabo* XIII. p. 879. A. εἴτε τῷ λέγεσθαι Διονύσου καὶ Νύμφης τῶν θεῶν, ὁρμησάντων ἐπὶ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων· illa τῶν θεῶν, quantumcunque interpretando mollire conetur *G. Cuper.* ad Marm. Ant. p. 300. orationem vitiant: nescio an melius sit futurum restituto Νύμφης τῆς Χιόνης· scabritiem verborum certe sustuleris. Venere tamen ortum esse Priapum plures ferunt; ipsique Lampsaceni, tanti numinis cultores praecipui, persuasissimum habebant teste *Pausan.* IX. p. 771. *Hemst.*

o) λειμῶας] Λιμένας prima manus: mox factum λειμένας, et hinc λειμῶας, quod in V. est. *Gron.* Sed vide Scholion ad Jov. Trag. ubi recte λειμῶνας. *Solan.*

Ead. l. 10. ἀγρίως] ἐνεγκεῖν δηλ. Cod. 2954.

Pag. 89. l. 12. ἀφηνιάζουσιν εὐθὺς] τοὺς χαλινοὺς ἀποῤῥίπτουσι. V.

IN DIALOGOS MARINOS.

Pag. 94. l. 1. Ἐνάλιοι διάλογοι ιέ, ἐν οἷς τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ μυθευόμενα διαπαίζει. G.

Pag. 96. l. 16. κόλλοπι] ἥλῳ τῆς κιθάρας. V.

Pag. 100. l. 3. ἐξέθορες] ἐξεπήδησας. G.

Pag. 110. l. 13. ὁ Δαναὸς δὲ] τούτων τῶν πεντήκοντα πατήρ. V.

Pag. 113. l. 1. οὐχ ὑδροφορήσεις] Κατεκρίθησαν γὰρ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες, ὡς ὁ μῦθός φησι, ἐν ᾅδου ὑδροφορεῖν εἰς τετρημένον πίθον, ἀνθ᾽ ὧν τοὺς Αἰγύπτου παῖδας ὁμολέκτρους ὄντας διεχρήσαντο [a]), ὡς ἐν δίκῃ. V.

Ead. lin. 11. διεκόρησεν] ἐξεπαρθένευσεν, οἱονεὶ διέτεμε. G.

Pag. 126. l. 5. ἐπαρθένευεν εἰς χαλκοῦν τινα θάλαμον] ἐν παρθενῶνι ἐφύλαττεν. V.

---

a) διεχθήσαντο] Quid sit διεχθ. ingenue fateor, nescio. At certissime legendum διεχρήσαντο, *interfecerunt.* Ideo nimirum, quod interfecerant maritos suos, apud inferos aquam in pertusum ingerere dolium debuerunt Danaïdes: fabula notissima. Sed et antea legendum haud dubie ὑδρ. εἰς τετρυπημένον πίθον, non τετριμμένον. Talis enim fertur Danaïdum ille πίθος, *pertusus, perforatus*: eademque haec vox τετρυπημένος vulgo de hoc dolio usurpatur; ut ab ipso *Luciano* Dial. Mort. XI. αἱ τοῦ Δαναοῦ παρθένοι ἐς τὸν τετρυπημένον πίθον ἐπαντλοῦσαι. *Jens.* In Ms. erat διεχθήσαντο, quod, monente Clar. *Jensio*, sic mutavimus. Pro τετριμμένον f. τετρυπημένον. C. τετρημένον. *Solan.* Etsi διεχθήσαντο Graecum sit a verbo διεχθάνομαι, nihilominus verissimum est *Jensii* διεχρήσαντο. Vid. *Poll.* IX, 153. et Notas. Τετρημένον, quod rescripsi, propius accedit, quam τετρυπημένον. Danaïdum πίθος τετρημένος vulgatissimus apud veteres *Plat.* in Gorg. p. 336. D. *Aristot.* Polit. VI. p. 176. Oecon. I. p. 234. *Zenob.* C. II. n. 6. Prov. App. Vatic. C. III. n. 31. ubi vide *Schottum.* Alii saepe πίθον τετρυπημένον dicunt, *Schol. Eurip.* ad Hec. v. 886. sed illud, si *Thomae Magistro* credis, Ἀττικώτερον est atque elegantius. Par ratio in ψήφοις τετρημέναις et τετρυπημέναις. *Hemst.* In ipsis *Jensii* Lectionibus Lucianeis p. 104. reperi ὡς ἐν δίκῃ, quum vulgo legatur οὐκ ἐν δ. Quamquam nescio, unde *Jensius* sumserit ὡς, res ipsa tamen flagitare videbatur, ut his vestigiis insisterem. *Lehm.*

Pag. 133. l. 1. *πρόκωπον ἔχων τὴν ἅρπην*] κόπτειν προκειμένην, ἑτοίμην [b]). V.

Pag. 134. l. 18. *ὦ Ζέφυρε τὴν πομπήν*] πομπὴ ἡ πρόπεμψις, καὶ ἡ πέμψις παρὰ Θουκυδίδη [c]). V.

Pag. 136. l. 2. *ἠνεμωμένον*] ἀνέμῳ πεπληρωμένον. G.

Pag. 137. l. 7. *Δικταῖον*] σπήλαιον ἐν Κρήτῃ οὕτω καλούμενον. V.

Ead. l. 12. *μέλανας ἀνθρώπους* [d])] Ὁ γὰρ νότος ἀπὸ τῆς Λιβύης πνέει, ἔνθα οἰκοῦσιν οἱ Αἰθίοπες. V.

IN DIALOGOS MORTUORUM.

Pag. 138. l. 1. *Νεκρικοὶ διάλογοι*] Ἐν τούτοις τοῖς διαλόγοις διαπαῖξαι βούλεται τὰ παρὰ τῶν Ἑλλήνων περὶ τοῦ ᾅδου λεγόμενα· καὶ διὰ ταῦτα Νεκροὺς εἰσάγει πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένους, ὅθεν καὶ Νεκρικοὺς αὐτοὺς ὠνόμασε. V.

Ead. l. 3. *Πολυδεύκους*] Τυνδάρεως εἶχε τὴν Λήδαν γυναῖκα· ὁ δὲ Ζεὺς εἰς κύκνον μεταβληθεὶς συνεγένετο αὐτῇ, καὶ ἔσχεν αὐτὴ παῖδας, ἀπὸ μὲν τοῦ Τυνδάρεω Κάστορα, ἀπὸ δὲ τοῦ Διὸς Πολυδεύκην [a])· καὶ συνέβη, τὸν μὲν Κάστορα, ὡς ἀπὸ ἀν-

---

b) *ἑτοίμην*] Defuit in Ed. A. haec vox addita a *Solano. Hemst.*

c) *παρὰ Θουκυδίδῃ*] IV. c. 108. ξύλων τε ναυπηγησίμων πομπῇ· ubi *Jos. Wasse* notat *Suidam* in πομπὴν interpretari πέμψιν, ἀποστολήν. pro πέμψις in V. prave legitur μέμψις, ut monet *Solanus. Hemst.*

d) *ἤδη ἐπὶ νότῳ ἄγοιτο*] Haec verba, quae proxime praecedentia sequuntur in Ms., non leguntur in hoc Dialogo, nec mihi, unde petita sint, liquet. *Cler.* *Μέλανας ἀνθρώπους*] Hoc Scholium in V. ad ἤδη ἐφ' ὅτῳ ἄγοιτο referebatur, pro quo in A. Ed. prave scriptum est, ἤδη ἐπὶ νότῳ ἄγοιτο. Unde conqueritur Cl. Editor, se ea verba in hoc Dialogo non reperire. Reperiuntur tamen paucis ante versibus, nisi quod in Impr. nostris non quidem ἐπὶ νότῳ, quod nullibi quidem reperias, sed ἐφ', ὅ,τι pro Scholiorum ἐφ' ὅτῳ est. Nos veram, quam exponit, vocem restituimus. *Hemst.*

---

a) . . . *Πολυδεύκην*] Hic lacuna erat in Ms. sed in qua multa deesse non videntur. *Cler.* Imo in V. spatium est quatuor versuum, et post eos scribitur *Πολυδεύκην . . . . . συνέβη τὸν μὲν κα . . . . ὡς ὑπό. Gron.* Satis adparet priorem Castorum fabulae partem interiisse totam. Quae ab illo principio, *ἄμφω μὲν ἥστην* etc. sequuntur, quin ad hujus dialogi *σὺν γάρ ἐστιν, οἶμαι,*

θρώπου ὄντα, εἶναι θνητόν· τὸν δὲ Πολυδεύκην, ὡς ἐκ Διὸς, ἀθάνατον. Καὶ ὅτε ἐτελεύτησεν ὁ Κάστωρ, ἐλυπεῖτο[b]) ὁ Πολυδεύκης· ὁ δὲ Ζεὺς ἐλεήσας αὐτὸν (ὥς λέγουσιν) ἐποίησεν, ὥστε τοὺς δύο ζῇν μίαν[c]) παρὰ μίαν ἡμέραν. V.

Ead. l. 12. Πολύδευκες] Ἄμφω μὲν ἤστην υἱοὶ Διὸς δίδυμοι ἐκ Λήδας τῆς Λακαίνης, θνητότατα καὶ ἀθανασίαν τῷ[d]) τοῦ γένους ἀνομοίῳ κεκληρωμένοι· ὑπερβολῇ δὲ φιλοστοργίας μὴ ἂν ἐκτὸς ἀλλήλων διάγειν προῃρημένοι· μηδὲ τὸν μὲν τοῖς τεθνεῶσι, τὸν δὲ τοῖς αθανάτοις συμπαρεδρεύειν, ἀνεμερίσαντο σφίσιν αὐτοῖς τὸ τοῦ γένους ἀνόμοιον, ὡς ἑτερήμεροι, ὁ μὲν τὰ θνητῶν, ὁ δὲ τὰ τῶν ζώντων περιπολεύοι. ἄλλως τε συμπράττειν τοῖς πλέουσιν ἀνθρώποις, ὡς ὁ μῦθός φησι, κατακεχωρισμένοι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτά ἐστι, διὰ τοῦτο ἐνταῦθα πρὸς Πολυδεύκην λόγος ἐστὶ τοῦ Διογένους ὡς δῆθεν αὐτοῦ τὰ τηνικάδε λαχόντος τὸν ὑπὲρ γῆς τόπον περινοστεῖν. V.

Pag. 139. l. 9. Ἑκάτης δεῖπνον] Τῇ Ἑκάτῃ δεῖπνα

τὸ ἀναβιῶναι αὔριον referenda sint, extra dubium est. Ceterum oriri poterat suspicio, quae praecedunt, esse in alienum locum, quod saepius in his scholiis contigisse memini, translata, et pertinuisse primum ad Deor. Diall. XXVI. ibi enim, quae a *Luciano* tractantur, hic itidem explicari patet. Pro ὑπὸ ἀνθρώπου *M. Sladus* ἀπ' vel ἀπὸ, quod necessarium non est. *Hemst.* Expletam lacunam *Belino* debemus, qui Scholion Τυνδάρεως — — ἡμέραν in cod. 2954. invenit: sequens vero negat se in ullo quopiam Mss. regiorum reperisse. *Lehm.*

b) ἐλύπησεν] Lacuna in V. ἐλυ . . . . . *Solan.* In Ed. A. parum dextre lacunam hanc explevit sive *Clericus*, sive Scholiorum descriptor per ἐλύπησεν activae potestatis: ἐλυπήθη, quod rei et ingenio Linguae congruebat, restituere non sum veritus. *Hemst.* *Schmiederus* e *Belini* nota descripsit ἐλυποῦτο, quod jure meo in ἐλυπεῖτο mutavi. *Lehm.*

c) μίαν] Lacuna in V. . . . . . *Solan.* Recte fuit sanata: Schol. ad *Homeri* Od. Λ. 503. exponit ἑτερήμεροι, μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν ζῶντες. *Hemst.*

d) τῷ . . . . . κεκληρ.] Oratio crebris hiatibus deformis: neque tamen admodum laboriosum haec vulnera leni manu conducere, atque redintegrare, sic ut in sensu certe desiderari nihil omnino videatur: τῷ τοῦ γένους ἀνομοίῳ κεκληρωμένοι· dein, μηδὲ τὸν μὲν τοῖς τεθνεῶσι, τὸν δὲ etc. tum, τὸ τοῦ γένους ἀνόμοιον, ὡς παρήμεροι vel ἑτερήμεροι etc. postea, ἄλλως τε συμπράττειν vel συνεργεῖν τοῖς πλέουσιν aut κινδυνεύουσιν ἀνθρώποις· denique, πρὸς Πολυδεύκην λόγος ἐστὶ τοῦ Διογένους, ὡς δῆθεν etc. Porro quod in Ed. A. fuit προειρημένοι, mutavi in προῃρημένοι. *Hemst.* Certioribus remediis destituti, haec ingeniose excogitata cum *Schmiedero* non dubitavimus adhibere. *Lehm.*

ἐτίθετο ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐπὶ τῶν τριόδων, καθάρσια τυχὸν [e]) τῶν ζώντων. τινὲς δὲ ὠμὰ καὶ ἀκατασκεύαστα. Τῷ μὲν οὖν λόγῳ τῇ δαίμονι ταῦτα ἀνεῖτο [f]), ἔργῳ δὲ τῶν ἀπορούντων εἰς εὐπορίαν [g]). τί γὰρ ἂν καὶ δαίμων ἐκ τούτων σιτίσαιτο; Ἐπεὶ τοίνυν ἀπὸ τῶν δείπνων τούτων Μένιππος ὠμὰ φαγὼν ὠὰ τέθνηκεν ἀπεπτήσας τούτῳ [h]), διακωμῳδεῖ αὐτόν. V.

Pag. 140. l. 15. ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν] Ἐτίθεσαν γὰρ Ἕλληνες ἐν τῷ στόματι τῶν τεθνηκότων ὀβολὸν, τὸ ναῦλον δῆθεν τοῦ Χάρωνος. V.

Pag. 143. l. 3. ἐγὼ δὲ Κροῖσος] Λυδὸς ὁ Κροῖσος· Φρὺξ ὁ Μίδας· Ἀσσύριος ὁ Σαρδανάπαλος. V.

Ead. l. 10. περιέχονται] ἀντέχονται. G.

Pag. 145. l. 11. Ὦ Τροφώνιε] Τροφώνιος οὗτος, ἔρωτι τοῦ παρ' Ἕλλησι νομισθῆναι θεὸς, σπήλαιόν τι ζοφῶδες ὑπελθὼν λιμῷ ἐκεῖσε διεφθάρη, καὶ τὴν ζωὴν ἀθλίως κατέστρεψεν. Οἱ δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ σπηλαίῳ μαντείας χάριν ἐσιόντες ἐξήρχοντο ἀπηγριωμένοι [i]) τὰς ὄψεις, καὶ ἀμειδεῖς [k]) διετέλουν καὶ ὠχροὶ καὶ δύσκολοι τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς χρόνον [l])· ἀφ' οὗ ἐπεκράτησεν ἡ παροιμία κατὰ τῶν τραχὺ τὸ ἦθος ἐχόντων καὶ δυσεντεύκτων καὶ δυσπροσίτων, ἐς Τροφωνίου μεμάντευται. V. Τροφώνιος ἦν πάνυ φιλόδοξος· ποιήσας οὖν ἐν Λεβαδείᾳ τῆς Βοιωτίας ὑπόγειον

---

e) τυχὸν] Placuit ex C. M. adnotatum a *Solano*: ante fuit editum τυχεῖν. *Hemst.*

f) ἀνιῆντο] C. M. ἀνεῖτο. V. ἀνείτω. *Solan.* Inscitia formationis Grammaticae, qua saepe labuntur, quos minime oportebat, peperit absurdam illam E. A. lectionem. Merito probavit scripturam C. M. *Solanus. Hemst.*

g) ἀπορίαν] εὐπορίαν V. et mox, τί γὰρ ἐαν . . . σιτίσαιντο. *Solan.*

h) τέθνηκεν ἀπεψίᾳ τούτων] C. abb. ἀπεπτήσας ἐτελεύτα. V. ἀπεμπτῆσαι τούτῳ. Fallitur Schol. non enim interfecit Menippum horum ciborum cruditas; sed his vescebatur vulgo. Mortuus est autem, ut videbis nota ad Vit. Auct. c. 10. *Solan.* Prius elegit, quod reponeret *Solanus.* Ego nullam esse rationem censui, cur negligerem V. lectionem minima mutatione adjutam: τούτῳ, *eo quod ova cruda voraverat. Hemst.*

i) εἰςήρχοντο ἀπαγριώμενοι] Res ipsa, quod dudum conjectavi, postulat ἐξήρχοντο. Tum V. ἀπογρ. emendandi viam Grammaticae leges monstrabant. *Hemst.*

k) ἀηδεῖς] ἀμηδεῖς. V. *Solan.* Hinc, quam reddidi, veram lectionem eruere fuit in proclivi. *Alciphr.* III. ep. 3. 64. τὸν αὐστηρὸν καὶ ἀμειδῆ. *Hemst.*

l) τρόπον] χρόνον, ut jam olim esse corrigendum videram Not. ad *Luciani* Dial. restituit *Solanus*, et mox ἡ ante παροιμία ex V. De Trophonio non dissimilia tradidit *Nonnus* Συναγ. Ἱστορ. in principio. *Hemst.*

οἴκημα, εἰσελθὼν ἐμαντεύετο· καὶ λιμαγχονηθεὶς ἀπέθανεν· ἐγκατοικῆσαν δὲ δαιμόνιόν τι τὰς μαντείας ἐτέλει. Εἰσήρχοντο οὖν ἐντὸς οἱ χρησόμενοι, ἔχοντες ἐν ταῖν χεροῖν πόπανα, ἵνα τοῖς ἐκεῖ ἐμφιλοχωρεῦσιν ὄφεσι διδόντες, μηδὲν ὑπ' αὐτῶν δυσχερὲς πάσχωσιν. G. Τροφώνιος καὶ Ἀμφίλοχος ἥρωες ὄντες ἐμαντεύοντο· λέγουσι δὲ ὅτι οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐτάφησαν, ἐπέμειναν μαντευόμενοι. G.

Pag. 146. l. 4. Λεβαδείᾳ] τόπος, ἐν ᾧ ἐμαντεύετο Τροφώνιος. G.

Ead. l. 7. ταῖς ὀθόναις] Τοιούτῳ γὰρ ἐχρῶντο τρόπῳ οἱ μαντευόμενοι εἰς Τροφωνίου. G.

Ead. l. 9. νεκρὸς εἶ] παρὰ ὑπόνοιαν. Ὄφελον m) γὰρ λέγειν, ὅτι μαντεύει, εἶπεν, νεκρὸς εἶ. G.

Pag. 148. l. 4. τροπωτῆρα] Τροπωτὴρ n) ὁ κατέχων τὴν κώπην δεσμός. V.

Ead. l. 6. τὴν ἀκέστραν] Ἀκέστρα ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἣν νῦν o) σακκοράφιον καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἤτοι συῤῥάπτειν τὰ διεῤῥωγότα τῆς ὀθόνης· τοῦτο γὰρ ἀκέστραν φασὶ καὶ ἠπήτριον, ἐπεὶ καὶ ἠπήτρια p) καὶ ἠπητὴς, καὶ ἀκέστρια καὶ ἀκεστὴς, οὓς νῦν ῥάπτας q) καλοῦσι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ

---

m) ὄφελον] Scribebatur ὠφέλον. *Hemst.*

n) τροπωτὴρ] Verbis totidem exstant in Gloss. meis Mss. nec discrepat *Hesych.* in Τρόποι, οἱ κατέχοντες τὰς κώπας δεσμοὶ δερμάτινοι. *Hemst.*

o) ἣν νῦν] Ista, ἣν νῦν σακκοράφιον (φην) καλοῦσι *Solanus* interposuit, quod, quoniam in *Etymologo* quoque legitur, eo minus videbatur repudiandum. Utrumque vocabulum σακκοράφιον et σακοράφην recentioris aevi adnotavit *Car. du Fresne* in Gl. M. et I. Gr. *Hemst.*

p) ἠπήτρια καὶ ἠπητὶς] Exc. G. et C. ἐπ. καὶ ἐπ. In margine tamen aliter, ἠπήτριον καὶ ἠπήτρια καὶ ἠπητίς· καὶ ἀκέστρα καὶ ἀκεστρίς. *Solan.*

q) ῥάπτας] C. M. ῥάπτους. Reliqua pars Scholii, quae de feminis, in eo Cod. non legitur Graece, sed Latine in margine: Antiqui mulieribus utebantur ad hujusmodi ἐργασίον. Lege ἐργασίαν. *Solan.* Pro ἀκεστρὸς Ed. A. reposuit, etiam *Solanus*, ἀκεστρὶς, conjecturam secutus, an membranas, ignoro. Hujus Scholii pars quaedam est admodum depravata: sed facile medicinam petere licet ab *Etymologo*, in quo totidem paene verbis hinc descriptum legitur p. 46. Ἀκέστρα, ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἣν νῦν σακκοράφιον καλοῦσιν· ἀκέστρα δὲ παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἤτοι συῤῥάπτειν τὰ διεῤῥωγότα τῆς ὀθόνης· τοῦτο δὲ καὶ ἠπήτριον φασίν· ἐπεὶ καὶ ἠπήτρια καὶ ἠπήτης, καὶ ἀκέστρια καὶ ἀκεστὴς, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσιν. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας, καθὰ καὶ νῦν Σκύθαι. Eam ad formam hic quoque reponendum est, τοῦτο δὲ καὶ ἠπήτριον φασίν, vel

γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας, καθὰ καὶ νῦν Σκύθαι. V.

Ead. l. 10. τὴν ὑπέραν] Ὑπέρα τὸ τοῦ κέρως τοῦ ἱστοῦ σχοινίον, ᾧ ἀνίεται r) καὶ διατείνεται· γέγονε δὲ καὶ ἀπὸ τούτου παροιμία ἐπὶ τῶν ἃ δεῖ ἔχειν ἀφέντων, ἃ δὲ μὴ δεῖ κρατούντων. V.

Pag. 149. l. 1. ἀθρόους] ἀθρόων τινῶν κατελθόντων. V.

Pag. 151. l. 13. προαπίτωσαν] προαπέρχωνται. V.

Ead. l. 15. ἐπελπίζει] ἀπατᾷ καὶ εἰς ἐλπίδας ἄγει ἢ ἐμβάλλει. G.

Pag. 152. l. 4. Ἰόλεως] ὁ τοῦ Αἴαντος s) πατὴρ τοῦ Λοκροῦ, ὃς ἱστορεῖται ὑπέργηρως τελευτῆσαι. G.

Ead. l. 8. ἀμέλησον, ὦ Πλούτων] Τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ, ὑπόμεινον. V.

Pag. 154. l. 9. ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε] Παροιμία ἐστὶ λεγομένη, ὅτε τὰ ἐναντία τῶν ὀφειλόντων γίνεται, Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί· ἐκ γὰρ τῶν πηγῶν οὐδέποτε, κάτω δὲ μᾶλλον χωροῦσι t). V.

Pag. 155. l. 13. ἀποσμυγέντες] καταγελασθέντες. V.

---

forte paullo plenius, τοῦτο γὰρ ἀκέστραν φασὶ καὶ ἠπήτριον, ἐπεὶ καὶ ἠπήτρια καὶ ἠπητής, καὶ ἀκέστρια καὶ ἀκεστής, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσι. Ἠπήτριον autem, quod et *Suidas* habet in Ἠπήτρια, ῥάπτρια, dicitur et ἠπητήριον ab *Eustath.* ad Od. *K.* p. 1647. ubi de verbis ἀκέσασθαι et ἠπήσασθαι plura notat. Ῥάπτης recentioribus usitatum retulit in suum Gl. M. et I. Gr. *Car. du Fresne* ex Lex. Ms. Reg. Cod. proferens: Ἀκεσταὶ, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσι· eundem vide in Ῥαύγειν et Ῥάφθης. *Thom. Mag.* in Ἀκεστὴς post adlatum *Homeri* locum ex *Βατραχ.* v. 185. addit, τὸ δὲ ῥάπτης, κοινόν· quod male omissum in Ed. Franequ. veteres habent: hinc ῥάπτρια apud *Hesych.* in Ἠπητρὶς, et *Eustath.* ad Od. Ξ. p. 1764. v. 60. *Hemst.* Dedimus totum Scholion secundum *Etymologi* verba, quum *Belinus* ea testetur sic in cod. 2954. scripta legi. *Lehm.*

r) Ὁ ἀνύεται] Leg. ᾧ ἀνεῖται. *Solan.* Scripsi ἀνίεται secutus *Suid.* et *Etymol.* p. 778. Ὑπέρα τὸ ἐξηρτημένον τοῦ κέρατος τοῦ ἱστοῦ σχοινίον, ᾧ ἀνίεται καὶ τείνεται· abjiciendum est, quod additur, τὸ σχοινίον· *Eustath.* ad Od. E. p. 1534. Οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν ὑπέραν σχοινίον ἑρμηνεύσαντες κέρατος τοῦ κατὰ τὸν ἱστὸν, ᾧ ἀνίεται καὶ διατείνεται, προφέρουσι καὶ παροιμίαν ἐπὶ τῶν ἃ μὲν δεῖ ἔχειν ἀφιέντων. ἃ δὲ μὴ δεῖ κρατούντων, τὸ, ἀφέντες τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκουσι etc. Per negligentiam descriptoris proverbium hoc in Scholio desideratur. In E. A. vitiose τοῦ κέρεως· post γέγονε δὲ abfuit καὶ, et δὲ inter ἃ μή. *Hemst.*

s) Ἴαντος] L. Αἴαντος· sed Scholiastes confundit hunc cum *Oileo*. et mox ὑπέργηρως. *Solan.* Fuerat nempe ὑπέργερος. Dial. sequ. §. 2. pro ὑπέργηρων in quibusdam Edd. simili vitio ὑπέργηρον. *Lehm.*

t) χωροῦσι] Supple τὰ ὕδατα. *Solan.* Potius οἱ ποταμοί. *Lehm.*

Pag. 158. l. 6. ἐπιεικῶς] πάνυ. G.

Pag. 163. l. 1. ὥσπερ ὁ Φάων] Ὁ Φάων, ὡς λέγουσι, γέρων ὢν διεβίβασε τὴν Ἀφροδίτην· καὶ ἡ Ἀφροδίτη ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, ἐπεὶ γέρων ἦν, μετέβαλεν αὐτὸν εἰς νεώτερον. V.

Pag. 164. l. 14. Κόδρου] Μέλανθος [u]) Πύλιος ὢν ἀπὸ Πύλου (νῆσος δὲ αὕτη τῆς Πελοποννήσου) εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν πολέμου καταλαβόντος ἐμονομάχησε Ξάνθῳ τῷ Βοιωτῷ ὑπὲρ Ἀθηναίων ἐπὶ μισθῷ τῇ βασιλείᾳ τῶν Ἀθηναίων· καὶ νικήσας ἐβασίλευσε. Τούτου δὲ υἱὸς ὁ Κόδρος. G.

Pag. 166. l. 9. ἔπιπλα] τὰ ἐξ ἐπιπολῆς σκεύη [x]), οἷον ἐπιπόλαιος κτῆσις, καὶ ὅση [y]) δυνατὴ πλοΐζεσθαι, ἀλλ' οὐκ ἔγγειος. V. Τὰ ἐλαφρότατα τῶν κτημάτων, οὕτω φερόμενα [z]) παρὰ τὸ ἐπιπολάζειν. G.

Pag. 167. l. 12. ὁ βλοσσυρὸς] καταπληκτικός. G.

Pag. 168. l. 7. ἐφεστρίδα] τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα, ἤτοι μανδύη [a])· καὶ χλαμύδα καὶ πόρση καλούμενον. G.

Pag. 169. l. 12. πόλις ἀνεκήρυξεν] ὡς εὐεργέτην δηλονότι. G.

Pag. 170. l. 1. ὁ ἔνοπλος] ὅτι στρατηγός. G.

---

u) Κλέανθος] Lege Μέλανθος, ut ex iis liquet, quae *J. Meursius* collegit de Reg. Ath. III. c. 10. Tum ἐμονομάχησε pro μονομ. praeterea ferri potest ὑπὲρ Ἀθηνῶν, quanquam mallem ὑπὲρ Ἀθηναίων. *Hemst.* Hae emendationes a *Schmiedero* quoque receptae. *Lehm.*

x) Τὰ ἐξ ἐπιπολῆς etc.] Descripta sunt ex *Etymologo* et *Suida*, ubi totidem verbis leguntur: iidem habent ὅση· *Poll.* X, 10. hunc in modum emendandus: ἔπιπλα οἱονεὶ vel οἷον ἡ κουφὴ κτῆσις, τὰ ἐπιπολῆς ὄντα τῶν κτημάτων. *Hemst.*

y) ὅσα] ὅση Exc. G. C. et V. *Solan.*

z) οὕτω φερόμενα] inseruimus e cod. 2954. (Loss.) *Lehm.*

a) μανδὺς] L. μανδύη. *Solan. Etymol.* Ἐφεστρὶς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα, ἣν μανδύαν καὶ χλαμύδα καὶ πορπὴν καλοῦσι· ex quibus horum corrigendorum ratio patet. *Moeris Attic.* Ἐφεστρὶς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα, ἣν καὶ μανδύαν καὶ χλαμύδα, καὶ πυῤῥὴν καλοῦσι, καὶ στολὴν ἀστράβην καὶ κολύβιον. Repone κολόβιον· deinde pro πυῤῥὴν, βηῤῥὸν, vel βήῤῥιον, quo ducit *Artemidor.* II. p. 85. de birro multa *Salmas.* et *Tertullian.* Pall. et *H. A. Script.* Haec me movent, ut suspectam habeam *Etymologi* πορπήν· fibulis adstringebantur ἐφεστρίδες sive lacernae: verum ut unquam μανδύη vel ἐφεστρὶς dicta fuerit πορπὴ, id quidem me plane fugit: quare multo malim βηῤῥόν· erroris propagati gradus spectare licet in *Moeridis* πυῤῥήν. *Hemst.* Non satisfecerunt haec *Piersono* ad *Moerid.* p. 139. sq. cui magis placet πόρπαμα. Equidem dubito, an sic quoque restitutum fuerit Scholion. An forte in voce πόρση *Persarum* nomen latet? quorum *pallium*, s. *chlamys*, proprio nomine μανδύη s. μανδύας adpellabatur. Verum nihil praestabo. *Lehm.*

Pag. 171. l. 9. πεντηκόντορος] Ναῦς ὑπὸ πεντήκοντα ἀνδρῶν κωπηλατουμένη. V. Ἡ ὑπὸ πεντήκοντα ἀνδρῶν ἐρεσσομένη ναῦς. V.

Pag. 172. l. 9. τὴν κινάβραν] Κινάβρα, ἡ τῶν τράγων δυςωδία· ἐνταῦθα οὖν μεταφορικῶς λέγει δυςωδίαν τὸ πάντας σιαίνειν [b])· ἴσως δὲ καὶ κινάβραν λέγει τὴν πήραν. V.

Pag. 173. l. 12. καὶ βαρβαρισμοὺς] ἐν σχήματι προφερομένων τῶν λόγων χάριτος ἕνεκεν· ὡς τὸ, οἱ δὲ δύο σκοπελοὶ [c]), καὶ τὰ παραπλήσια. V.

---

b) πάντας μιαίνειν] Τὸ πάντας σιαίνειν Exc. G. τῷ π. σ. V. De voce σιαίνειν vid. Schol. ad Tim. c. 7. *Solan.* Haec vel Scholiorum descriptor vel *Clericus* ita concinnaverat, ut aliquem habere sensum viderentur: neque tamen eo magis, quid huc faciant, intelligas. Persuadeo mihi σιαίνειν verbum esse recentioris Graecitatis, quod corruptum ex σικχαίνειν significet *fastidium creare*, quale solet odor ingratus ac teter; at *fastidire*, *aversari* σιαίνεσθαι· *Cyrilli* Gl. Σιαίνομαι, *tedo* (*Taedeo*) Σιαντία, *fastidium*. Σιαντὸς, *teter*. Iisdem fere vocibus utitur ad σικχαίνεσθαι ejusque derivata explicanda. Fallitur *Cangius* Gl. M. et I. Gr. in Σιαίνειν· nam *Nicephori* et *Joannis Moschi* σιανθεὶς non aliunde debet, quam ab hoc ipso σιαίνεσθαι repeti: utrique loco potestas adsignata plane convenit: aliena est, quam ille dedit, interpretatio, *captata animi aequalitate.* Videndum ergo, an in Scholio nostro ad Tim. c. 7. restitui commode possit, ἀπὸ τοῦ Δία σιαίνειν, propter illam στυγνότητα nimirum vultusque tristitiam, qua festum illud Διάσια celebratur. Hic autem voluitne dicere? κινάβρα *proprie hircorum foetor: praeterea notat quemvis tetrum odorem, eo quod omnibus fastidium excitet*; sive malis, *omnes fastidiant*: an potius parva mutatione legi praestat? λέγει δυςωδίᾳ αὐτὸν πάντας σιαίνειν, *ait* Lucianus *gravi foetore philosophum cum omnibus esse fastidio.* Qui porro venit in mentem huic homini, ut κινάβραν forte vocari *peram* suspicaretur? quid dici poterat absurdius? haec tamen Etymologi verba non multum discrepantia recognosce: Κινάβρα, ἔστι κυρίως ἡ τῶν τράγων δυςωδία· λέγεται καὶ ἁπλῶς ἡ δυςωδία· ἢ καὶ ἡ πήρα· quibus, aliisque pluribus, inducor fere, ut credam non Etymologum a Scholiasta, sed ab Etymologo nostrum Scholiasten saepe describi: de pera certe vix quisquam, quid sit κινάβρα declarans, cogitare posset, nisi ad hunc locum commentaretur. *Hemst.* Alteram *Hemst.* sententiam amplexus *Schm.* inseruit αὐτὸν post δυςωδίᾳ. Ego verba dedi e Vat. (Loss.) ubi leguntur ἐνταῦθα οὖν μεταφορικῶς vulgo omissa, deinde δυςωδίαν pro δυςωδίᾳ et τὸ pro τῷ. *Lehm.*

c) οἱ δὲ δύο σκοπελοὶ] Videtur hic aliquis locus citatus fuisse. *Cler.* Ex *Homeri* Od. *M.* 73. ut indicavit *Solanus*. Porro προφερόμενον τὸν λόγον habuit E. A. prave: quum V. praeferat τῶν λόγων, huic aptandum fuerat προφερομένων, non contra. Ceterum quomodo pertineat haec adnotatio ad βαρβαρισμοὺς, nemo facile pervidebit: Eruditiss. itaque *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 297. n. 63. fortassis loco non suo positam observat, et alio referendam: *Certe melius*, inquit, *conveniebat illis*, *quae leguntur in* Lu-

Pag. 174. l. 3. δεδηωμένος] πεπορθημένος. V.

Ead. l. 10. χαμαιτυπεῖα] πορνεῖα. V.

Pag. 176. l. 27. τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο] Ὅμηρος εἰσάγει παλαίοντας Ὀδυσσέα καὶ Αἴαντα· φησὶν οὖν Αἴας πρὸς Ὀδυσσέα, ἢ κούφισόν με, ἢ κουφίζω σέ [d]). Αἰνίττεται οὖν ὁ Λουκιανὸς διὰ τοῦ στίχου, ὡς τοῦ Ἀριστέου [e]) λέγοντος, ἢ κούφισόν με, ἢ κουφίζω σέ· τουτέστιν, ἢ προκόμισόν με, ἢ προκομίζω σέ. V.

Pag. 178. l. 4. εἰς Κίῤῥαν] Κατ' ἀντικρὺ Κίῤῥας ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ ἡ Σικυών. Ἡ δὲ Κίῤῥα ὄρος ὀξὺ κατὰ τὴν Φωκίδα V. ὅπου νῦν τὸν χρυσὸν φασὶ C. addunt.

Ead. l. 5. τῷ Ἰάπυγι] ἀνέμῳ. G.

Ead. lin. 6. Εὖ ἐποίησαν] ἀντὶ τοῦ, ἔπαθον, Ἀττικῶς. G.

Ead. l. 10. ἐκ κοτίνου] ἐξ ἀγριελαίου. V.

Pag. 179. l. 16. στέγειν οὐ δυναμένου] δέχεσθαι, βαστάζειν. V.

Pag. 183. l. 1. πατρῴαν ἀρχὴν παραλαβὼν] Ἀλλὰ καὶ σὺ, Λίβυ, Ἁμίλκα τοῦ (καὶ Βάρκα) πατρὸς τὴν [f]) παρασκευὴν τοῦ πολέμου λαβὼν, ἃ κατειργάσω, εἰργάσω. V.

---

cian. *Dial. Junonis et Latonae* p. 243. v. 22. (Diall. Deor. XVI, 1.) οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν — ὁ δ' Ἀπόλλων· cui libens adsentior. Similis orationis figura Diall. Deor. XV, 2. Ejusmodi quiddam, adductis etiam iisdem Homeri verbis, reperies in G. ad Diall. Deor. XIV, 2. *Hemst.* In Vat. omnino non reperitur hoc Scholion, teste *Lossio*: eo minus dubium, quin alieno loco sit insertum. *Lehm.*

d) ἢ κουφίζω σέ.] Sic E. A. Κουφίσω utrobique et προκομίσω scripserat *Solanus.* Eo usu posita sunt haec verba, quem in recentiore Graecorum habent lingua. *Hemst.*

e) Ἀρισταίου] L. Ἀριστέου. Sed tamen Ἀρισταίου est etiam in C. *Solan.* Poterat itaque etiam retineri minus legitima forma. Vid. Adnot. *Lehm.*

f) Ἀλμίκαστον καὶ κάρη πρὸς τὴν] Videtur Graeculus hic pro Alexandro respondens nomina Africanarum aliquot gentium adjecisse: sed ex portentosis ab imperito librario adjectis vocibus, quaenam eae fuerint, divinabunt sagaciores. *Cler.* In V. erat ἄμιλκα καὶ καρτα πρ̀ς. Lege Ἀμίλκα τοῦ καὶ Βάρκη πατρός. *Gron.* Ἀλμικα· στουον καὶ Καρκα πρς. C. *Solan.* Ego in V. nisi me fefellerunt oculi, cum illam partem inspicerem, reperi tantum ἀλμίκαστον καὶ καρτα πρ̀ς. Veram lectionem, quae fugere non poterat eum, qui in πρὸς deprehendisset πατρὸς, dudum ante conjectura fueram adsecutus. *Corn. Nep.*: *Hamilcar, Hannibalis filius, cognomine Barcas.* *Polybius*: Ἀμίλκαν τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον. *Zonar.* T. II. p. 70.: Ἀννίβας παῖς τοῦ Ἀμίλκου τοῦ Βαρχίδου. Vide egregie doctum virum *Fra. Oudendorp.* ad *Frontin.* III. c. 10, § 9. *Hemst.*

Ead. l. 11. βάρβαρος ὢν . . . καὶ οὔτε Ὅμηρον . . .] Ἐφρόνει γὰρ Ἀλέξανδρος μέγα ἐπὶ τῷ ἀπὸ στόματος ἀεὶ προφέρειν g) τὴν Ἰλιάδα Ὁμήρου. V.

Pag. 185. l. 1. ἀγαπᾶν ἄρχειν] κατέχειν ἀρκεῖσθαι h). V.

Pag. 186. l. 12. καθηδυπαθῶν] εἰς ἡδονὰς καταναλίσκων. V.

Pag. 191. l. 3. καὶ τὰ μεγάλα θηρία] τοὺς ἐλέφαντας λέγει. V.

Pag. 192. l. 12. καὶ γὰρ Κλεῖτον] τὸν σωματοφύλακα, ὃν μεταξὺ εὐωχούμενον τῷ δορατίῳ διέπειρε. Καλλισθένην i) δὲ τὸν φιλόσοφον, ὃς λέοντι συγκαθειρχθεὶς ὑπ' Ἀλεξάνδρου διεφθάρη. V.

Pag. 194. l. 5. συνηνέχθης] συνανεστράφης. V.

Ibid. τοξάρια] ἀκόντια. V.

Ibid. καὶ πελτίδια] μικρὰ ἀσπιδίσκια. V. τετράγωνα. G.

Ibid. καὶ γέῤῥα] Περσικὰ k) μέν ἐστιν ὅπλα κυρίως τὰ γέῤῥα· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἅπαν τὸ σκέπασμα, εἴτε δερμάτινον, εἴτε καὶ ἄλλης τινὸς ὕλης γέῤῥον ἐλέγετο. V. μικρὰ ἀκόντια. G.

Ead. l. 6. οἰσύϊνα] εἶδος ἰτέας. G.

Pag. 195. l. 2. οὐ διασπάσας] οὐ διασχίσας l). ὁ Φίλιππος χρήματα παρέχων στάσεις ἐνέβαλεν ἐν ταῖς πόλεσιν. V.

Ead. l. 11. κάνδυν] ἱμάτιον. V. Περσικὴ χλαμύς ἐστιν ἡ Κάνδυς, κατὰ τὸ στέρνον, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ὦμον ἀνοιγομένη. Τιάρα δὲ κεφαλῆς ὀξύ τι περίβλημα, ὅπερ, τῶν ἄλλων πάντων Περσῶν πλαγίως φορούντων m), μόνος ὁ βασιλεὺς ὄρθιον εἶχε. Cod. Par. 2956.

---

g) ἀπὸ στόματος προφ.] Ἀεὶ et Ὁμήρου adjecta sunt a *Solano.* Ego ἐπὶ τῷ scripsi pro eo quod erat in A. E. ἐπὶ τό. *Hemst.*

h) κατέσχειν ἀρχεῖσθαι] F. κατέχειν ἀρκεῖσθαι. In Exc. G. sic legitur, κατέχων ἀρχεῖσθαι· ita et C. nisi quod ἀρκεῖσθαι. *Solan.* Ex V. refecerat *Solanus* κατέχων ἀρκεῖσθαι. Ego certissimam ejus conjecturam praetuli: ἀγαπᾶν exposuit per ἀρκεῖσθαι, ἄρχειν per κατέχειν. *Hemst.*

i) Καλλισθένην] C. interponunt hic Κλειτοσθένην, mendose; nam ibidem et Καλλισθένην comparet. *Solan.*

k) Περσικὰ] Haec eadem in *Etymologo* leguntur. Doctior exstat *Scholiastae* nostri de γέῤῥοις adnotatio ad Toxar. ubi plura nobis dicenda erunt. *Hemst.*

l) διασχίσας] C. διαστιχίσας· λέγεται γὰρ ὅτι Φ. Lege διαστήσας, quod et in textum multarum Editionum irrepsit. *Solan.* Videtur in hoc corrupto vocabulo duplex lectio confusa διαστήσας et διασχίσας. *Hemst.*

m) φορούντων] φερούντων scripsit *Belin.* et descripsit *Schmied.*

Pag. 196. l. 1. ἄνδρας] Καλλισθένην καὶ Λύσανδρον [n]). V.

Ead. l. 7. Ὀξυδράκαις [o])] ἔθνος. V.

Pag. 197. l. 1. Ἄμμων] Οὕτω Ζεὺς παρὰ Λιψίν [p]). πρὸς τοῦτον Ἀλέξανδρος χρησμὸν δεησόμενος ἦλθε, καὶ ἤκουσε, Υἱὸς μοῦ εἶ. G.

Ead. l. 6. μυδῶντα] ἐκρέοντα, σεσημμένον. V.

Pag. 205. l. 10. ψυχρολογίας] ἤτοι ψευδολογίας. G.

Pag. 207. l. 15. οὐ τὸ ὕδωρ] Ἀπὸ*) γὰρ λυττῶντος κυνὸς δηχθεὶς δειλιᾷ τὸ ὕδωρ. G.

Pag. 208. l. 21. ξενάγησον] ἀντὶ τοῦ, ὁδήγησόν [q]) με τὸν ξένον. Cod. 2954.

Ead. l. 22. νέηλυν ὄντα] Νέηλυς, ὁ νεωστὶ ἐλθών. V.

Pag. 209. l. 16. καὶ σὺ ἀνεμέσητον εἶναι] Ὅμηρος,

Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς,
Τοιῇδ' ἀμφὶ [r]) γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν. V.

Pag. 213. l. 23. πρὸς τοῦ Διονύσου] Ἐν ἄλλῳ, πρὸς Πλούτωνος. G.

Ibid. περιήγησαι] εἰς λεπτὸν διήγησαι. V.

Pag. 214. l. 5. καὶ τὸν βασιλέα εἶδον] τὸν Πλούτωνα. V.

Ead. l. 7. ἐνδόξους] ἐπισήμους. G.

Pag. 215. l. 1. Σαρδανάπαλος] Λέγεται Σαρδανάπαλος κατά τινας μὲν Ἑρμαφρόδιτος, κατά τινας δὲ τρυφερώτατος [s]). V.

---

vitiose. *Suid.* de eadem τιάρα· ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις. In superioribus quod Codex habet κατὰ τὸ στένον, correxerat *Belinus. Lehm.*

n) Λύσανδρον] Nota Callisthenis historia: quanquam de ejus poena et morte valde dissentiant: vid. *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 8. n. 21. sed quem Lysandrum, ca eae leonum iidem inclusum, indicet, non reperio. *Suidas* in Καλλισθένης Nearchum Tragicum illi adsociavit: an pro eo memoriola vacillans *Scholiastes* nobis Lysandrum suggessit? *Hemst. Lysimachum* videtur cogitasse, de quo varia fide narrant *Valer. Max.* IX, 3. 1. ext. *Curt.* VIII, 1, 17. *Justin.* XV, 3. et alii. *Lehm.*

o) Ὀξυθράκαις] Hoc Ed. A. vitium correxit *Solanus. Hemst.*

p) Λίψιν] Debuerat Λιβύσι· sed quae ex G. Exc. promuntur, plerumque notae sunt non optimae, et nonnunquam vix bene Graeca; quale quod mox sequitur χρησμὸν δεησόμενος ἦλθε. *Hemst.*

*) Ἀπὸ] Scribendum forte Ὑπό. *Lehm.*

q) ὁδήγησον] Maluit *Belinus* ὁδήγησαι, temere. *Lehm.*

r) Τοιῇδ' ἀμφὶ] Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ] Delenda haec: neque enim novum est Scholium, nisi forsan decurtata in ejus Codice verba *Homeri* fuerint. *Solan.*

s) τρυφερὸς] τρυφερω . . . V. *Solan.* Τρυφερώτατος igitur.

Pag. 216. l. 8. ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι] Κυάμους, ψήφους, αἷς [t]) χρώμενοι οἱ παλαιοὶ βουλευταὶ βουλὰς κατεσκεύαζον. V.

Ead. l. 14. ἐξηνθηκὼς] ἐκβράσας. G.

Pag. 217. l. 5. κόρυζα] μωρία· τῶν γὰρ ἀνοήτων ἐκ τῶν ῥίνων μύξαι τρέχουσι. G.

Pag. 218. l. 8. τοὺς ἐν Σικελίᾳ τυράννους] Διονυσίους λέγει, πρὸς οὓς Πλάτων ἐπορεύετο. G.

Pag. 219. l. 6. ὁ τοῦ Κλεινίου] Ἀλκιβιάδης. V.

Ead. l. 16. ὦ Μένιππε . . . .] Γρ. ὦ Μένιππε, ἐδόκει ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ προσιέναι, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον. Οὕτως [u]) τὸ κείμενον. G.

Pag. 222. l. 6. ἀπόδος] ἀπόλυε, *solve*. G.

Ibid. τὰ πορθμία] Πορθμεύς ἐστιν ὁ διαβιβάζων ἐν ταῖς λίμναις τοὺς πλέοντας. Πορθμεῖ τὸ πλεῖ διαφέρον [x]). Πορθμίον τὸ ναῦλον Ἴωνες [y]). C. 2954. Πορθμεύς [z]) ἐστιν ὁ διαβιβάζων ἐν ταῖς λίμναις τοὺς πλέοντας· νῦν δὲ πορθμέα λέγει τὸν Χάρωνα, ὡς διαβιβάζοντα τοὺς νεκρούς. Vat. (Loss.)

Pag. 223. l. 4. ὀναίμην] ὠφεληθείην. Cod. 2954. (Loss.)

Ibid. ὑπερεκτίνειν τῶν ν.] ὑπὲρ τῶν νεκρῶν διδόναι. G.

Pag. 227. l. 15. Οὐκοῦν . . . .] Τῆς Περσεφόνης [a]) ὁ λόγος δεομένης ὑπὲρ Πρωτεσιλάου. G.

Pag. 228. l. 2. παστοῦ] θαλάμου. G.

---

quod reposui, supplendum fuit. De Sardanapalo hermaphrodito res est non protrita: eodem spectat, quod ab *Hellanico* vel *Callisthene* sine dubio sumtum tradit *Schol. Aristoph.* ad Av. v. 1022. Ἦν δὲ τῷ βίῳ τρυφηλὸς, καὶ τῷ εἴδει εὐτράπελος, καὶ τῷ σχήματι ἀλλόκοτος. *Hemst.*

t) οἷς] E. A. quod mutandum erat. Tum satis inconcinne dixit βουλὰς κατεσκεύαζον, fabarum sortitione senatores creabant. De κυάμοις lege quae olim cum Praestantiss. *Kustero* communicavimus ad *Jamblich.* de V. P. §. 260. *Hemst.*

u) Ὄντως] Credo legendum οὕτως· *sic ipse contextus habet. Hemst.* Sic etiam *Schm.* edidit. *Lehm.*

x) Πορθμεῖ τὸ πλεῖ διαφέρον] Corrupta haec nescio an sic optime restitui possint: Πορθμεύει τοῦ πλεῖ διαφέρον, vel διαφέρει. Sed quorsum hic ista differentiae notatio? *Schmiederus* scripsit, Πορθμεῖ τῷ πλεῖ διαφέρον. *Lehm.*

y) Ἴωνες] Sic correxi, quod *Belinus* et *Schmiederus* habent, Ἰῶνες. *Lehm.*

z) Πορθμεύς etc.] Pertinet hoc Scholion ad eam, quae in Vat. cod. legitur, Dialogi Inscriptionem: Πορθμέως καὶ Μεν. *Lehm.*

a) Τῆς Περσεφόνης] Haec videtur *Schol.* monuisse, quia omissa fuerat ejus in exemplari Proserpinae persona. *Hemst.*

Pag. 231. l. 15. Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς] Ὅμηρος γὰρ τὸν ἐκ Σύμης [b]) Νιρέα ὕμνησε διαφερόντως εἰς κάλλος μετά γε Ἀχιλλέα. V.

Pag. 232. l. 1. ψεδνὸς] μαδαρὸς, ἀραιόθριξ. V.

Ead. l. 8. ἀλαπαδνὸν] ἀσθενές. V.

Pag. 235. l. 1. ἀτελεῖς] οὐ συντελοῦμεν, οὐδὲ μετέχομεν [c]) τῆς δίψης. Cod. 2954

Pag. 237. l. 11. ἀνεκαλεῖτο [d]) τῆς τόλμης] καὶ αὐτὸν ᾐτιᾶτο τῆς τόλμης. G.

Pag. 238. l. 2. κυμβία] κυμβίον [e]), εἶδος περικεφαλαίας καὶ ἐκπώματος. Cod. 2954.

Ead. l. 7. ἀμφότεροι διαπαρέντες] ἀντὶ τοῦ, ἀμφοτέρων διαπαρέντων. G. Σημείωσαι [f]) τὸ σχῆμα, ὤφειλε γὰρ, ἀμφοτέρων διαπαρέντων. Cod. 2954.

Pag. 239. l. 8. τῇ σαρίσσῃ] λόγχῃ Μακεδονικῇ. G.

Ead. l. 11. ἐς τὸν βουβῶνα] Βουβων περὶ τὴν γαστέρα τόπος. V.

Pag. 240. l. 12. Βλεψίας τε ὁ δανειστὴς] Γρ. Βλεψίας δὲ ὁ δανειστικός. G.

Ead. l. 13. ξεναγὸς] ὁ ξένους στρατιώτας ξυνάγων καὶ μισθῶν αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον. V. Ὃς μισθῷ τοις στρατιώτας συνάγει. G.

Pag. 241. l. 4. ἀπεσκληκέναι] κατεξηρᾶσθαι [g]). V.

Pag. 243. l. 5. ἀπολιπόντα . . . . .] Γρ. Ἀπολείπον-

---

b) Σκύμνης] Σύμης esse reponendum ex *Homero* patet Il. *B.* 671. accurate de Syme et rege Nireo *Diodor. Sic.* V. p. 225. D. *Hemst.*

c) μὴ ἔχομεν] Vitium erat in iis, quae tradidit *Belinus*, οὐδ᾽ μὴ ἔχομεν, quod *Belinus* ipse sic volui emendari: οὐδὲ ἐχόμεθα, non male quidem per se, sed paullo liberius. *Schmiederus* his vestigiis insistens, negligentius tamen, edidit οὐδὲ μὴ ἐχόμεθα, quod sensu caret idoneo, nec linguae legibus congrui. Ego simplicius, opinor, et verius, correxi οὐδὲ μετέχομεν. Ita hoc Scholion etiam cum *Thomae* M. ἀμέτοχος convenit. Pro διψας autem jam *Schmiederus* ediderat δίψης. *Lehm.*

d) ἀνεκαλεῖτο] Exhibui manum Doctiss. *Solani*: adparet tamen *Schol.* explicare voluisse ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τῆς τ. *Hemst.*

e) κυμβίον] Cf. *Schol.* ad Lexiphan. c. 7. *Lehm.*

f) Σημείωσαι] Sic scribebam pro eo, quod *Belinus* et *Schmiederus* exhibent, σημειῶσαι. *Lehm.*

g) κατεξηρᾶσθαι] Vitium Ed. A. κατεξύρασθαι correxerat etiam *Matth. Stadus. Hemst.* Debebat scribi κατεξηράνθαι. secundum liquidatorum quidem verborum legem: neque enim formam ξηράω agnoscit praestantissimus *Lobeckius* ad *Phrynich.* p. 502. Cf. etiam *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* Vol. II. p. 424. *Lehm.*

τα ἰέναι [h]). οὐδὲν τοιοῦτον. ἀλλ᾽ ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐννενήκοντα. G.

Ead. l. 14. τὸ χρεὼν] εἱμαρμένην. V.

Pag. 245. l. 1. τίς ὁ Φινεὺς] Ὁ μὲν Φινεὺς τυφλὸς ἦν· ὁ δὲ Λυγκεὺς ὀξὺ ἔβλεπεν. Ἦν ὁ μὲν Ἀρκὰς, περὶ τὸν Φάλον κατοικῶν· ὁ δὲ Ἀθηνᾶς [i]). Cod. 2954.

Pag. 246. l. 2. ἀπόκρινε] ἀντὶ τοῦ διαχώριζε. V.

Ead. lin. 15. βλάκα] [k]) εὐήθη, ἀνόητον· εἴρηται ἀπὸ ἰχθύος ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου δὲ οὕτως, ὡς μηδὲ κύνα αὐτῷ χρῆσθαι. V.

Pag. 247. l. 3. Λυκάονος θυγατέρα] τὴν Καλλίστω λέγει. Cod. 2954.

---

h) ἀπολείποντα ἰέναι] Corrupti Codicis varia lectio. *Hemst.*

i) Ἦν ὁ μὲν Ἀρκὰς — Ἀθηνᾶς] Altera Scholii pars haud dubie corrupta. Primum *Phineo* illi caeco, diverso a Cephei fratre cognomine, cuncta antiquitas vel Thraciam, vel Bithyniam, vel Paphlagoniam, adscribit sedem, et historia ejus cum Argonautarum expeditione et Boreae filiorum rebus gestis tam arcte est connexa, ut, sicubi alia ejus sedes commemoretur, non possit non fides ejus rei suspicioni esse obnoxia. Praeter hunc nostrum *Scholiasten* unus, quod sciam, *Lactantius* ad *Stat.* Theb. VIII, 255. Phinea regem Arcadiae facit, haud dubie fonte usus, in quo idem, atque hic, error commissus fuit. Deinde quid facias nomine Φάλος, maxime dubium esse potest: sive fluvium, sive montem, intelligas, neque in Arcadia, neque etiam in Thracia, vel vicinis terris, hoc nomen facile invenietur. An forte Φάλον e compendiaria scriptura nominis Σαλμυδησσὸν ortum? Certe *Scholiastes Apollonii Rhod.*, qui ad II, 178. etsi fuse Phinei res exponit, nihil tamen de *Arcade* Phineo commemorat, ad v. 177. diserte dicit: Ἄλλως τε καὶ ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται, τὸν Φινέα περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν (fluvium κατοικῆσαι. Et oppidum Salmydessum in Thracia situm eundem in finem laudat *Apollodor.* I, 9, 21. καταντῶσιν (Argonautae) εἰς τὴν Θρᾴκης Σαλμυδησσὸν, ἔνθα ᾤκει Φινεὺς μάντις, τὰς ὄψεις πεπηρωμένος. Cf. *Hygin.* fab. 19. ibique *Muncker.* et *Heyn.* ad *Apollodor.* l. l. Jam vix dubium amplius esse potest, quin Scholii auctor scribere vel voluerit, vel certe debuerit, ὁ μὲν Θρᾷξ, περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν κατοικῶν. Quod sequitur de Lynceo notatum, ὁ δὲ Ἀθηνᾶς, sic corrigendum putavit *Belinus*: ὁ δὲ Ἀθηναῖος, et vere ita edidit *Schmiederus*. At *Lynceus Atheniensis*, cui, obsecro, usquam occurrerit? In Ἀθηνᾶς latere videtur matris Lyncei nomen, quod erat *Arene*. *Tzetzes* ad *Lycophron.* v. 512. p. 86. Ἀφαρέως καὶ Ἀρήνης τῆς Οἰβάλου, ἢ Ἀρνης τῆς Αἰόλου Λυγκεὺς καὶ Ἴδας. Vid. omnino *Muncker.* ad *Hygin.* fab. 14. Lege itaque plene: ὁ δὲ Ἀφαρέως καὶ Ἀρήνης. *Lehm.*

k) βλάκα] Totidem verbis apud *Etymol.* et *Suidam* exstant. *Hemst.*

ADNOTATIONES

IN DIALOGOS DEORUM.

Pag. 1. l. 1. *ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ*] In cod. 2956. tituli loco legitur: *Διάλογοι θεῶν οὐρανίων*, magis illud, quam par erat, *Belino* probatum. Nam non distinguuntur hi Deorum dialogi a dialogis marinorum Deorum, qui quidem inscribantur *διάλογοι ἐνάλιοι*, neque vero *θεῶν ἐναλίων*, sed referuntur potius ad eos Luciani dialogos, in quibus vel homines inter se, vel iidem cum Diis, vel mortui denique eorumque numina inter se colloquuntur. Marini vero dialogi, i. e. non tam marinorum Deorum, quam in mari, vel prope mare, habiti, sunt quasi adpendix dialogorum Deorum, bono consilio a *Luciano* adjecta, neque adeo argutius illinc distinguenda vel sejungenda; quod a serioribus demum Grammaticis, non a *Luciano* ipso, factum esse, ipse titulus *ἐνάλιοι διάλογοι* satis clare indicat. Lehm.

Ead. l. 12. *Κείρεσθαι τὸ ἧπαρ*) Eleganter adhibetur hic verbum *κείρεσθαι*, *tonderi*, quia fingitur jecur Promethei deglutitum a sexdecim vulturibus interdiu, crevisse noctu in pristinam molem: quemadmodum adtonsi crines iterum crescunt. Vid. Prometh. in Verb. §. 5. Cler. Locutio in hac re consensu scriptorum quasi propria. Vid. *Is. Voss.* ad *Catull.* p. 126. qui hujus loci meminit. *Dion Chrys.* p. 92. B. *κείρεσθαι τὸ ἧπαρ ὑπὸ τοῦ ἀετοῦ*. *Gregor. Nazianz.* Stelit. II. p. 110. et *Schol.* Eleganter *Phot.* Ep. 82. *Κείρουσιν οἱ παλαιοὶ λόγοι Προμηθεῖ τὸ ἧπαρ ἀετὸν ἐφιστῶντες τὸν κείροντα.* *Nost.* in Jov. Conf. §. 17. Virginem Tarpejam apud inferos hoc supplicio adfecit *Sil. Ital.* XIII, 839.

— tondetur praecordia rostro
Alitis —. Hemst.

Ead. l. 14. *Τὸ πῦρ κλ.*) *Ἐν κοίλῳ νάρθηκι* apud *Hesiod.* Theog. v. 567. Opp. et D. v. 52. *Servius* in *Virg.* Ecl. VI. facula adhibita ad rotam solis. Leed. Modo post verba

τοιαῦθ' ἡμῖν ζῶα in plerisque omnibus edd. vett. interposita est vox ἀνθρώπους, fere sine articulo, cum articulo vero ut in cod. Par. 2956., ita et in edd. Ald. 1. et 2. Nec potest facile negari, requiri articulum, sive leges linguae, sive usum, spectes. Haec ipsa vero librorum variatio, ad quam illud accedit, quod in illo ipso cod. Par. haec verba alio, ac vulgato, ordine leguntur: ἀνθ' ὧν ἡμιν τοιαῦτα ζῶα τοὺς ἀνθρώπους ἔπλασας, quam quidem rationem non video, quo modo *Belinus* suaviorem vulgata dicere potuerit, quum multum habeat languoris; ergo vel haec ipsa variatio hoc additamentum τοὺς ἀνθρώπους suspectum reddit; necdum adeo ab ea sententia recedere possum, quam olim de ea voce declaravi, *Seyboldum* scilicet jure suo hic glossema suspicatum. Cupidius fortassis feci, quod omnino ejeci. Nam quod *Schmiederus*, qui alioquin recte restituit articulum, ad tuendum hoc additamentum ad verba illa Prom. s. Cauc. c. 3. ἔπειτα δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, πανουργότατα ζῶα, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας, tanquam similia, provocat, id ejusmodi est, ut pari jure hinc, si velis, concludere possis, in h. l. nostrum scriptorem etiam ἀνέπλασας pro ἔπλασας et πανουργότατα pro τοιαῦτα edidisse. Cujus quidem generis rationem locorum inter se conferendorum adeo ineptam esse adparet, ut mirandum sit, qui *Poppo* in repetita Bremeriana editione tantum ei pretii statuere potuerit. Nam — Sed sapienti sat! Speciosius vero idem *Poppo* monet, perspicuitatis caussa necessarium esse ἀνθρώπους. At quid hoc sit? Prometheumne, audientem Jovis τοιαῦτα ζῶα, non potuisse, quid ille sibi vellet, perspicere? an lectorem, mythicae hujus narrationis ignariorem? Illud nemini facile in mentem venerit credere, nisi qui prorsus sit stupidus, vel suae personae in omnibus tenax. Restat alterum, de quo mihi quidem non minus certa est persuasio. Nolo lectorem ponere, qui ante hunc dialogum legerit superiorem, cui nomen Prometheus s. Caucasus, vel remotiorem illum *in eum* conscriptum: *qui dixerat: Prometheus es in verbis.* Sed talem possumus cogitare, atque adeo debemus, sive aequalem *Luciani*, sive ex posteris ejus quemcunque volueris, cui vulgares Graecae Theologiae fabulae ex institutione puerilis aetatis vel e lectione principum poëtarum vel mythographorum eatenus saltem innotuerunt, ut, quum legit Promethei λῦσόν με, ὦ Ζεῦ, sine mora intelligere valeat, quid Prometheo acciderit, quidque antea is patraverit; quid denique jam ipse agat. Idem vero lector, nisi fallor, etiam illa τοιαῦτα ζῶα quaenam sint et qualia, vix poterit suspensus haerere. Nam neque plebi incultiori, neque etiam tironi-

bus nostris, conscripsit sua *Lucianus*. Is autem, qui ad verba Jovis τοιαῦτα ζῶα addidit τοὺς ἀνθρώπους, manifesto tironibus imperitioribus scripsit, et vox ipsa est glossema; quod quidem erat demonstrandum. Accedit, quod, omissa hac voce, major quoque vis inest verbis τοιαῦτα ζῶα· contemtum enim Jovis ac superbiam sic gravius designant. Lehm.

Ead. l. 15. Ἃ μὲν γὰρ ἐμὲ ἐξηπ.) Brevis repetitio capitum adcusationis Promethei. Vid. *Hygin.* in Astr. Poët. II, 15. ex cujus verbis facile intelligas, quod scribit hic *Lucian.* Cogn.

Pag. 2. l. 3. Τοσοῦτον χρόνον) *Aeschylus* dicit in Prometheo, Prometheum aliquot annorum millia Caucaso adfixum fuisse. Cogn. Annos triginta *Hyginus* tradit, Fab. LIV. et CXLIV. Solan. Tredecim generationes numerat *Aeschylus* Prom. V. v. 773. Restitui autem, sensu necessario requirente, et probante etiam *Poppone*, οὔκουν pro vulg. οὐκοῦν. Redde: *Nonne itaque jam? nondumne itaque?* Et alibi similia librariorum vitia mihi corrigenda erant, e. g. Diall. Mortt. X, 4. Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 794. edit. 2. Lehm.

Ead. l. 6. Ὧν σε δεῖ] Non vult haud dubie Jupiter: *eorum, quae te oportet pati, sed eorum, quae te oportebat pati,* si scilicet ex merito caussa aestimaretur. Aequum igitur se atque mitem simulat Jupiter judicem: (qualem etiam Mercurius minister dicit Prom. s. Cauc. c. 6. φιλάνθρωπον) alias adpareret idem admodum durus et acerbus malorum ac dolorum alienorum spectator ac censor. Nisi itaque egregie fallor, dixit Jupiter ὧν σ' ἔδει, vel σε ἔδει παθεῖν, perinde ac supra ὃν ἐχρῆν etc. Et Char. c. 2. δεῖ et ἔδει confusa, ubi pro unice bona lectione Τὸ μὲν ὅλον ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν ἔδει χωρίου etc. tres codd. Pariss. exhibent δεῖ, quod sine justa caussa receperunt *Schmiederus* et *Matthiae.* Lehm.

Ead. l. 8. Μηνύσω πάνυ ἀναγκ.) Interpone τι· μηνύσω τὶ πάνυ ἀναγκαῖον. Hemst. Interposui cum *Schmiedero* et *Poppone,* praesertim quum id reperiatur in cod. 2956. Quomodo τι facile excidere potuerit, docet *Schaeferus* Melett. p. 12. cujus praesentissimam diligentiam nec hic locus noster fugit. Lehm.

Ead. l. 13. Μισθὸν] Salvam hanc vocem temere adtrectavit *Seyboldus*, quippe non intellecta illa insolentia quadam Jovis, qua is vocabulum μισθὸς, a Prometheo ipso modo usurpatum (οὐκ ἄμισθὶ) per ludibrium repetit. Neque ego intelligo, quid sit μῦθον ἀποτίειν. Lehm.

Pag. 3. l. 1. Παρὰ τὴν Θέτιν) *Ovid.* Metam. I. hoc va-

ticinium adtribuit Proteo; sed *Lucianus* hic videtur *Aeschyli* poëtae et aliorum sequi sententiam. Cogn.

Ead. l. 4. *Μηδὲν, ὦ Ζεῦ, κοινωνήσῃς*) Proteum apud *Ovidium* praedicere, prolem Thetidis patre fore potentiorem; apud *Lucianum* Prometheum ista Jovi manticinari, (sic enim loqui maluit summus antiquariae dictionis adfectator) Themidem apud *Lactantium*, observat *Dausq.* Adnot. ad *Q. Calabrum* p. 70. Vide porro, si tanti est, *Barth.* Adv. LII. c. 13. *Apollodor.* III. p. 233. ed. Salm. *Ἔνιοι δέ φασιν Διὸς ὁρμῶντος ἐπὶ τὴν ταύτης συνουσίαν εἰρηκέναι Προμηθέα, τὸν ἐκ ταύτης αὐτῷ γεννηθέντα οὐρανοῦ δυναστεύσειν.* Hemst.

Ibid. *Τῇ Νηρηΐδι*) Id est, *Θέτιδι*. Guyet.

Ead. l. 10. *Σὲ δὲ ὁ Ἥφαιστος*) Aquila ab Hercule jam pridem occisa, vinctus tamen manebat Prometheus. Solan.

Pag. 4. l. 8. *Ἀρχαιότερος τοῦ Ἰαπετοῦ*) Sic D. D. VII. *τοῦ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερον*. proverbialiter. Bourd. Respicit ad id, quod habet *Hesiod.* Theog. v. 120. ubi Amorem antiquissimum Deorum facit: vide, quae ibi notavimus. Cler. *Ἰαπετοῦ*) Quippe qui ex Chao cum Tellure natus, quae mater Coeli, a quo Iapetus. *Hesiod.* Theog. 116. Alibi tamen *Noster* Veneris filium facit Diall. Deor. XXIII. et passim. Idem nascentem Mercurium exhibens, quem *τοῦ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερον* dicit, addit Diall. Deor. VII. *ὅσον ἐν τῇ πανουργίᾳ.* Solan. Elegantissimum est Cupidinis apud *Longum* II. p. 34 de se suaque aetate testimonium, quod conferri meretur *Hesych.* *Ἰαπετὸς, ἐπὶ διασυρμῷ πρεσβύτερος ἀρχηγός·* legendum paene credo, *Ἰαπετοῦ πρεσβύτερος, ἐπὶ διασυρμῷ, ἀρχαῖος·* nisi reliquiae sint istae confusae luculentioris explicationis, quales superesse solas saepe contingit in hoc Lexicographo. De senibus et jam delirantibus per contumeliam ponitur. *Aristophan.* Nub. v 994. et *Suid.* in *Ἰαπετός*. *Eustath.* ad Od. Ep. 1528. *οἱ λίαν πρεσβύται Τιθωνοὶ ἐσκώπτοντο, ὡς καὶ ἀπὸ Ἰαπετοῦ καὶ Κρόνου οἱ αὐτοὶ Κρόνοι τε καὶ Ἰαπετοί·* *Synes.* Ep. IV. p. 181. A. *ὁ Ἰαπετὸς Ἀμάραντος.* Vid. *Mocr. Attic.* in *Ἰαπετὸς ἀντὶ γέρων.* Ad astutiam et calliditatem, quae multis annorum experimentis colligitur, *Noster* retulit: simul autem ad ea respicit, quae veterum Theologia de Amoris origine, Deorum vetustissimi, tradidit. *Antagoras* apud *Diogen. L.* IV, 26. *Ἢ σε θεῶν τὸν πρῶτον ἀειγενέων Ἔρος εἴπω.* Vid. Excerpta praestantissimi *Wolfii* ex *Damascio* de Princ. p. 256. 257. Hemst. Laudat *Poppo* etiam *Plat.* Sympos. c. 5. Lehm

Ead. l. 12. *Τί δέ σε μέγα ἠδίκηκα*] Sic, referente *Belino*, in duobus codd. Pariss. legitur, neque vero *δαὶ*,

quod a *Schmiedero* seducti, et ego olim, et *Peppo* recepimus, pro vulg. δέ. *Μέγα*, vulgo omissum, etiam in Gorl. reperitur, et videtur sane requiri ob sequens μικρά, quod alias non haberet, cui bene responderet. Recepi denique etiam ἠδίκηκα, quod olim improbaveram, pro vulg. ἠδίκησα. Cf. Prom. s. Cauc. c. 13. ταῦτ' ἐστὶν, ἃ μεγάλα ἐγὼ τοὺς θεοὺς ἠδίκηκα, ibique adnotata. LEHM.

Ead. l. 15. Σάτυρον, ταῦρον, χρυσὸν) Sic. Diall. Deor. XVI. Inde Jupiter πολύμορφος, Dial. Ven. et Cup. XII. et Dicaster. et locis innumeris hujus operis. BOURD.

Ead. l. 16. Κύκνον) *Isocr.* Hel. encom. p. m. 327. κύκνος δὲ γενόμενος εἰς τοὺς Νεμέσεως κόλπους κατέφυγε. De Leda notius est, quam ut addam. Addit idem, ἀεὶ δὲ μετὰ τέχνης ἀλλ' οὐ μετὰ βίας θηρώμενος. V. Anthol. I. 33. Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης. SOLAN.

Ibid. Ἀετὸν) Bis, primo ut Ganymedem in coelos portaret; secundo ut Asterien in coturnicem versam secum abriperet. Vide *Ovid.* Met. X. f. 4. et VI. f. 2. LIED. Ceterum observa paullo liberiorem horum Accusativorum rationem cum antecedentibus. Pendent a proxime posito πεποίηκας. Idem in iis quoque, quae deinceps sequuntur, οὐδεμίαν ἥντινα, deprehenditur, quae minime mutanda sunt, neque in οὐδεμία, ἥντινα, ut *Abresch.* voluit Dilucc. Thuc. p. 320. neque in οὐδεμίαν τινὰ, ut eidem placuit, quamquam haec posterior lectio in Vat. cod. 87. reperitur, improbante tamen *Bastio* Ep. Crit. p. 115. Οὐδεὶς ὅςτις coaluit Graecis in hanc unam notionem: *nullus quilibet*, et perinde tum dictum, ac si esset οὐδείς τις. Sic infra XXV, 1. καὶ ὅλως οὐδὲν ὅ, τι οὐ ξυνετάραξε. *Isocr.* Paneg. c. 2. οὐδὲν γὰρ ὅ, τι τῶν τοιούτων οὐκ ἄξιός εἰμι παθεῖν. Referendum huc et illud, quod frequenter apud *Nostrum* occurrit, θαυμαστὴν ὅσιν Halc. c. 5. et aliis casibus. Omnino solenne est Graecae linguae ingenio, in relativis enuntiationibus liberiorem quandam, et fere naturae rei convenientiorem, quae sentiri magis, quam definiri possit, nectendi rationem sequi. Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 709. a quo et hic locus exemplo adfertur. LEHM.

Pag. 5. l. 2. Μαγγανεύειν) *Μαγγανεία, γοητεία. Suid. μάγγανα, γοητεύματα. Hesych. μαγγανεύειν, γοητεύειν. Schol. Aristoph.* ad Plut. p. 35. SOLAN.

Ead. l. 6. Τὴν σὴν πρόςοψιν] Mediam vocem jam dudum cum *Schmiedero* e cod. 1428. receperam. Nunc confirmatur ea etiam cod. Gorl. Saepe autem accidisse, ut in talibus alterutra vox a festinanter scribentibus vel legentibus

librariis omitteretur, ostensum est supra ad Timon. c. 34. LEHM.

Ead. l. 7. *Πῶς οὖν* etc.) De Brancho notat *Jungerm.* ad *Long* p. 236. ex hoc loco, praeterea monens in ed. Basil. male hic impressum esse *πῶς εἶναι* pro *πῶς οὖν, quomodo,* inquit, *non hercle semel tantum ibi peccatum est.* HEMST.

Ibid. Ὁ Βράγχος) Quem hic Apollinis amasium *Lucianus,* a *Statio* filium dici audio. Interfectum templo et divinitate donavit: *Alex. ab Alex.* VI, 2. SOLAN. Cf. de dom. c. 24. De Brancho vid. *Casp. Barth.* ad *Stat.* Theb. VIII, 198. De ejus oraculo Milesio, Branchidarum dicto, quod et ipsum a *Nostro* memoratur Alexandr. c. 8, exposuit multis *Dan. Clasenius* in libro de Oraculis Gentilium p. 364. sqq. LEHM.

Ead. l. 9. *Κομήτην*) *Jul. Poll.* lib. 2. cap. de Tonsorib. *Philostr.* Heroic. et lib. 1. *Anthol. Apoll. Rhod.* lib. 2. *Intonsus Deus* pro Apolline. *Propert.* Ecl. II. lib. 3. *Stat.* de Coma Earini. *Horat.* atque illi *χρυσοῖ βόστρυχοι. Aelian.* Var. H. cap 21. l. 1. Id. D. D. XVI. et Pseudom. haec notissima. BOURD. Verba praecedentia nunc ad pristinam rationem revocare placuit, quum olim pro vulg. *ἔφευγε* scripsissem *ἔφυγε*, uti et *Scyboldum* edidisse, fortassis tamen inscium, videram. In Argentina autem edit. nunc alio quippe exemplari utens ejusdem tamen editionis, invenio *ἔφευγε*, non, quod olim professus fueram, *ἔφυγε.* Scilicet defendi posse *ἔφευγε*, monitus a *Poppone* et longiori *Luciani* mei usu edoctus, intelligo; quamquam non satisfecit ea ratio, quam *Poppo* ipse protulit, verbis ille magis *Hermanni* adhaerens, quam ipsam praecepti naturam ac sensum secutus. Nimirum argutari hoc est, si statuas, *ἔφευγε* esse h. l. *fugiebat Daphne, non semel, sed quoties eam tentabat Apollo:* quae quidem sententia prorsus aliena est a Cupidinis mente. Ad hoc ne est quidem haec Imperfecti vis, ut repetitam aliquam rem variis temporibus, sed ut *durantem, continuatam,* ut *Hermannus* dicit, significet. Quae scilicet res per Imperfectum indicatur facta, cum ea conjuncta est alia, in idem tempus incidens: relativum igitur tempus est, non absolutum. H. l. vero Aoristum sentiebam olim requiri, et adhuc sentio idem. Ac si vel unus bonae notae codex suffragaretur, etiamnum mihi *ἔφυγε* reponendum videretur. Quod quum non sit, scripsisse *Lucianum* puto *ἔφευγε*, non quidem pro *ἔφυγε*, quae detestabilis nonnullorum antiquiorum Grammaticorum, ut *Zeunii* ad *Vigerum* p. 208., opinio, qua omnis disciplina Grammatica confunditur et evertitur, a subtilioribus recentioribus jam merito explosa est, sed potius ita, ut e nexu sententiarum explenda sit enuntiatio,

quam familiaris *Luciani* stylus inexpletam reliquit. Subsidio sit alius locus e Prom. s. Cauc. c. 6. ubi Mercurius crimina Promethei enumerans: σαυτῷ μὲν, inquit, τὰ κάλλιστα ἐφύλαττες, ἐξηπάτησας δὲ τὸν βασιλέα, καὶ — sequuntur recte alia Aorista. Quorsum illud Imperfectum, quum adnexa sint Aorista? Optimo consilio factum. Cogita ἐφύλαττες καὶ ἐξηπάτησας similiter dictum, ac si esset φυλάττων ἐξηπάτησας, et habebis auctoris mentem, fraudem a Prometheo sic factam, vel eo ipso temporis momento, quo optimam carnis portionem sibi reservaverit: *dum unum fiebat, simul alterum factum*. Quod si huic nostro loco adcommodemus, sic videtur voluisse auctor: Quaesiverat Jupiter: *Qui igitur fit, ut Apollinem ament Branchus et Hyacinthus?* Cui Cupido: *At etiam illum fugiebat Daphne*, h. e. *fugiens non amavit*, quae quidem ex adjuncta quaestione explenda sunt. Fugiendo declaravit Daphne odium suum in Apollinem. Omnino notandum, in familiari sermone vincula sententiarum saepe adeo esse tenuia et subtilia, ut paullo hebetiores oculos facile latere possint. Addam unum exemplum nostro simile: Diall. Marr. XV, 1. dixerat Zephyrus ad Notum: Ἡδίστου θεάματος ἀπελείφθης, οἷον οὐκ ἂν ἄλλο ἴδοις ἔτι. Respondet Notus: Παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν γὰρ θάλατταν εἰργαζόμην· i. e. ἐργαζόμενος ἀπελείφθην ἐοικότως ἐκείνου τοῦ θεάματος. Sequitur tum ἐπέπνευσα δέ τι etc. In sequenti Dialogo complures vett. edd. μετέβαλλε habent, haud dubie falso. Nam ἐνηλλάγη in quaestione praecedenti sic plane cogitari non posset conjunctum cum sequenti Imperfecto. Ceterum de Daphne nota est res vel ex *Ovid.* Met. I, 452. sq. Lehm.

Ead. l. 12. Καθειμένος βοστρύχους) Sic post, βαθὺν πώγωνα καθειμένον. Piscat. §. 11. vide *Brod.* Bourd.

Ibid. Τῇ μίτρᾳ) Sic Dial. Jun. et Jovis. *Virg.* IV. Aen. *Senec.* Herc. fur. μίτρα κόσμος γυναικῶν. leg. D. D. XVIII. θηλυμίτρης. *Long.* lib. I. Bourd. Tegmen hoc capitis parum virile habitum, vel inde constat, quod a Junone inter ea recensetur, quae indicio erant, Bacchum luxu perditum et effeminatissimum esse, Dial. Deor. XVIII. Solan. In hoc loco, quem *Belinus* depravatum judicavit, nihil videtur vitii esse, nisi quod vulgo legebatur τῇ μίτρᾳ, pro quo reposui καὶ μίτρᾳ. Nam uti Articulus ineptus, ita copula contra necessaria est. Cf. Diall. Deor. XVIII, 1. μίτρᾳ ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, qui eodem paene modo χρυσομίτρης dicitur *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 209. Sed quae codd. Pariss. praebent, et quidem cod. 2954. ἀλλ᾽ ὡς ἥδιστον ποίει σεαυτὸν, ἁπαλὸν ὀφθῆναι, ἑκατέρωθε καθειμένον βοστρύχους, τῇ μίτρᾳ τούτους

ἀνειλημμένους, et cod. 1428. ἀλλ' — σεαυτὸν, ἁπαλὸν καὶ καλὸν ὀφθῆναι, ἑκατέρωθε καθειμένον βοστρύχους, τῇ μίτρᾳ τούτους ἀνειλημμένος (ἀνειλημμένον vult *Belinus*) pars glossatoris manum prodit, verba dico ἁπαλὸν καὶ καλὸν ὀφθῆναι, cetera male cohaerent, ac ne bene quidem Graeca sunt, quod etiam *Poppo* observavit. Quod autem idem *Poppo* Accusativos scripsit καθειμένον et ἀνειλημμένον, non habet me adsentientem. Quum enim dicit Nominativum καθειμένος βοστρύχους significaturum esse: *tu, cui demissi sunt capilli,* quasi Jupiter jam talis sit, qualem Amor fieri vult, non cogitavit Vir doctus — ignorare enim non potuit — Participium cum Imperativo junctum, nisi Articulus praefixus sit, non Indicativi vim habere, sed involvere et ipsum Imperativi notionem. Infra dial. VIII, 1. δίελέ μου τὴν κεφαλὴν ἐς δύο κατενεγκὼν, non potest esse: *tu, qui feris, discinde mihi caput in duas partes,* quod absurdum esset, sed est: *feri, et discinde.* Somn. c. 2. ἄγε καὶ δίδασκε παραλαβὼν nihil est, nisi hoc: παράλαβε τοῦτον καὶ δίδασκε. Ergo nostro loco sic cogita rem: *te ipse fac quam jucundissimum, postquam utrinque cincinnos demiseris* etc. *Te ipse*, inquam, nam hoc est h. l. σεαυτὸν, non *te ipsum*. Patet hoc ex iis, quae antea Jupiter questus fuerat §. 1. οὐδὲ συνῆκα ἡδὺς γυναικὶ διὰ σὲ γεγενημένος. Tu ipse hoc facias necesse est; non ego hoc praestiterim. Mox pro ἔχε *Jacobsius* in Bibl. d. alten Lit. u. K. Part. I. p. 52. maluit ἄμπεχε. At simplex quoque verbum de vestibus usurpatur, ita, ut significet *gestare*, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. I, 4, 26. στολὴν ἔχειν et ἐσθῆτα ἔχειν ibid. V, 1, 2. *Noster* in Pseudol. c. 19. χρυσᾶς ἐμβάδας ἔχων καὶ ἐσθῆτα τυραννικήν. Adv. Indoct. c. 10. ἔχων — ἐσθῆτα μόγις σὺν τῷ στεφάνῳ δέκα δραχμῶν ἀξίαν. Lehm.

Ead. l. 13. Χρυσίδας) V. *Const.* Lex. v. et *Pollucem.* Solan.

Ead. l. 14. Εὔρυθμα βαῖνε) Ut antea. dixi alibi. Bourd.

Pag. 6. l. 5. Αὐτοῦ) Lege αὐτῶν, et refer ad mulieres, de quibus antea, et quas questus est Jupiter a se non nisi multis artibus falli posse. Alioqui nihil est, quo referatur αὐτοῦ· nam non antecessit ἔρως. Cler. Si αὐτοῦ abesset, sensus nihil damni pateretur: nunc facile fero, et positum intelligo pro τοῦ ἐρᾶν· ἐπιτυγχάνειν τοῦ ἐρᾶν, *votis atque amoris fructu potiri.* Ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς, *sub hac ipsa conditione. Antonin. Liber.* c. 23. Ἑρμῆς δὲ δώσειν ἐπὶ τούτοις ὑπέσχετο. paullo aliter in fine praecedentis dialogi. Hemst. Legendum sane αὐτῶν, ut et *Schmiederus* et *Poppo* ediderunt praeeuntibus codd. 1428. et 2954. ad quos jam etiam Gorlitiensis

accedit. Est autem *αὐτῶν* Neutrum: *ea, quae amarero*; de Feminino non est cum *Clerico* cogitandum. Loqui sic *Lucianum* probavi ad Nigr. c. 6. LEHM.

Ead. l. 25. *Τῷ τρόπῳ*) Id est, *τίνι·* an *τίνι* scribendum? GUYET. Fefellit *Guyetum* accentus, quem si demas, ipsum est illud *τίνι*, quod scribi volebat. HEMST. Confusa haec, nec magis liquida *Jensiana* in Lectt. Luc. p. 15 sq. *Τῷ τρόπῳ*, uti recte in vett. edd., interrogat: dictum enim pro *τίνι*. Soloec. c. 11. *Καὶ τῷ ποτ' ἂν εἴη διαφέρον;* *Τῳ* et *του* encliticae voces, sunt pro *τινὶ* et *τινός*. Cf. ad Halc. c. 2. Etiam *Schmiederus* h. l. peccavit scribens *τῳ* enclitice. LEHM.

Pag. 7. *l.* 1. *Ἡ Ἥρα*) Junoni id iterum adscribit *Lucianus* Diall. Marr. VII. *Ovidius* aliter, apud quem Jupiter ipse Junonis metu Io in vaccam mutat. SOLAN. *Ovid.* Met. I, 583. sq. LEHM.

Ead. *l.* 9. *Ἔστω θεός*) Sic Dial. Noti et Zeph. BOURD.

Ibid. *Τὸν Νεῖλον ἀναγέτω*) Vide Necyom. cap. 9. *περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα·* et *Baif.* 50, 1. *Noster* etiam Alex. c. 44. *πλοίου ἀναγομένου* usurpat. Sed vox *ἀνάγειν* apud nullum, quod quidem sciam, de hac re usurpata invenitur. Certe non apud *Plutarchum* de Plac. Phil. IV, 1. aut *Herodotum*, de Nili incremento scribentes. *Virg.* Aen. IX, 31.

Cum refluit campis et jam se condidit alveo. SOLAN. Nihil est quaerendum, praeterquam quod interpretes dederunt, *attollere Nilum: efficere, ut Nilus exundet*: rarior quidem usus, sed qui cum ingenio linguae Graecae prorsus congruit. Nili *ἀναβάσει* vel *ἀναχύσει* Isin praeesse voluerunt Aegyptii; imo lacrimis ejus, quando Osiridem plorat, auctum fluvium exundare. *Pausan.* X. p. 881. *καὶ τῶν ἐπιχωρίων πολλοῖς ἐστὶν εἰρημένα, ὡς τὰ αὔξοντα τὸν ποταμὸν καὶ ἄρδειν τὰς ἀρούρας ποιοῦντα δάκρυά ἐστι τῆς Ἴσιδος.* HEMST.

Ibid. *Ἀναγέτω*) Id est, *regat.* GUYET.

Ibid. *Τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω*) Memini, cum placeret *ἀποπεμπέτω*, *ventos sive procellas et tempestates avertat*: *ἀνέμους* ita sumi notum est. Nunc vulgatam lectionem probo: *ventos secundos ac ferentes immittat.* *Ἐπιπέμπειν* de Diis in utramque partem usurpatur; velut apud *Xeneph.* Symp. p. 522. v. 13. *Ἥρα ἐπιπέμπει ἀνέμους* *Schol. Apoll. Rh.* in Arg. lib. IV. *ὁρμὰς ἀγαθὰς ἐπιπέμπειν* *Dion Chrys.* p. 13. C. *θεοὶ* etc. *ὀνείρους μοὶ ἐπιπέμπουσι* *Long.* Pastor. IV. pag. 145. Contra *δέη πολλὰ καὶ κινδύνους ὁ θεὸς ἐπιπέμπει τοῖς ἀδικοῦσι* *Lys.* pag. 105. v. 9. *θεῶν δίκας ἐπιπεμπόντων τοῖς ἀδίκοις* *Zaleuc.* Prooem. LL. apud *Stob.* p. 279. *Demosth.* in Timocr. p. 792. A. Sic He-

cate vel Empusa φάσματα dicitur ἐπιπέμπειν, *Dion Chrys.* p. 73. *Hesych.* in Ἔμπουσα· *Schol. Apoll. Rh.* ad III, 860. hinc quemadmodum ἀποπομπαὶ, sic et ἐπιπομπαὶ, malorum morborumve immissiones, quorum caussas geniis maleficis hominumque inimicis adscribebant: eo pacto intellige dum in *Dioscor.* Noth. pag. 476. G. 478. E. quae utraque verbis iisdem leguntur in eo poëta de Vir. Herb. quem post *Aldum* recentavit *J. A. Fabric.* B. G. III. c. 26. v. 22. 165. ibi, quid sibi velint interpretis *pompae*, nemo, credo, facile capiet. Jam non obscurum est, quemadmodum Isis ἀνέμους ἐπιπέμπειν dici possit: nam ad illius quoque curam et tutelam, qui in mari periclitabantur, pertinere sunt existimati: hinc tot votivae tabellae in Isidis templis. *Schol. Juven.* ad Sat. XII, 17. *Antiquitus enim solebant, qui naufragio liberati essent, pro voto pingere tabellas, et in templo Isidis ponere.* Hemst. *Eurip.* Phoen. v. 818. ἐπιπέμπειν de Sphinge ab Hade Thebanis immissa. Cf. Diall. Marr. VI, 3. Lehm.

Ead. l. 10. Σωζέτω τοὺς πλέοντας) Sic Diall. Deor. XXVI. Bourd.

Pag. 8. *l.* 8. Οὐδὲ πτερὰ) Ex *J.* est. Reliquae οὐ. Solan. Recte habet οὐ. Frequens enim usus ejus est inprimis apud *Nostrum*, ubi plura negativa recensentur, per οὐδὲ vel οὔτε. Sequitur enim tum fere οὐ. Exempla ubivis obvia. Non laudo itaque, quod *Schmiederus* et *Poppo* Juntinam et duo Mss. Pariss. secuti sunt. Multo etiam magis displicet οἷς ἐφαινόμην pro οἷος ἐφ., quod *Schmiederus* e cod. 2956. recepit, quum manifesto soloecum sit. De οἷος in tali nexu vid. ad Somn. c. 17. Lehm.

Ead l. 14. Πρὸς τὸν καιρὸν) *Ad tempus* interpretes. Intelligi voluit *Lucianus*, opportune, utilitatique meae serviens, ut hac aquilae figura celatus te raperem in coelum delicias meas. Ita πρὸς καιρὸν vel πρὸς τὸν καιρὸν λέγειν, *commode dicere atque ut temporis ratio postulat*: paullo diversum πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτεύεσθαι, ἁρμόττεσθαι, *tempori servire.* Hemst.

Pag. 9. *l.* 1. Ὁ Πὰν ἐκεῖνος) Panem adripuit *Lucianus* ut pastorum tutelarem Deum, quem propterea Ganymedes ipse pastor pro Deorum principe et rege habet, alios scilicet ad se suaeque vitae conditionem parum pertinere existimans. At Pan an unquam et quam religiose sit cultus in Phrygia, praesertim eo tempore, cui haec fabula rapti Ganymedis debet illigari, nescire me profiteor: neque tamen contendo, necessarium fuisse, ut in hisce ludicris omnes verisimilitudinis rationes *Lucianus* observaret. Hirco sibi fieri ab Athe-

niensibus testatur Pan in Bis Accus. §. 10. ἐπιλεξάμενοι τράγον ἔνορχιν θύουσι. Mox ἔνθα ἕστηκεν, *ubi statua ejus est colloca-ta.* Solan.

Ibid. Σύριγγα οὐχ ἔχεις) In Dial. Pan. et Mercur. in Bacch. in Bis Accus. Cetera ex *Orpheo* Hymno Panis. *Longus* lib. II. *Achill. Tat.* lib. VII. Bourd.

Ead. l. 4. Ἔνορχιν) Ex *Theocrit.* qui ἐνόρχαν dixit: ex eo multa sunt hujus Dialogi. Bourd.

Ead. l. 5 Τὸ σπήλαιον) De hoc antro Dial. Pan. et Merc. et Bis Acc. tangit *Long.* lib. II. *Aristoph. Achill. Tat.* l. c. Bourd.

Ibid. Ἀνδραποδιστὴς) Qui liberum hominem pro servo vendit, vel servum alienum tanquam suum. *Xenoph* ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἐπικαλεῖ τοὺς λαμβάνοντας τῆς ὁμιλίας μισθὸν, διὰ τὸ ἀναγκαῖον αὐτοῖς εἶναι διαλέγεσθαι, παρ' ὧν ἂν λάβοιεν τὸν μισθὸν, id est, *suae libertatis venditores vocat* etc. Cogn.

Ead. l. 8. Βωμὸν εἶδες) Graeci Jovem Ὄμβριον venerati sunt, ut testatur *Strabo* et *Pausanias*; et Ὑέτιον, ut *Arrianus* et *Phurnutus.* Latini *Pluvium* verterunt. *Tibullus:*

Arida nec pluvio supplicat herba Jovi.

Seneca lib. Nat. Qu. IV. hoc carmen *Ovidio* tribuit. Cogn. Hujus arae meminit *Homer.* Iliad. 9.

Γάργαρον, ἔνθα δὲ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις.

Bourd. Il. VIII, 48. Lehm.

Ibid. Ἐν τῷ Γαργάρῳ) Ab *Homero* mutuatur, qui saepe Jovem in Gargaro Idae montis vertice collocat. Il. Θ. 47.

Ἴδην δ' ἵκανεν πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν,
Γάργαρον, ἔνθα δὲ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις·

adde Ξ. 292. 352. Ο. 152. Indidem hausit *Epicharmus* in fabula Troibus, Ζεὺς ἄναξ ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα· locus est apud *Macrob.* Saturn. V. c. 20. ubi multa de Gargaris. Aram Jovis autem in Gargaro fuisse, praeter *Homerum* testatur etiam *Plutarch.* de Flum. p. 44. Παράκειται δ' αὐτῷ (Scamandro) ὄρος Ἴδη, τὸ πρότερον δὲ ἐκαλεῖτο Γάργαρον, ὅπου Διὸς καὶ Μητρὸς θεῶν βωμοὶ τυγχάνουσι. Familiare poëtis cognomen Jovis ab Ida ductum: Ἰδαίῳ Κρονίωνι Il. Ω. 291. Porro Jupiter ἁπάντων τῶν γιγνομένων κατὰ οὐρανὸν κύριος, ὄμβρων τε καὶ βροντῶν καὶ κεραυνῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ut *Diodor.* ait V. p. 234. C. quas sui muneris partes non infimas cum ad Ganymedem commemorat hominum pater et rex, iterum ejus personae rationem habet: illas enim coeli mutationes agricolae solent et pastores maxime curare. Nota Jovis epitheta Ὑέτιος, Βρονταῖος, Ἀστεροπαῖος vel Ἀστεροπητής de primo dixerunt, hoc *Luciani* loco adducto, *Brod.* Miscell.

II. c. 21. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* V. §. 7. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. I. p. 35. Hemst.

Ead. l. 11. Ὑπεράνω) Ita *S.* et *A.* At reliquae ὑπὲρ ἄνω, ut et Hermot. c. 61. Solan.

Ead. l. 13. Ἀνήρπασας, ὦ βασιλεῦ τῶν θεῶν) Ita recentiores plerique: aliter *Homer.* Iliad. Υ. v. 234.

Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διῒ οἰνοχοεύειν·

ut observavit *Schol. Apoll. Rh.* ad III, 115. nec multum discrepat auctor Hymn. in Vener. v. 209.

Ὅππη οἱ φίλον υἱὸν ἀνήρπασε θέσπις ἄελλα.

Echemenes in Creticis non a Jove Ganymedem, sed a Minoë fuisse raptum tradidit, *Athenaeo* teste XIII. p. 601. F. auctorem ergo Cretenses honestiorem facinori videri possunt inscripsisse; nam *Plato* sane fabulam ab iis manasse aperte fatetur de LL. I. p. 776. E. πάντες δὲ δὴ Κρητῶν τὸν περὶ τὸν Γανυμήδη μῦθον κατηγοροῦμεν, ὡς λογοποιησάντων τούτων· verum intercedunt Chalcidenses, nec tanti decoris privilegium eripi sibi patiuntur, dictitantes παρ᾽ αὐτοῖς ἁρπασθῆναι τὸν Γανυμήδην ὑπὸ τοῦ Διὸς, καὶ τόπον δεικνύντες Ἁρπάγιον καλοῦσι, ἐν ᾧ καὶ μυρσίναι διάφοροι πεφύκασιν, ut scribit *Athenaeus* et *Eustath.* ad Il. Ξ. p. 986. v. 40. Longum foret enarrare, quid quantumque veteres in hac fabula varient: de ipso Jove in aquilam mutato, quod adcommodatissimum instituto suo *Lucianus* est amplexus, multum abest, ut res liquido constet: sunt enim, qui veram aquilam, sed tamen jussu Jovis, hoc facinus perpetrasse ferant, *Eratosthenes, Hyginus,* alii. Hemst.

Pag. 10. *l.* 12. Τυθήσεσθαι] Nescio unde, *Hemsterhusius,* et qui eum secuti sunt, recentiores editores scripserunt τεθύσεσθαι. Sed in omnibus, quas inspiciendi copia erat, edd. vett., etiam utraque Ald., vidi τυθήσεσθαι, praeter Lips., ubi vitiose τιθήσεσθαι. Et in duobus codd. Pariss. eadem legitur forma, quam non satis respexit *Schmiederus,* fortassis deceptus insigni *Belini* ignorantia, qui, quod vix credas, formam τυθήσεσθαι notat descendere a verbo *Attico* τυθέω, quo Lexica quaedam ditari possunt. Non minus autem bene se habet hoc Futurum, quam, quae crebrius occurruat, τεθήσεσθαι, χυθήσεσθαι, et alia ad hanc Analogiam pertinentia. Τυθῆναι vero haud raro apud veteres occurrit, quamquam Futuri ipsius, inde descendentis, exemplum aliquod nunc statim non succurrit. Lehm.

Pag. 11. *l.* 5. Ἀστέρα σου) Aquarium notat, quem Ganymedem esse perhibent: licet ἄστρον κυρίως sit, non ἀστὴρ Aquarius. Cogn. *Brodaei* verba descripsit *Cognatus* e Miscell.

II. c. 21. videndus *idem* ad *Anth.* I. c. 83. Ep. 4. De Aquario figuram Ganymedis in coelo gerente omnes fere consentiunt. *Eratosth.* Catast. c. 26. ex eo *Schol. Arati* ad Phaen. v. 282. *Serv.* ad Aen. I, 32. *inter sidera collocatus, Aquarii nomen accepit. Hygin.* Poët. Astron. II. c. 29. quamquam is aliis auctoribus Deucalionem et Cecropem insuper obducat insignibus Aquarii nobilitatos. *Clement.* Hom. V. §. 17. *Ζεὺς τὸν ἀετὸν συνεργήσαντα ἐπὶ τῇ Γαννμήδους ἁρπαγῇ, καὶ αὐτὸν τὸν Γαννμήδην ἐν Ὑδροχόου τιμῇ ἔταξεν.* Perbelle Jovem imitatus est Adrianus, tantumque sibi in sidera vindicavit juris, ut mortuum Antinoum, suum Ganymedem, iis insereret, saltem videri vellet illius adparuisse novum sidus. Vid. *Suid.* in *Παιδικὰ* et *Kuster.* HEMST.

Ead. l. 10. *Ἀστραγάλους*) Hoc quidem oppido festive *Lucianus,* ne scilicet fugam meditaretur e coelo Ganymedes, si puero delicato nihil in promtu sit, quo tempus jucunde terat. Sed *Apollonius Rhodius* temperare sibi non potuit, quin hoc nobile puerorum par, Ganymedem inquam et Cupidinem, in heroico carmine talis ludentes induceret, eo eventu, ut hic Japeto prior astutissima vafritie istum, quippe Phrygem, facile circumveniat, instrumentoque omni ludicro nudatum exspoliet, Arg. III, 114. Imaginem illam, quam scitissimis sane versibus pinxerat *Apollonius,* coloribus expressit pictor ille nescio quis, cujus artificem tabulam enarrat *Philostr.* in Icon. p 872. Neque hoc *Olearium* fugit: sed, quam ille non vidit, maculam ex *Apollonii* v. 119. eluamus:

Καὶ ῥ' ὁ μὲν ἤδη πάμπαν ἐνίπλεον ᾧ ὑπὸ μαζῷ
Μάργος ἔρως λαιῆς ὑποΐσχανε χειρὸς ἀγοστῷ·

istud *πάμπαν*, quod suis in edd. ostendunt *H. Stephanus* et *Hoelzlinus* ne verbulo quicquam monentes, dari mihi velim, qui expediat: *ὑποΐσχανε* suo nomine, quod sustentet, destituitur: reddideris *κόλπον*, jam nihil aliud ad integritatem loci requires. In sinum sane collegerat talos victoria partos Cupido, quo pertinet v. 146. *Μείλια δ' ἔκβαλε πάντα·* e sinu nimirum, ubi congesti erant: mox etiam v. 155. recollectos in sinum matris dicitur condidisse: ne locus dubitationi relinquatur ullus, *Philostratus* accedat, *πλήρη τῆς νίκης τὸν κόλπον ἀνασείων* HEMST. In sequenti Dialogo §. 2. ipse rex Deorum hominumque barba promissa talis cum Ganymede ludit. LEHM.

Ead. l. 14. *Ἐπὶ τοῦ νέκταρος τετάξῃ*) Sic apud *Heliodor.* lib. 7. sic fine hujus Dialogi, *ὡς χρὴ ὀρέγειν τὸν σκύφον.*

BOURD. *Eris a cyathis Budaeum* vertisse, testatur *H. Steph.* Th. T. I. p. 1209. *Euripid.* Troad. v. 820.

Μάταν ἄρ, ὦ χρυσέαις
Εἰν οἰνοχόαις ἁβρὰ βαίνων
Λαομεδόντιε παῖ
Ζηνὸς ἔχεις κυλίκων
Πλήρωμα, καλλίσταν λατρείαν.

argutum est illud *ἁβρὰ βαίνων*· nam honeste catamitum et tecte simul indicat: verum hoc de loco alias plura. *Ἐπιδοῦναι* et *ἀναδοῦναι ποτήριον* utrumque in usu est, sed illud frequentius. HEMST.

Pag. 12. l. 2. *Κισσύβιον*) *Ποιμενικὸν ἔκπομα ἀπὸ τοῦ κισσοῦ.* *Schol. Theocr. Hesych.* legit *κισσίβιον*, et interpretatur *ποτήριον καὶ σκύφον.* BOURD.

Ead. l. 3. *Μνημονεύει*) Corruperunt posteriores editores, dato *μνημονεύειν*, cum recte priores *μνημονεύει*. *Ecce iterum lactis ille reminiscitur, putatque se hominibus ministraturum.* JENS.

Pag. 13. l. 12. *Φιλῶν γὰρ διατελέσω*) Jam ab initio dialogi delicatissimum Ganymedis osculum Jupiter petiverat. Quasi facultatem explorandorum osculorum tribueret, invocatur Ganymedes in Aïta cujuscunque poëtae venustissimo v. 35.

Ἦ που τὸν χαροπὸν Γανυμήδεα πόλλ' ἐπιβωστρεῖ
Λυδίῃ ἶσον ἔχειν πέτρῃ στόμα etc.

Lucianum interpretatur *Ovidius* Lus. in Priap. p. 66.

Quodque Jovi dederat, qui raptus ab alite sacra
Miscet amatori pocula grata suo.

HEMST. *Πολλάκις* cum *διατελέσω* junctum pro glossemate habet *Poppo.* Valde errat. Verbo enim noctes continuae, vel omnes ac singulae, significantur, Adverbio vero actio nocte unaquaque saepius repetita. Quodsi hic *πολλάκις* ejicias, quid iis locis fiet, ubi *ἀεὶ* cum *διατελεῖν* est sociatum? ut Epist. Sat. §. 36. *ἀεὶ διετελοῦμεν οὕτω ποιοῦντες.* LEHM.

Ead. l. 16. *Τὸ πρακτέον*] In prioribus *τί πρακτέον*, non minus mendose, quam Char. c. 3. *αὐτὸς γὰρ εἴσομαι τί ποιητέον*, ubi P. J. et cod. 2957. recte legunt *τὸ ποιητέον*, et *Matthiae* jure suo sic edidit. Cf. Diall. Marr. VII. extr. *ἐκεῖνος ἄμεινον οἶδε τὰ πρακτέα* et Diall. Mortt. XXX, 2. *τῇ Κλωθοῖ, ἣ ἑκάστῳ ἐπέταξε γεννηθέντι τὰ πρακτέα.* Jam h. l. tres codd. Pariss. habent *ὃ πρακτέον.* Unde in promtu est emendatio *τὸ πρ.* Quamquam nec *Belinus* male suspicatus est *ὅ,τι πρ.* Illud tamen in *Lucianum* magis videtur convenire. LEHM.

Pag. 14. l. 1. *Πιόντα τῆς ἀθανασίας*) Immortalitatem do-

nare credebatur degustatum nectar aut ambrosia. De Ixione *Schol. Homer.* ad Od. *Φ.* 304. *γευσάμενον γὰρ αὐτὸν τῆς ἀμβροσίας οὐκ ἦν αὐτὸν ἀποθανεῖν.* *Apul.* Metam. VI. p. 183. *Porrecto ambrosiae poculo, sume, inquit, Psyche, et immortalis esto:* vide *Elmenhorst. Pricaeus* ibi hunc *Luciani* locum adtulit. Ex eo nobilis apud Pythagoreos figura: *τῶν κατὰ φιλοσοφίαν θεωρημάτων ἀπολαυστέον ἐφ' ὅσον οἷόν τε καθάπερ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος· ἀκήρατόν τε γὰρ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἡδὺ, καὶ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον, δύναταί τε ποιεῖν καὶ εἰ μὴ ἀϊδίους, ἀϊδίων γε ἐπιστήμονας·* ita legenda sunt haec in *Jamblichi* Protr. pag. 4. HEMST.

Ead. l. 17. *Μοὶ προσέχεις τὸν νοῦν*) Inter alia poni solet haec locutio in re amatoria, quando quis alteri morem gerit et obsequitur, blanditiis officiosis prolectat amoremque demereri studet: sic maritus uxori, uxor marito *προσέχειν τὸν νοῦν* dicitur: verum et meretrices pari ratione atque amatores. *Aristoph.* Pl. v. 151. Pac. v. 983. *Κἄν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς.* *Alciphr.* I. Ep. 32. *ἔοικας κνίσαι τὸν Ὑπερίδην βεβουλῆσθαι ὡς ἔλαττόν σοι νῦν προσέχοντα·* ibi *Berglerus* hunc locum notat, saepeque omitti *τὸν νοῦν* observat. HEMST. Cf. infra Dial. XX, 3. LEHM.

Pag. 15. l. 1. *Τὴν νόμῳ γαμετὴν*) Attica formula: ex alia enim nulla legitimi liberi procreabantur, nisi quae lege convenisset in manus: in Tim. §. 17. locutio plena, *ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων.* Bis Accus. §. 29. Diall. Mer. VII. *νόμῳ σε γαμετὴν ποιήσεται.* Apud Athenienses autem maxime debebant observari in contrahendis nuptiis *οἱ νόμοι οἱ περὶ τοὺς γάμους*, ut *Plato* ait. Utitur hoc loco *Burmannus* ad *Calpurn. Flacc.* p. 820. HEMST.

Ead. l. 2. *Ἢ σάτυρος*) Deerat Satyrus in vulgatis: ex J. restituimus. Alibi saepius eodem adludit; ut supra in Prom. et in Dial. Jov. et Cup. et Jov. Trag. c. 2. Ad primum locum *Scholiastes* de Antiopa intelligendum docet. V. et *Ovid.* Met. VI, 110. et *Paus.* I. SOLAN. Receperunt et *Hemsterhusius* et *Schmiederus.* *Popponem*, qui satyrum uncinis inclusit, judicium suum fefellisse videtur. Provocans enim ad Dial. XVI, 3. ubi *ταῦρος ἢ κύκνος* legitur, et observans satyrum h. l. fortassis a nasutulo quodam ex superioribus II, 2. huc interpositum esse, non sane illud cogitavit, suum cuique horum locorum numerum esse posse, quinarium huic, ternarium illi, alii binarium. Atqui h. l. jam ipse, opinor, senserit Junoni aemulae non facile duas mariti mutationes, quum vere plurimae fuissent, sufficere potuisse. Et magis etiam

credibile est, ignavum quempiam librarium, cui satis esset duo scripsisse, tertium omisisse, quam a nasutulo tertium hoc additum fuisse. Lehm.

Ead. l. 4. Ἰδαῖον τουτὶ παιδίον) *Aristonis* Epigr. Anth. I. c. 83.

Πριομένα κάλλει Γανυμήδεος εἶπε ποθ' Ἥρη
Θυμοβόρον ζᾶλον κέντρον ἔχουσα νόῳ.

Mox ἡμῖν, quod Graevianus Codex dabat, adsciscendum duxi, quanquam nihil magnopere intersit ad sensum aut orationis elegantiam. In ἐπὶ κεφαλὴν ἐπαχθὲν proprietas quaedam est Graeci sermonis, seu mavis, Atticae venustatis, quae sensu citius percipiatur, quam verbis explanetur: solet autem in diversis orationum formis usurpari variata potestate. Cognita sunt atque expedita ὠθεῖν, ῥίπτειν ἐπὶ κεφαλὴν, *praecipitem in caput dare:* rarius et paullo magis reconditum illud *Demosthenis* adv. Phaen. p. 1024. A. ἡγησάμενος δ' ἐγὼ καὶ μετρίου καὶ ἀπράγμονος εἶναι πολίτου, μὴ εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν εἰς τὸ δικαστήριον βαδίζειν, gradu praecipiti, subito impetu, nullaque mora interposita. Iterum aliud est pro Cor. p. 521. A. τίνες ὡς ἀληθῶς εἰσιν, οἷς ἂν εἰκότως καὶ δικαίως τὴν τῶν γεγενημένων αἰτίαν ἐπὶ κεφαλὴν ἀναθεῖεν ἅπαντες. His tamen consideratis, non difficili via pervenitur ad intelligendum, quid sibi voluerit *Lucianus.* Maligne vero ἐπαχθέν· nam ἐπάγειν, ἐπεισάγειν, *obducere meretriculam, pellicem, superducere:* unde γυναῖκες ἐπείσακτοι· clarius etiam in sequentibus Juno mentem suam aperit. Hemst. Cf. *Abresch.* Dilucc. Thuc. pag. 636. sq. qui hoc scholion ineditum ad *Aristid.* T. I. p. 503. tradit: ἐπὶ κεφαλὴν ὠσθέντας] ἀντὶ τοῦ κακῶς παθόντας· δεινὸν γὰρ τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ τινα πληγῆναι· ἔστι δὲ καὶ παροιμία ἐπ' ὀλέθρου ταττομένη, παρ' ὃ οἱ ἐπὶ κεφαλὴν φερόμενοι κινδυνεύουσι. *Bionis* locum adfert *Poppo* ex Id. II, 15.

— … — αὐτὸς ἀφ' αὐτῶ
Ἐλθὼν ἐξαπίνας, κεφαλὰν ἐπὶ σεῖο καθιξεῖ.

Respondet Latinorum *supra caput esse,* auf dem Nacken seyn, *Sallust.* Cat. c. 52, 24. *Cic.* pr. Mur. c. 37. Praecedentia verba codex 1428. sic edit: κᾂν ἐν γῇ μένωσι, 2956. ἐν γῇ μένουσι omisso κᾄν· unde *Belinus* voluit κᾂν γῇ μένουσι, et sic scripsit *Poppo,* elegantissimam sane orationem sic maxime inquinans. Ad meliorem quidem frugem postea conversus idem *Poppo,* quas nugas in adnotatione ad h. l. cum alto quodam spiritu ediderat, in Indice s. κᾂν ipse aliquatenus saltem correxit. Nihilominus, ut pateat certe me tum, quum de voce κᾂν egi, non absque omni ratione et judicio egisse injuriamve *Luciano* meo fecisse, et ne forte in aliis quoque

locis κἂν illud impuris manibus contrectetur, operae pretium duco, monere, κἂν in medio membro positum elliptice esse capiendum, ita, ut ex ipsius loci indole oratione expleta recta via ad hanc interpretationem pervenias: *saltem, certe, vel*, auch nur, doch wenigstens. Quum ea exempla, quae in Indice s. h. v. ad illustrandam hanc rationem adtuli ex ipso hoc dialogo §. 3. et e Diall. Marr. I, 3., etsi per se haud obscura vel inepta, tamen ab initio saltem *Popponi* non satisfecerint, alia jam ex eodem *Nostro* adponam. Nigr. c. 23. εἰ δέ γε κοινῷ δόγματι κἂν πρὸς ὀλίγον ἀπόσχοιντο τῆσδε τῆς ἐθελοδουλείας, ubi interpres recte: *vel tantisper*, plene: *etiamsi non in longum tempus, certe tamen in aliquod, licet parvum.* Timon. c. 20. οἷς οὐδὲ κἂν ὄνος ὑπῆρξε πώποτε, ubi κἂν hanc inclusam cogitari jubet sententiam: *etiamsi jam non pretiosiora bona respiciamus, sed vel asellum tantum sumamus, ne is quidem iis unquam fuit.* Bis Accus. c. 1. de Sole: ἢν γάρ τι κἂν ὀλίγον ἐπιῤῥαθυμήσας λάθῃ, quorum elegantissimam proferam *Gesneri* versionem: *Si enim vel paullum per imprudentiam remittat.* Diall. Merett. XI, 4. de vetula amica: περὶ γὰρ τῶν ἐθῶν κἂν ὁ πάππος διηγήσεταί σοι, εἰ ζῇ ἔτι, *de annis ejus certe s. vel avus tibi narrabit, siquidem adhuc vivit.* Diall. Mortt. XIII, 6. σὺ δὲ κἂν τὸ Λήθης ὕδωρ χανδὸν ἐπισπασάμενος πίε. Plura non placet addere, quamquam in promtu sunt, inprimis ex *Aristophanis* fabulis. Ex *Herodiano* duo loca adtulit *Poppo* I, 13. et IV, 4, 5. Nemini autem nunc obscura erit Junonis mens. Vult hoc: *Neque cum mulieribus mortalibus consuescere decet profecto omnium Deorum regem et dominum. Veruntamen illae tibi (etsi facias, quod per se minime decet) certe tamen in terra manent. Idaeum vero huncce puerulum postquam rapueras, sursum cum eo evolasti, et is jam nobiscum habitat* etc. Quae his interposita sunt verba, ὦ γενναιότατε ἀετῶν, reperta a *Belino* in tribus codd. Pariss., quum non solum *Schmiederi*, sed etiam *Popponis* adprobationem tulerint, non putabam amplius a textu Lucianeo arcenda esse, quamquam et modus et gradus istius acerbitatis in regina Deorum minime placet. Respexit autem sic Juno ad ea, in quae modo dixerat Jovem mutatum rem habuisse cum feminis mortalibus, quorum natura magis spectat ad humile terrarum solum, quum contra aquila generosior tauro etc. altius quid spiret, rebus humanis non contenta. Sequentia sic edidi, ut Graevianum codicem secutus ἡμῖν, in ceteris plerisque edd. neglectum, restituerem, ante vero ponerem vocem νῦν, quae et ipsa in Junt. et P. omissa, in marg. vero A. 1. W. voci ἡμῖν postposita est, quemadmodum ediderunt

Hemst. et *Poppo.* Non omisi, ut *Schmiederus*, ἡμῖν, quoniam συνοικεῖ tum absolute positum non, quod *Schmiederus* vult, σοὶ, Διΐ, inclusum haberet, sed proxime potius μοι, quod in sequentibus continetur, vel, ut dicam, quod res est, ambigue hoc esset dictum, et necessario requirebatur Dativus. Satis autem grave ἡμῖν, *nobiscum versatur Diis, receptus quasi in familiam ad quotidianum usum et in nostrum omnium conspectu positus.* Est enim haec injuria in omnes Deos Deasque, quae mox injuria peculiaris dicitur in uxorem. Ante autem posui νῦν et ἡμῖν post, secus atque *Hemst.* et *Poppo*, non quo, ut *Schmiederus*, sonum in ἡμῖν νῦν horrerem — nam placuerunt eidem certe οὗτοι οἱ λόγοι §. 3. et alia non suavissime aures titillantia, et constat in talibus non admodum fastidiosos fuisse elegantissimos scriptores Graecos, de qua re passim *Schaeferus* noster perite monuit — sed quia sedes τοῦ νῦν post συνοικεῖ esse debebat, sensu sic flagitante. Denique monendum, post οἰνοχόων et διακονούμενοι me delevisse interrogationis signum, quod in veteribus edd. omnibus, et hinc etiam in *Hemst.* et *Schm.* repereram. Particulae δὴ et ἄρα satis clara ironici sermonis indicia. Eodem modo *Poppo* scripsit. LEHM.

Ead. l. 5. *Συνοικεῖ νῦν ἐπὶ κεφ.*) Omnino ex Ms. lege: *καὶ συνοικεῖ ἡμῖν νῦν ἐπὶ κεφαλήν μοι ἐπαχθέν.* Vulgo ἡμῖν omittitur. GRAEV. *Συνοικεῖ ἡμῖν νῦν* etc. Ms. Gr. P. vero et ed. J. ἡμῖν absque νῦν, quod in reliquis edd. exstat. Quid sit autem hic ἐπὶ κεφαλήν, fateor me nescire: τῷ λόγῳ quid sit, dictum est supra ad Tim. c. 5. SOLAN.

Ead. l. 12. *Ἀπολαβὼν*) *Auferens*: ἀπολαβεῖν ἀντὶ τοῦ ἁρπάζειν· sic ἁρπάζειν ὑπὸ τοῦ στόματος· *Long.* l. 3. *Stat.* de Glaucia:

> *Inceptas quis ab ore dapes libataque vina*
> *Auferet, et dulci turbabit cuncta rapina?*

BOURD. Vid. *Dousam* ad *Ovid.* A. A. I. v. 575. Tum melius mihi videtur, καὶ ἔνθα προσήρμοσας τὰ χείλη, *ibique adaptare soles labia*, cui demum recte respondet καὶ φιλῇς. Hoc quam paene non potuerint praeterire librarii, quin mutarent, facile est cognitu: προσήρμοσας autem, ut modo ἔδωκας, porrigere soles: aperta est, atque a multis explicata illa vis Aor. 1. HEMST. Vetant mutationem tum relativum ἔνθα, quod h. l. tanto minus demonstrative sumi potest, quum praecesserit relativum ὅθεν et particula copulativa, tum vero etiam, quod abest σὺ, quod quidem tum non debebat desiderari. Neque necessaria est mutatio. Ὅθεν scilicet omnino significat calicem, *ex quo* puer ipse biberat,

ἔνθα vero eam calicis partem, *cui* ille *admoverat* labia. Lehm.

Pag. 16. l. 1. *Προςήρμοσε τὰ χείλη*) Notabam has amoris ineptias ad *Heliod.* l. 4. *Eustath.* sive *Eumath.* de Ismen. *Agath.* in Anthol. *Long. Tat.* Bourd.

Ead. l. 11. *Παιδεραστῶν οὗτοι οἱ λόγοι*] Articulum, per diphthongum antecedentem absorptum, *Schmiederus* recte inseruit e duobus codd. Pariss. *Poppo* dubitavit sequi ob caussam, quam equidem non intelligo. Brevitas est in his notissima, quasi dixisset Juno: *Οὗτοι οἱ λόγοι λόγοι εἰσὶ παιδεραστῶν*, ergo idem illud, quod *Poppo* in verbis vulgatis inesse putat, quamquam non est, quia non bene Graeca sunt. Lehm.

Ead. l. 15. *Θηλυδρίας*) Ὁ κατακεκλασμένος, τεθηλυμένος διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονήν. θηλυδρίαι τριχοπλάσται εἰσίν. Interp. *Aristoph.* Thesmophor. Sic antea θηλυμίτρης. *Hesych. Suid.* Bourd. Paullo ante forma ἐκτεθηλυμένῳ a *Schmiedero* e codd. quatuor Pariss. et Scholiaste recte videbatur restituta, quamquam non probante *C. L. Struvio* in Gramm. Gr. p. 127. qui tamen et ipse illud παρωξυμένος Calumn. n. tem. cred. c. 23. laudat. Diversa de his formis praecipiunt recentiores Grammatici *Buttmann* p. 144. ed. 3. (qui tamen falso ᾔσχυμαι adfert ex *Homero*. Locus est Il. XVIII, 180. ubi *Wolf.* edidit ᾐσχυμμένος) *Matthiae* p. 222. sq. et *Thiersch* p. 125. ed. 2. maj. Quae ego exempla talium formarum in editione mea priori contuli, ea nunc lubenter *Popponi* largior non diligentissime fuisse electa. Lehm.

Pag. 17. l. 5. *Τὸν σὸν υἱόν*) Quid ita Junoni filium Vulcanum exprobrat, nec contumeliam simul in semet ipsum patrem redundaturam esse sentit? Sciendum est, *Lucianum* hic, quod *Hesiodus* aliique de Vulcano posteris persuaserunt, adoptare; Junonem scilicet, cum Vulcanum conciperet,. Jovi marito nihil acceptum retulisse: ideo ὑπηνέμιος, de Sacrif. §. 6. ubi plura dicemus. Modo ἐμοῦ γε ἕνεκα· saepe accidit huic particulae, ut intercideret. Hemst.

Ead. l. 11. *Ἡδέως ταῦτα*) An ἡδέα; Guyet. Ex Ms. restituendus est perturbatus in editis locus. Cum Jupiter descripsisset Vulcani sordes et squalorem, qui Diis ministrarat, subjicitur, ἡδέως ταῦτα. οὐ γὰρ καὶ παρὰ πολὺ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τῶν Θεῶν. Contra mentem *Luciani: suavia haec sunt: adeoque multum ille pocillator cohonestat Deorum convivium.* Sed Ms. Ἥρα. ἡδίω ταῦτα. Ζεύς. οὐ γὰρ καὶ παρὰ πολὺ ὁ οἰνοχόος ἔπρεπε τῷ συμποσίῳ. Jun. *suaviora haec sunt.* Jup. *etenim jam olim ille pincerna non decebat*

convivium Deorum Juno ait, sūaviora haec sunt, videre obsitum fuligine Vulcanum, quam amasium pocula cum osculis marito praebentem. Graev. Ἡδέως ταῦτα omnes impressi. Ms. Gr. aliter. Sed nihil mutavimus, nisi quod interrogandi punctum addidimus. Solan. Graevii Codex non magnam, nec tamen nullam adfert opem: Junonis personam interponi debere, minime concedo. Vera *Luciani* manus sine dubio fuit: ἡδίω ταῦτα· οὐ γάρ; καὶ παρὰ πολὺ etc. Jovis ea sunt salse uxorem irridentis: *Suaviora sunt ista: nonne? atque multum interest, ut hic pincerna* (Vulcanus nimirum praeditus ea formae commendatione, quam descripsi) *magis deceat symposium Deorum: Ganymedes autem iterum in Idam demittendus est, quippe mundus, et digitis roseis, scitequc ministrat poculum.* Usus elegans particularum οὐ γὰρ, qui venerum Graecarum haud plane expertem fugere non potest, ironiam adjuvat: vid. *Aristoph.* Av. v. 612. Eccle z. v. 760. saepe in *Platone.* Illud ἐπισταμένως ὀρέγειν apud *Xenoph.* Cyrop. I. p. 6. est καλῶς οἰνοχοεῖν καὶ εὐσχημόνως, κομψῶς οἰνοχοεῖν καὶ καθαρίως ἐγχεῖν, σπουδαίως καὶ εὐσχημόνως πως προσενεγκεῖν καὶ ἐνδοῦναι τὴν φιάλην. Hemst.

Pag. 18. l. 1. Ἥδιον τοῦ νέκταρος) Sic apud *Hesiod.* Scut. Herc.

— τά σφιν πολὺ φέρτερα θοίνης.

Bourd. Ex Lucio s. Asino c. 8. *Belinus* adfert illud καὶ ἦν εὐφροσύνη ἡμῶν τὸν οἶνον καὶ τὰ φιλήματα προπινόντων, et ex Analectt. *Brunckii* T. I. p. 5. Epigr. X. *Meleagri*:

Ζεῦ πάτερ, ἆρα φίλημα τὸ νεκτάρεον Γανυμήδους
Πίνεις, καὶ τόδε σοι χείλεσιν οἰνοχοεῖ;

Lehm.

Ead l. 5. Τὸν καλὸν κομήτην) Praeter alios de formosissima Ganymedis coma resciverat *Callimach.* Epigr. LVI. Ναιχὶ πρὸς εὐχαίτεω Γανυμήδεος οὐράνιε Ζεῦ. Hemst.

Ead. l. 9. Λυπεῖς, ὦ Ἥρα, σεαυτὴν, οὐδὲν ἄλλο, κἀμοὶ etc.) Poterat sine crimine *Benedictus* integram servavisse interpretationem *Micylli*: *Aegritudine, Juno, te ipsam adficis, nihil aliud; et mihi amorem eo magis incendis*: quam vides temere ab eo truncatam. Gron.

Pag. 18. l. 1. Ἀναλαμβάνοις] Retinebam Optativos ὀρέγοις et ἀναλαμβάνοις, qui in omnibus, quos consului, libris editis reperiuntur. *Schmiederus* et *Poppo* praetulerunt Indicativos, quos quatuor Mss. Pariss. praebent. Dubitavit nempe *Poppo*, an Optativus etiam tum cum Conjunctionibus ὅτε, ὁπότε, ἐπειδὴ et ἐπεὶ stare possit, quum de re praesenti vel futura agatur. Equidem, cui, quo certo funda-

mento subtilis ista temporum distinctio nitatur, non satis sit perspicuum, etiamnum existimo de omnibus temporibus valere praeceptum illud, ὁπότε et ceteras ejus generis particulas, cum Optativo junctas, nisi alia ratio intercedat, e. g. in obliqua oratione, significare rem aliquoties repetitam. De praeterito jam res est nota. De aoristo, i. e. de praeterito, incluso simul praesenti et futuro, vid. de Dipsadd. c. 2. ἐνίοτε οὗτοι (Garamantes) ἐςβάλλουσι, θηρεύοντες ἀμφὶ τροπὰς τὰς χειμερινάς, μάλιστα ὕσαντα τὸν θεὸν τηρήσαντες, ὁπότε τὸ πολὺ τοῦ καύματος σβεσθείη, καὶ ἡ ψάμμος νοτισθείη etc. *quum* (*quoties*) *ardor maximam partem exstinctus est* etc. De alio aoristo, i. e. praesenti, non excluso praeterito et futuro, Diall. Mortt. XXI, 1. Menippus Cynicus ad Cerberum: εἰκός σε θεὸν ὄντα μὴ ὑλακτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι, ὁπότ' ἐθέλοις. Haec quum nulli facile mutationis periculo obnoxia sint, satis, credo, etiam in nostro loco tuebuntur lectionem vulgatam. Lehm.

Pag. 19. l. 20. Ἄνθρωπον εἶναι χρηστὸν, ὦ Ἥρα, καὶ συμποτικὸν) Vertunt, *hominem esse benignum, Juno, et hilarem convivam. Benignitati* hic nullus locus: χρηστὸς Latinis est homo *commodus*, facilitate morum insignis. *Plaut.* Mil. *conviva commodus. Cicer.* pro Murena: *Nemo Catone proavo tuo commodior, communior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.* Sic inferius in Dearum judicio: ἱκανὴ μὲν, ἄγροικός δε, *commoda quidem, sed rustica:* ubi interpres, *sat quidem formosa.* sed talia ὅσα κόνις. Sic inferius in hoc dialogo ἀπειρόκαλοι vertit *insolentes*, cum sint, *inepti, decori rudes.* Graev.

Ibid. Χρηστὸν) Bene monuit *Graevius* de vocis hujus potestate; sed idem jamdudum viderat *Des. Herald.* Anim. in *Salmas.* Observ. ad J. A. et R. I. c. 8. §. 6. *Dion Chrys.* pag. 468. B. συμποτικός τις καὶ κοινὸς ἐν ταῖς τοιαύταις συνουσίαις. Hemst.

Pag. 20 l. 1. Ὑβριστὴς γε ὢν) Clariss. *Heins.* ad *Maxim. Tyr.* dixi ad *Petron.* Bourd.

Ead. l. 7. Ὅσω καὶ αἰσχροῖς ἐπεχείρησε] Sic optime jam *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 337. et 648. locum correxerat, quum lectio ὅσω etiam duobus codd. Pariss. confirmata est. Quod praecesserat Comparativus καὶ μᾶλλον, exspectare id jubebat alium Comparativum, qui illi responderet. Neque adeo ὅσον poterat sequi, sed debebat ὅσω. Sed quum non Comparativus, sed Positivus αἰσχροῖς sequeretur, ea res librarios nonnullos fefellit et seduxit; unde ista lectionum varietas. Usurpantur autem et ὅσω et τοσούτω non-

nunquam ita, ut, etsi non vere Comparativus adsit, comparandi tamen vis insit, et cogitari debeat, uti etiam Latini *tanto* et *quanto* dicunt, ubi cogitant *prout*, et *ita*. Exemplo sit Diall. Mortt. VI, 3. ubi Pluto ad Terpsionem: ὅσῳ ὑμεῖς (hereditatum captatores) ἐκείνους (senes divites) ἀποθανεῖν εὔχεσθε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτῶν, i. e. *quanto magis* (in dem Maasse als) *vos optatis, ut illi moriantur, tanto jucundius est omnibus, vos ante eos efferri*. Lehm.

Ead. l. 8. Ἐπείρα) Πειρᾶν *ad venerem solicitare, pudicitiam alicujus tentare. Pindar.* Pyth. B. 62. quem locum habebat in mente *Scholiast. Homer.* ad Od. Φ. 303. ubi fabulam Ixionis narrat: Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶτο. Commentator antiquus in errore, quem circa verbi rationem explicandam committit, eruditus est: melius *Schol. Aristoph.* ad Equit. v. 514. προσβαλεῖν γυναικὶ περὶ Ἀφροδίτης. *Conatus est Junonem comprimere, Hygin.* F. LXII. propius ad Graecam locutionem,

Illic Junonem tentare Ixionis ausi,

Tibullus: Junonem de stupro interpellare, Lactant. ad *Stat.* IV, 539. *de stupri injuria compellare,* ad Theb. VIII, 50. Πειρᾶν in hac fabula familiare Graecis. Hemst.

Ead. l. 13. Ὁ δὲ) Forsan ὅτε δέ· videntur enim id poscere sequentia, ταῦτα ἤδη συνίην ἐρωτικὰ ὄντα. Solan. Minime. Imo Apodosis est, ad illud εἴποτε referenda, non nova Protasis. Δὲ vero non insolens est in Apodosi, de qua re, monente *Poppone*, vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 785. et 845. ed. 2. Lehm.

Pag. 21. l. 4. Ὤιμην παύσασθαι] Recte hanc syntaxin se habere, neque adeo *Schmiederum* debuisse mutare παύσεσθαι, adparebit ex iis, quae ad Tim. c. 13. monui. Addendus etiam, quem *Poppo* ad h. l. citavit, *Poppo* in Observv. Critt. in *Thucyd.* p. 149. sq. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν) Irati Jovis abrupta oratio. Video commode servari posse ἐπ' ἐμέ· nec tamen non praeferam εἰς ἐμὲ, quasi vellet intellectum ὑβρίζει· sic sane secutus fuerit ipse suum praeceptum de ὑβρίζειν τινὰ et εἰς τινὰ in Soloec. §. 10. Paullo post si pro ὅμοια ἡμῖν legeretur ὁμέστιοι ἡμῖν, mutatum nollem. Ὁμέστιος et συνέστιος θεῶν frequenter Ixion dicitur. Hemst. Mihi quidem ἐπ' ἐμὲ in hac orationis indole aptius videtur, quam εἰς, vel ἐς, ἐμέ. Intelligo nempe potius εἶσι, vel ὁρμᾷ, quam ὑβρίζει. Illud ad utrumque convenit, non item hoc. Quod deinde *Schmiederus*, unum codicem Par. et *Belini* judicium secutus, verba: ἀλλ' ἡμεῖς — ἐποιησάμεθα Junoni attribuit, magnopere profecto foedavit locum. Neque enim vere, nec sine arrogantia,

nec denique sine impudentia aliqua, sic loqui potuit vel regina coeli ea, quam novimus, ad eum, quem tota antiquitas clamat, regem deorum, vel uxor talis cum tali marito, vel denique haec mulier de istis vitae coelestis sociis, Ixione, Tantalo, Ganymede. Contra tribuas ea Jovi, et audies primum et regem et maritum injuria adfectum, deinde virum se colligentem, nec humanitatis expertem, postremum censorem suorum ipsius vitiorum delictorumque bene sibi conscium. Quid possit desiderari, quod verius sit et huic personae aptius? Lehm.

Pag. 22. l. 3. Ὁ δὲ ἔρως) Sic Dialog. Apoll. et Bacch. *Long.* lib. II. *Heliodor.* lib. IV. et Diall. Deor. XXIII. ἀπάντων ἄρχων. Bourd.

Ead. l. 5. Ἄγει σε καὶ φέρει) Vix credas, interpretes, quid *Lucianus* voluerit, adsecutos fuisse: sensus est, *te subactum pro arbitrio velut jure belli depopulatur.* Ἄγειν καὶ φέρειν victorum est, qui caedibus ac rapinis omnia vastant: ἄνευ νόμου καὶ δίκης ἄγοντες καὶ φέροντες ἀλλήλους· *Polyaen.* ad alia traducitur: ἀγομένης καὶ φερομένης τῆς κεφαλῆς. *Synes.* Encom. Calv. Rem vidit, et locutionem vulgatissimam pluribus exemplis illustravit *Erasm.* Prov. in Ἄγουσι καὶ φέρουσι. Hemst. Char. c. 15. Vid. et *Viger.* p. 223. ibique *Hoogev.* et p. 317. Lehm.

Ead. l. 6. Τῆς ῥινός φασιν ἕλκων) Unde ductum, haud proclive est definire: certe a feris equisque petitum. Sed ad rem ipsam illustrandam lege, si lubet, quid apud *Lactantium* poëta non insulsus de triumpho Cupidinis scripserit, in cujus pompa Jupiter cum ceteris Diis ante currum triumphantis ducitur catenatus, I, 11. Solan. Quibus in locis occurrat apud *Nostrum*, adnotavit *Erasmus* in *Naribus trahere.* Hemst.

Ead. l. 10. Αὐτοῦ τὴν γυναῖκα) Vid. *Th. Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 155. p. 227. Hemst.

Ibid. Πειρίθουν) *Diam Hyginus* vocat, ex qua Jupiter Pirithoum suscepit. Solan.

Ead. l. 11. Ἔπαιξα] minus quidem Attice ad normam Grammaticorum, quorum praecepta collegit *Hemsterh.* ad *Aristoph.* Plut. v. 1056. et ad usum praestantissimorum scriptorum, *Platonis* et *Aristophanis.* In recentioribus tamen haud rara haec Aoristi forma παῖξαι pro παῖσαι. Dedit aliquot exempla *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 240. Lehm.

Pag. 23. l. 3. Ἀγρυπνεῖ) Structura postulat: ἐπειδὰν λυθῇ, κἀκεῖνος ἀγρυπνῇ. Hemst. Adsentiuntur tres codd. Pariss. Unde et versionem Latinam: *postquam solutum fu-*

rit convivium (*vigilat autem, ut credi par est, prae amore*) ut inconcinnam, nec satis fidelem — non enim scriptum legitur ἀγρυπνεῖ δὲ, vel γάρ — corrigere placebat. LEHM.

Ead. l. 7. *Μὴ ὥραισιν ἵκοιτο*) Nescio, cur mutatum: sic enim reposueram, non ὥραιον. Proverb. de quo *Aristoph.* alii; σεσολοίκισται μέν· ὤφειλε γὰρ μὴ ὥρας ἵκοιτο. Verum tamen Atticum est, et utitur Dialog. de Saltat. c. 5. Soloecismum notarunt Grammatici. BOURD. An scribendum? μὴ ὄναιτο τῶν ὑπὲρ ἀ. GUYET. Potestne stultius et absurdius quicquam verti, quam ista verba sunt translata? *Ne quid tempestivum consequatur, quando res, quae supra se sunt, concupiscit.* Et tamen absurdius iidem interpretes in dialogo de saltationibus, μὴ ὥραισιν ἱκοίμην, *nunquam ego venustatem consequar:* cum sint imprecationis formulae ex *Aristophane* haustae. Latini dicunt, *male pereat, Dii Deaeque eum perdant, qui rem supra suam sortem adfectavit.* Potuissent tamen, saltem *Bourdelotius*, haec emendare, cum *Is. Causabonus* ὁ πάνυ Animadv. lib. II. c. 14. in *Athen.* tum et in Lectionibus Theocriteis, dudum observarit elegans hoc dicendi genus, et explicarit scitissime. GRAEV. *Casaubonus* explicat in notis ad *Athen.* II, 14. cum imprecari alicui exitium vellent, et mortem anno vertente citiorem. Alii tamen scriptores ὥρας non ὥραισι scribunt. Iterum habes de Salt. c. 5. et Diall. Merr. X. SOLAN. Dicturum se promisit ad hunc *Luciani* locum *Kuhn.* Obs. ad *Diogen. L.* II, 34. cui consilio diem supremum intervenisse credo. *Bisetus* etiam profert ad Lysistr. *Aristoph.* v. 1036. A *Casaubono* dissentit *D. Heinsius* L. Theocr. p. 341. existimans formulam imprecandi esse desumtam a navigationibus, quia ὧραι erant navigandi tempora, et μὴ ὥραισι πλεῖν apud *Comicum* Lysistr. v. 329. utrius verior habenda sit opinio, alias opportunius dicemus. HEMST.

Ead. l. 11. *Ἐπ' ἐμὲ ποιήσει*] Non mutanda erat optima lectio, quamquam per se ἥξει, quod *Schmiederus* e duobus codd. adoptavit, non male habet. Subjectum autem in ποιήσει non est, ut *Poppo* putat, ἡ νεφέλη, sed *Ixion*, idem, qui et in posterioribus Junonis verbis αὐχήσει κατελθὼν etc. facile agnoscitur. LEHM.

Ead. l. 14. *Ἐξαπατηθήσεταν*) Monstrum vocabuli vides (in ed. Salm.) Rectius editio Basil. ἐξαπατήσεται. Sed puto verum *Luciani* esse ἐξαπατηθήσεται· imo sic antiquissima editio Flor. Simili mendo laborant posteriores editiones, cum mox συμπερινεχθήσεται legitur, quod conspicitur etiam

in Florentina et Aldina: sola Basileensis συμπεριενεχθήσεται· id quod probum est. Jens.

Pag. 24. l. 7. Τροχῷ) Meminit *J. Brodaeus* Misc. II. c. 10. *Pindarus* τετράκναμον δεσμὸν vocavit, τετράκνημον τροχὸν *Schol. Apoll. Rh.* ad Arg. III, 62. Bene de nobis merebitur, qui ultima dialogi hujus vel explicuerit, vel emendarit. Hemst. Corruptissimum locum emendandi complura sunt pericula facta. *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 144. verba vulgata, uti erant, retinenda quidem, sed Jovi adscribenda, et ad interrogationis formam revocanda existimavit, ut hic exsisteret sensus: *poenam dans amoris: nonne enim haec gravis tibi videtur esse poena ob jactantiam?* Sed remanebat sic quoque offensio, quam fecerat Praepositio ἀπὸ, cujusque loco *Guyetus* voluerat ὑπέρ. Poterat potius ἀντὶ corrigendum videri. Egregie vero de h. l. meritus est codex Paris. 2954., qui, quum postrema quoque verba eadem prorsus, qua *Abreschius* cogitavit, ratione Jovis sermoni adnectat, magnopere tamen mutata exhibet, ut vix quemquam sagacitas sua paullo modestior eo ductura fuisse videatur. Legit: δίκην διδοὺς οὐ τοῦ ἔρωτος, οὐ γὰρ δεῖ, δεινὸν τοῦτό γε, ἀλλὰ τῆς μεγ. atque haec *Belinus* sibi probata sic explicat: *poenam dans non quidem amoris; non oportet enim* (ideo eum punire) *quum id nefas foret, sed jactantiae.* Et in his acquieverunt *Schmiederus* et *Poppo*, qui tamen posterior V. D. ne sic quidem omnino genuina *Luciani* verba nos habere suspicatur. Et vere ita est: nam nondum placere potest parenthesis sic adornata. Quomodo enim Jupiter illud δεινὸν poterat dicere, si puniisset Ixionem ob gravissimam injuriam et Junoni, Deae supremae, et ipsi sibi, illatam? Restabat scilicet unum adhuc mendum in vocibus δεῖ δεινὸν, quod *Jacobsius* in *Porsoni* Adverss. ita emendandum putavit, ut priorem earum vocum, δεῖ, prorsus submoveret, optimo sane consilio. Nihilominus mihi consultius videbatur δεῖ in δὴ mutare, quas duas voces et alibi haud raro permutatas inter se, fuisse constat, ut Diall. Deor. XXVI, 2. ubi pro καθιππεύειν δεῖ in cod. Paris. legitur καθ. δή. Sic jam ad hanc Jovis sententiam devenimus, nescio, an unice veram: *poenas dans, non amoris quidem* (*non enim sane hoc quidem* — *amare* scilicet, quod facile ex ἔρωτος intelligitur — *grave quid foret*) *sed jactantiae.* Relege Jovis verba, quae is paullo ante dixerat c. 3. σύγγνωστοι οὖν, εἰ πιόντες etc. Lehm.

Ead. l. 9. Ἀπὸ τῆς μεγαλ.) An ὑπέρ; Guyet.

Pag.. 25. l. 8. Προσγελᾷ) Cito ridere fuit praesagium ingenii. Vid. Art. Crit. P. 2. Sect. I. c. X. §. 12. Cler.

In iis, quae sequuntur, edendis secutus olim eram *Matthiaeium*, qui ex cod. 2956. duplex τι, unum post δηλοῖ, alterum post μέγα, scripsit. Nunc video ex ipsa *Belini* adnotatione codicem illum hanc habere lectionem: καὶ δηλοῖ μέγα τι ἀγαθὸν ἀποβ. Mutata jam mente pristinam et vulgatam retineo rationem: nam vocem τι tantummodo transposuit librarius iste. Sententia autem Vulcani, quam interpres Latinus paullo liberius reddit, haec est: *et ostendit jam magnum quoddam bonum sese evasurum.* Μέγα ἀγαθὸν videlicet ipse Mercurius dicitur, ut infra iterum; μέγα κακὸν Minerva in Jovis capite Dial. VIII, 2. et Cupido XII, 1. Illustrarunt hunc usum *Dorvill.* ad *Charit.* p. 227. et *Sturz.* Lex. Xenoph. s. v. ἀγαθὸς [d]). Τι autem jam non absolute positum, sed cum μέγα ἀγαθὸν jungendum puto. Denique ὡς non videtur mihi cum *Poppone* in Ind. s. ὡς ad ἀποβησόμενον proxime, sed ad μέγα referendum. Scilicet ὡς Adjectivis vel Adverbiis nonnullis junctum ironicae orationis speciem induit; auget sententiae vim, dum minuere videtur: οὐδ' ὡς ὀρθῶς *Isocr.* Paneg. c. 38. *non rectissime;* ὡς ἀληθῶς apud *Nostrum* frequentissimum, ut Somn. c. 10. Diall. Marr. III, 2. Diall. Mortt. XVII, 2. Δηλοῦν cum Participio ejusdem Subjecti, quod verbo δηλοῦν inest, constructum, significare *manifestum reddere se ipsum, adparere,* atque adeo saepe per Adverbium *manifesto* reddi posse, hodie vel vulgo notum est. Vid. *Brunck.* ad *Sophocl.* Ajac. v. 472. Diall. Mortt. XXVII, 7. καὶ ἐδήλου φαινόμενος ὠχρός. Lehm.

Ead. l. 11. Ἐν τῇ πανουργίᾳ) Usitatius ἐς vel εἰς τὴν πανουργίαν· itaque scribendum puto. Ut modo μέγα ἀγαθὸν ἀποβησόμενον, sic et *Xenoph.* Cyrop. V. pag. 76. v. 13. ὦ μέγα ἀγαθὸν σὺ τοῖς φίλοις Κῦρε· similem in modum μέγα κακὸν εἶναι vel ἔρχεσθαι τινί. Hemst. Mutandi necessitatem non video. Ὅσον, quemadmodum cum aliis Praepositionibus e. g. ἐπὶ, ἀπὸ etc. (vid. Indic. s. ὅσος), ita etiam cum ἐν conjunctum ferri potest, ubi ratio s. respectus cogitandus est, quo res aliqua locum habeat; sive, ubi, quod de universo nolis valere, ad certam quandam rationem restringas. Δυστυχεῖν ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς Dial. XIV, in. non indicat omnino quamcunque alicujus infelicitatem, sed eam, quae posita tantum est in re amatoria. Et si in illo loco dixisset Apollo: δυστυχῶ ὅσον ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, facile jam animadverteres hujus et illius loci similitudinem. Nimirum non per se, ac revera, nec omnino, dicit Apollo Mercurium Japeto seniorem, sed *quatenus ejus astutia respiciatur,* siquidem ex hac astutia rem judicare velis. Quod ipsum et per εἰς ex-

primi potuit, minime vero per ἐπὶ, quam Praepositionem *Schmiederus*, codicem Paris. secutus, temere huc substituit. Nam ὅσον ἐπί τινι prorsus aliud quid esse, vel ex *Vigero* notum p. 127. LEHM.

Pag. 26. l. 4. 'Ἐκινεῖτο) Non solicito hanc lectionem. Aliter tamen P. et ed. J. ἕστηκε τὸ, sed tum aliter interpungendum, et post ἕστηκε punctum admirationis ponendum. SOLAN.

Ead. l. 15. 'Ὀξύχειρ) *Poll.* II, 149. ὀξύχειρ γὰρ καὶ ὀξυχειρία τὸ μὲν παρὰ Μενάνδρῳ εἴρηται, τὸ δὲ παρ' Ἀλέξιδι. Comicorum nomina facile persuadent, utrosque non alia notione, quam fecit *Lucianus*, hanc vocem adhibuisse. Significat autem *agili manuum mobilitate promtum*: nam *aduncae manus* interpretum, si rem spectas, possunt tolerari; si vim vocis, alienissimae sunt. Prout celeritatis manuum in plurimis rebus est usus, ita non una ratione homines dicuntur ὀξύχειρες· qui manum avidam in patinas immittit *Nicomacho* apud *Athen.* VII. p. 291. D. — δειπνῶν δὲ πᾶς Τἀλλότρια γίνεται ὀξύχειρ, κ' οὐκ ἐγκρατής. Herculem hoc epitheto *Theocritus* adfecit Epigr. XX. Τὸν λειοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα· quod vix est, ut heroum maximi dignitatem aequet. 'Ὀξυχειρίαν ὀρχησταῖς et pantomimis *Pollux* tribuit IV, 97. ψηφοπαίκταις sive praestigiatoribus *Sext. Empir.* adv. Mathem. II. § 39. qui τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσι· eandem vocat εὐστροφίαν τῶν χειρῶν καὶ τὸ τάχος τῆς κάμψεως τῶν δακτύλων *Schol. Gregorii Nazianz.* in Orat. de Athanasio. Apud *Philonem Jud.* de Vit. Mos. p. 609. C. Aegyptius operum exactor, τοὺς τὸ προσταχθὲν μὴ ἀπνευστὶ καὶ ὀξυχειρίᾳ δρῶντας τύπτων. Nonnihil differt illa ὀξυχειρία, quam exercendi diutnrnitate opifices acquirunt in *Diogen. L.* VI, 70. Mercurium autem ὀξύχειρα venustissime pinxit *Horat.* I. Od. 10.

Callidum quicquid placuit jocoso
Condere furto:

ibi plura, quae ad hunc dialogum faciunt. HEMST. — — Ita quoque, si qui συνεστραμμένους ἔχοιεν τοὺς δακτύλους, ut apud *Adimantium*, seu, quomodo in *Polemone* lego, συνεσταλμένους, πανοῦργοι, κακοήθεις, φιλοχρήματοι. Artes Mercuriales scite *Noster* enumerat primo *Cataplo. Hemst.* I. — Sententiam ipsam interrogationis signo distinxi, quod nonnullorum editorum indiligentiam facere taeduit. Contra quae Apollo respondet, minus placent interrogative, ut plurimis visum, sumta. Cogito potius, sic respondere Apollinem Vulcano admirabundo: *Te hanc infantis versutiam mirum habere, consenta-*

neum sane est: neque enim audivisti eum, etiam loquentem jam promte et expedite. Lehm.

Ead. l. 19. *Προςκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα*) Leg. *προκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα*· sic videtur legisse interpres, cum transfert, *heri provocato Cupidine.* Statim pro *ὑφέλκων τὼ πόδε* Ms. *ὑφελὸν τὼ πόδε.* quasi pedes illi surripuerit: quamvis et vulgatum possit ferri. Graev. Vel *προκαλεσάμενος* edendum fuit, ut haberetur ratio *Benedicti,* vertentis *provocato Cupidine;* vel versio retinenda fuit *Micylli, heri autem vocato ad se Cupidine.* Sed sane verbum Graecum habet aliquid, quod a neutro exprimitur, et *Benedictina* lenius et *Micyllina* fortius, ut patet in dialogo Veneris et Cupidinis, *ἀλλ' ἐκεῖνος προςίεταί με καὶ προςκαλεῖται.* Itaque scriptis libris obediendum. Video simile committi in dialogo Enipei et Neptuni, dicente illo *διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε προςαρπάσαι τὸν ἔρωτα,* ubi cum *Micyllo Benedictus, propterea te mihi amorem praeripere oportebat.* In Piscatore dicunt Philosophi de *Luciano, ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι ἀξιῶν*· ubi vertunt, *nam cum iste vir judicio velit experiri, haud absurde provocare videtur.* At in hac locutione vix est differentia inter τὰ *provocare* et *judicio experiri velle:* et in praecedentibus non tam provocat, quam admonet modestiae philosophos, ne se indemnatum occidant, atque adeo convenientius videatur *προςκαλεῖσθαι.* Gron. *Προςκαλεσάμενος*) Haec menda, sed quae tamen fallere vix potest, locis compluribus insedit: restituendum erat vel sine Mss. *προκαλεσάμενος.* Adstipulatur *Duker.* ad *Thucyd.* V, 41. *Apollod.* I. p. 57. *τὸν ἄριστον αὐτῶν εἰς πυγμὴν προςεκαλεῖτο*· recte *Faber προεκαλεῖτο* vel *προὐκαλ.* Hemst.

Pag. 27. l. 1. *Ὑφελὼν*) Ita praeter Ms. Gr. L. et ed. J. Solan. Teneo vulgatam lectionem *ὑφέλκων,* quam satis tuetur *κατεπάλαισεν*· luctatorum est *ὑφέλκειν τοὺς πόδας, τὰ σκέλη,* ut adversarios in terram dejiciant: idem et *ὑποσκελίζειν, ὑποσύρειν τὰ σκέλη* in illa praeclara Dioxippi cum Corrago Macedone pugna, quam describit *Diodor. Sic.* XVII, 615. C. *subducere pedes Curt.* IX. c. 7. Lubrica quoque dicuntur *ὑφέλκειν, ὑποφέρειν, ὑποσκελίζειν τοὺς πόδας,* quae junxit *Poll.* I, 187. eleganter *Curt.* IV, 9, 18. *cum modo saxa lubrica vestigium fallerent, modo rapidior unda subduceret.* Cum probata fuerit haec potestas in *ὑφαιρεῖν τοὺς πόδας,* deliberabimus, an scriptae lectionis rationem haberi oporteat: nam quod *Graevius* addit, *quasi pedes illi surripuerit,* mallem viro magno non excidisset: nisi quis huc pertinere censeat *Senecae, pedes abs-*

salit, Praef. lib. IV. Nat. Qu. p. 743. quam metaphoram a luctatoribus esse sumtam volunt. Hemst.

Ead. l. 3. *Τὸ σκῆπτρον*) In Cod. Flor. scribitur ἦλθεν ἐπὶ τὸ σκῆπτρον. Bourd. *Fl.* et J. ἦλθεν ἐπὶ τὸ σκ—. Sed venustior longe vulgata lectio. Sceptrum enim surripuit, sed fulmen utpote gravius et ignitum tenera manus auferre non valuit. P. non agnoscit ἦλθεν ἐπί. Solan. Mihi sane non constat, quid recentiores editores impulerit, ut insuper haberent, quod Florentiae fuerat impressum, ἦλθεν ἐπὶ τὸ σκῆπτρον, quandoquidem illa phrasis nihil habet, quod fastidiendum videatur: nam saepius ἔρχεσθαι ἐπί τι non consilium tantummodo aut conatum, sed effectum etiam agendi significat: quamobrem sic intellige, adgressus est sceptrum surripere, atque adeo revera surripuit. Etsi jam omissum in *A.* 1. et *H. Francinus* tamen in Juntinam revocavit dubium ex scripto Cod. an *Flor.* Id solum me retinuit, ne *Luciano* redderem, quod in P. abfuisse notatum reperiebam. Hemst. Ex Gorl. codicis lectione γελῶντος ἔτι τὸ σκ. patere videtur, ἐπὶ ex illo ἔτι ortum, ac deinde ἦλθεν additum fuisse ad efficiendam aliquam qualemcunque sententiam. Feliciter itaque *Poli* Exc. omiserunt illa ἦλθεν ἐπὶ, atque ita retinuerunt magnum *Hemsterhusium* ab errore aliquo, licet non maximi illo momenti, committendo. Lehm.

Ead. l. 9. *Χελώνην*) Ex hymno *Homeri* in Merc. (v. 47.) Vide *Scalig.* ad *Manil.* pag. 420. Vorst. Oculis haec omnia subjicit Cl. *Philostrati interpres* ad p. 777. exhibita ex gemmis lyrae figura. Solan.

Ead. l. 10. *Πήχεις ἐναρμόσας*) De partibus lyrae vide Dialogum Marinum *I.* et *Is. Vossium* de Poëm. Cant. Cler.

Ibid. *Καλάμους ἐμπήξας*) *Κάλαμοι* sunt *aerea fila*, protensa juxta longitudinem lyrae, et quae pulsata resonabant. Absurde interpres vertit *calamos:* nam calami pulsati non resonant. Cler. Habes descriptionem testudinis a Mercurio inventae, ex qua lyram confecit; sed male intellectam et imperitissime versam: χελώνην που νεκρὰν εὑρὼν ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο. Πήχεις γὰρ ἐναρμόσας, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε. In ed. Salmuriensi haec est istorum verborum interpretatio: *Testudinem mortuam alicubi nactus, ex ea compegit instrumentum. brachiis enim adaptatis, et superinducto jugo, deinde calamis infixis, et subjecto hemisphaerio, et intentis inde septem chordis, elegans adeo et concinnum quiddam modulatur;* non sane musice. De-

scriptio haec est petita ex hymno in Mercurium, qui tribuitur *Homero*, ut olim observavit maximus *Scaliger* ad *Manilium*: sed cum in illa queritur omissum esse τὸ καιριώτατον, dicendum enim fuisse ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ ἔτι δέρμα βόειον προςαρμόσας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, verum erat, si καλάμους scripsisset *Lucianus*, et hymni auctorem κατὰ πόδα sequendum sibi existimasset. Cum vero corii bovilli, quo ceu theca lyram Mercurii tegebat hymnus, mentionem omisisset, et adcommodasset ejus descriptionem ad sui temporis mores, locus nullus erat arundinibus in lyra. Pro καλάμους legendum ex Ms. κολλάβους. Κόλλαβοι sunt *paxilli*, vel *claviculae, quibus fides in lyris intenduntur.* *Homero* Odyss. Φ. dicuntur κόλλοπες· Ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν, *Facile intendit nova clavicula fides.* Ubi *Eustathius*: κόλλοψ ὁ παρὰ τοῖς ὕστερον κόλλαβος, δι' οὗ τείνονται αἱ τοιαῦται χορδαί. καὶ οὕτω φασὶ λεγόμενος, διότι τὸ παλαιὸν ἐκ δερμάτων σκληρῶν ἦν τῶν πρὸς τραχήλῳ τῶν βοῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν οἰῶν· quaere ibi plura. Vides, ex calloso illo corio, quod est in cervicibus boum et ovium, olim istos verticillos esse factos, quod tamen negat *Scaliger*, qui postea conficiebantur ex lignis. Πήχεις vero sunt *manubria. Hyginus brachia* vertit: ζυγὸς vero, sive ut aliis ζύγωμα, *jugum*, est transversum transtillum, in summa cithara, cui chordae aduectebantur: μαγάδιον est ligneus asserculus, qui subjiciebatur fidibus, sine quibus nullum illae sonum edebant; olim erat calamus, postea lignum quadratum, quod hodie adglutinatur musicis instrumentis, olim supponebatur, ut erudite *Scaliger* ostendit. Qui veteres lyras in nummis et marmoribus, ubi saepius occurrunt, vidit, facilius haec intelliget. Locus autem sic vertendus est: *Testudinem mortuam cum alicubi invenisset, ex ea instrumentum musicum compegit. Manubria enim adaptavit, et jugum addidit, et adfixit claviculas, et subjecit asserculum, fidesque intendens septem valde tenerum et concinnum quid cecinit.* Eadem omnia recenset inferius in lyra Polyphemi in colloquio Doridos et Galateae, excepto μαγαδίῳ· Αὐτὴ ἡ πηκτὶς οἷα κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν· καὶ τὰ μὲν κέρατα πήχεις ὥςπερ ἦσαν· ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπῳδόν. Sic legendus iste locus lepidissimus: *Ipsa lyra solummodo erat cranium cervi, nudatum carne, cornua vero erant quasi manubria, quibus cum jugum adjecisset, et fides adligasset, quas non fidiculis tendebat, agreste quiddam et absonum canebat:* legendum autem οἷα, *solummodo*, non οἵα, ut editur vulgo. Vides hic κόλλοπα dici, qui dicitur κόλλαβος in dialogo supe-

riore. Cranium cervi erat *πηκτὶς*, quod in Mercurii lyra testudo; cornua vero erant *πήχεις*· sed *κόλλαβοι* nulli, aut iis non utebatur. Graev. In exemplaribus vulgatis legitur *μαγάδιον* et *καλάμους*, mendose pro *μαγάδας* et *κολλάβους*. Ita *Moschop.* in sua constructione locum adlegat; et hujus lectio magis quadrat sensui, quam usitata. *Hartung. Th. Crit. T. II. p.* 638. Vox *κολλάβους*, quam exhibent P. L. Gr. Ms. et Schol. quamque ego etiam ex Ms. adscriptam vidi margini vetustissimi impressi Codicis, glossema est viri quidem docti, sed ad rudem hujus lyrae fabricam non satis, ut mihi quidem videtur, adtendentis. Si cui tamen placeat, litem ea de re nemini sum moturus; cetera enim satis scite descripta sunt, et ipsa artis vocabula ab artifice summo Apolline haud dubie usurpata: quod ex doctissimis *Graevii* notis facile perspicies. V. etiam *Marm. Ox.* pag. 199. Observandum denique, *Nostro κόλλοπας τῆς κιθάρας* alibi dici. Vid. Jov. Trag. c. 10. Solan. Quanquam *κάλαμος* olim in lyra, huc tamen nihil pertinet: praeterquam quod, si de eo loqui voluisset *Lucianus*, scribendum fuerat *κάλαμον ἐμπήξας*. *Otto* quidem *Sperlingius* Diss. de Fur. Sabin. Tranquill. p. 74 *Lucianum* melius adfirmat extulisse *καλάμους ἐμπήξας*· *nam erant duo calami arte juncti, inter quos chordae ducebantur et tendebantur:* sed haec dicenti sine veterum auctoritate, non aegre feret, si fidem denegemus. *Κόλλαβοι* contra optime conveniunt, quippe in hoc instrumento musico necessarii: error autem plane facilis; nam litera liquida non geminata *κολάβους* exarare moris erat, ut apud *Thom. Magist* in *Κόλοπας*· unde ob similitudinem *β* et *μ*, praesertim in membranis antiquis, quam proclivi via potuerit oriri *καλάμους*, in aperto est positum. Verum est, *Lucianum* Diall. Marr. I. Jov. Trag. §. 10. adv. Indoct. §. 10. *κολλόπας* usurpare, quod equidem ad normam Atticam magis congruere non diffiteor: sic enim praecipit *Phrynich.* p. 32. *Κολλάβους τοὺς ἐν τῇ λύρᾳ εἰ μὲν ἄλλη διάλεκτος λέγει, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ· σὺ δὲ ὡς Ἀθηναῖος λέγε κόλλοπας*· sed nihil obstat, quo minus ab ea lege, quam saepe judicio non levitate migravit, in hoc etiam loco recesserit *Lucianus*; inprimis quoniam illa aetate, qua scripsit, longe frequentior erat usus *τῶν κολλάβων*, quam *κολλόπων*. Hoc vel ex ipso *Phrynicho* manifestum est, qui vulgatam deterioris vocabuli consuetudinem castigare necesse habuit, et ad veteris Atticismi praescripta revocare: in antiquis sane scriptoribus vix unquam aliter invenias, ac *κολλόπας*· *Plato* de Rep. VII. pag. 703. B. *τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας καὶ βασανίζοντας ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦν-*

τας· plura collegit eximius ille *Leopardus* Emend. XIX. c. 16. sed κόλλαβες tamen, ex quacunque dialecto in usum communem venerit, notae esse satis vetustae, non pauca sunt indicio: aliunde quidem deducere non licet verbum illud in *Hesychio* comicum: Ἐκκολλαβήσαντα, ἐκλακέντα, ἐκφρονήσαντα. Grammatici quoque κολλάβους, quoddam est panis genus ab *Aristophane* aliisque memoratum, ab horum verticillorum similitudine dictos volunt: vid. *Schol.* ad Ran. v. 510. At in recentioribus, quique *Luciani* aetati fuerunt suppares, jam nihil est isto vocabulo tritius. *Jamblich.* de V. P. §. 118. τὴν δὲ πόσην ἐπίτασιν ἀναλόγως τοῖς βάρεσι εἰς τὴν τῶν κολλάβων ἄνωθεν σύμμετρον περιστροφήν· haec in *Nicomacho* totidem verbis exstare p. 13. monuit *Kusterus*: *Schol. Homeri* parvus ad Il. I, 187. ab eoque ne litera quidem discrepans *Etymol.* in Ζυγός· *Athanas.* in Psalm. p. 1241. ubi, quale sit ψαλτήριον, exponit: δέκα γὰρ κόλλαβοι, εἴτουν πασσάλισκοι παρὰ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτηρίου στρεφόμενοι ἔτεινόν τε τὴν χορδὴν καὶ ἐχάλων· quae paene eadem leguntur in *Euthymii Zygabeni* Praef. ad Psalm. p. 155. et apud plures alios. Olim autem paxillos hosce fuisse confectos de corio calloso et durato, si quid omnino Grammaticis est credendum, ambigi non potest: vid. *Hesych.* in Ἐκολλόπωσε. Κεράςβολα vocabantur, ut idem docet, οἱ ἐν ταῖς ἀρχαίαις λύραις κόλλαβοι· alibi voce truncata, Κράςβολα, κόλλαβοι δερμάτινοι· atque haec ipsa est ratio, cur κόλλοπες fuerint dicti; a qua voce non alia re κολλάβους distare arbitror, quam vel pronuntiandi depravatione, vel dialecti discrimine. Hos igitur κολλάβους *Luciano* restitui par erat, quem vere *Graevius* observavit *adcommodasse lyrae descriptionem ad sui temporis mores*: locum enim illum Hymni in Mercurium, cum haec scriberet, in animo fuisse *Nostro* mihi sane non tam compertum videtur, quam credi voluit *Scaliger* ad *Manil.* V, 319. fierique facile potest, ut de eo tum ne cogitaverit quidem: alioqui multos oporteret eodem respexisse, qui in lyrae a Mercurio inventae descriptione parum a *Luciano* discedunt. Μαγάδας autem pro μαγάδιον *Hartungus* ex *Moschopulo* probat; quod *Leopardus* commemorans, judicium suum non interponit: ferrem equidem, si μαγάδα, quod *Scholiastes* habet, scriberetur: sed nihil est, cur μαγάδιον satis usitatum repudiemus. Vide praeterea magnum illum etiam in puero *Grotium* ad Phaen. *Arati* p. 7. et ad Imag. p. 54. 55. Res ipsa de veterum lyra, ejusque tum partibus, tum pro diverso temporum intervallo differentia non tantum intricatior est, quam ut paucis expediri queat, sed magnorum etiam hominum erroribus insignis: neque id

adeo mirandum; cum ejusmodi sit haec materia, quae non nisi lenta diuturnaque meditatione, saepe, quae prius placuerant, verso stilo inductis, subigi se patiatur ac molliri. HEMST.

Ead. l. 11. *Μαγάδιον*) *Μαγὰς* ab aliis dicitur. V. *Philostr.* p. 778. *Equuleum* nostri vocant. SOLAN.

Ead. l. 12. *Ἑπτὰ χορδὰς*) Consentiunt omnes, Mercurium esse lyrae repertorem. Sed de numero chordarum non itidem liquet: sunt, qui dicant, primo fuisse tantum tres, sunt qui quatuor. Videat, cui libet, *Macrob.* Saturn. I, 19. *Pol. Virg.* de rerum invent. I, 15. *Diod. Sic.* I. et V. Sentit cum *Luciano Horat.* I, 15.

Tuque testudo resonare septem
Callida nervis.

LEED. Hujus loci *Horatiani* et versus illius *Homerici* Hymn. in Merc. 49.

Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς.

si rationem justam habuisset *Schmiederus*, non, opinor, suspecta ei fuisset vox *ἑπτὰ*, quam in cod. 2956. librarii incuria praetermisit. De vocibus *κόλλοψ* et *κόλλαβος* monuit *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 193. Ceterum *Natalis Comes* Mythol. L. V. cap. 5., ubi Mercurii testudinem his ipsis *Luciani* verbis describit, narrat Mercurium testudinem mortuam *ad ripas Nili* invenisse. Sed quum in nostro loco non commemorentur *Nili ripae*, aut *Natalis* hoc additamentum in suo quodam *Luciani* exemplari legit, aut, quod verosimilius est, ex alio, nescio quo, scriptore vetere Lucianeis immiscuit. Ineptum autem illud h. l. esse, et cum omni hujus dialogi ratione pugnare, quilibet facile intelligit. LEHM.

Ead. l. 13. *Κἀμὲ — κιθαρίζειν*) Si recte hic *Lucianus*, erravit *Torrentius*, qui in *Horat.* Od. 21. I. sic ait: *lyra sibi concessa, Orpheum Apollo docuit; at postea, inventa a se cithara, ei lyram concessit.* Aliquid autem interesse inter *lyram* et *citharam*, satis hinc liquet; sed quid id sit, laborat quidem ostendere *Martinius* in Lexico ad vocem *lyra*, at quam feliciter judicet alius: ego ab eo in hac re parum redii instructior. LEED.

Pag. 28. l. 1. *Ὑπόπτερος*) *Lilius Gregorius* in Mercurii Syntagmate scribit, vidisse se Mercurii imaginem in libro quodam antiquitatum hoc modo effictam: filo quidem erat corporis juvenili, facie imberbi, cum alis supra aures, nudus vero totus, praeterquam quod pallium habere videbatur, dextra marsupium continebat, quod supra caput hirci jace-

bat: sinistra vero caduceum praeferebat: ad pedes illius hircus et gallus suberant. Vid. *Macrob.* Cogn.

Ibid. 'Ῥάβδον τινὰ) De Mercurii virga *Homerus* Od. 5. cujus verba expressit *Virgil.* IV. Aen. v. 242.

Tum virgam capit: hac animas ille evocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos adimitque, et lumina morte resignat.

Ab aurea autem virga dictus est Mercurius χρυσόῤῥαπις. Cogn.

Ead. l. 2. Ψυχαγωγεῖ) *Virg.* Aen. IV, 242.

Tum virgam capit: hac animas ille evocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.

Homer. Od. E. 47. Solan.

Ead. l. 4. 'Εγὼ — ἔδωκα) Vulgo traditur, hanc virgam ab Apolline Mercurio fuisse traditam, accepta ab eo lyra. Vide *Serv.* in Aen. IV, 242. Leed.

Pag. 29. l. 5. Εἰ μέμηνα) Longoliani exemplaris ἢ μέμηνας corrigentis ingenio an vetusto Codici sit tribuendum, non satis mihi patet. Quanquam sensum faciat non plane absurdum, (parum enim abesse videri potest ab insania, qui caput sibi securi diffindi postulat) minus tamen verecunde hoc a Vulcano dicatur ad Jovem: quare lectioni vulgatae lubens acquiesco. Hemst. Salva verecundia, quae per omnem Dialogum in Vulcani verbis conspicua est, loqui sic potuit minister regis. Scilicet insania insigni dolorum capitis vehementiae tribuenda. Et desperationem quandam nec a supremo Deorum alienam sistere, hoc ipsum erat illud, quod lascivia auctoris voluit. Accedit, quod lectio codicis 2956. ἢ εἰ μέμηνας satis clare manum auctoris a librarii stylo distinguere docet. In sequentibus verba Jovis ita dedi, uti ea apud *Schmiederum* et *Matthiacium* reperi e cod. 2956. edita: Τοῦτ' αὐτὸ, διαιρεθῆναί μοι, non praefixo voci διαιρ. Articulo τὸ, quem olim necessarium in tali structura habueram, nunc minus habeo monitus inprimis a doctissimo collega *Stallbaumio*. Suo enim loco etiam omitti video Articulum, quemadmodum in illis Jovis Dial. I, 2. Τοῦτο φῄς, ἐκπεσεῖσθαί με τῆς ἀρχῆς; Cf. tamen Dial. XX, 15. Τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἄπιστον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ — ἐθελῆσαι etc. Deinde dum dicit Jupiter: οὐ νῦν πρῶτον ὀργιζομένου πειράσῃ μου, significat oblique invisum illum Vulcani casum, quo is de coelo olim in Lemnum insulam dejectus alterius pedis damnum fecit. *Homer.* Il. I, 589. sq. Mentio ejusdem festiva in Charon. c. 1. Lehm.

Ead. l. 14. Μαιώσεταί σε) Nonnulli dicunt, Jovem The-

tidem a se compressam, quia metuebat sibi ab eo, quod nasceretur, absorbuisse; atque ut necesse erat gravidum factum, ad amnem Tritonem peperisse. Cui si fidem habemus, opus erat, ut venter potius, quam calvaria, divideretur. Leed.

Pag. 30. l. 1. *Τί γὰρ χρὴ ποιεῖν*) In Dialogorum Selectorum editione dederam olim, *τί γὰρ οὐ χρὴ ποιεῖν, σοῦ κ.* quod postea notatum quoque reperi ad marginem *A.* 1. *W.* *nihil est omnino, quod quis facere non debeat, te jubente*: usitatae loquendi formulae, *τὶ οὐ ποιεῖν; τὶ οὐ φθέγγεσθαι ἢ λέγειν; τὶ οὐ πάσχειν;* Etsi sensus egregie constet, nunc tamen, quoniam nullum est in membranis subsidium, pristinam sententiam retexo: commodum est, *quid enim aliquis faciat?* id est, *frustra quis tergiversetur, et imperata detrectet, te jubente.* Sic, *τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις;* Diall. Deor. XX. §. 9. Hemst. Cf. Timon. c. 39. Charon. c. 2. Diall. Mortt. X, 6. XV, 3. XXVI, 2. et alibi similem in modum. Quae modo praecesserant: *Ἄκων μὲν, κατοίσω δὲ,* eadem ratione dicta, qua illa Fugit. c. 23. *Ἄκουσα μὲν, ἀκολουθητέον δὲ κατὰ τὰ δόξαντα τῷ πατρί.* De qua quidem eleganti dicendi brevitate vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 799. sq. ed. 1. Lehm.

Ead. l. 2. *Κόρη ἔνοπλος*) Fabulantur poëtae, a Jove devoratam *Μῆτιν*· qua devorata, mox Minervam concepisse. Jupiter, inquit *Hesiodus* Theog. v. 886. et seq. Metin uxorem suam, Deorum atque hominum sapientissimam devoravit, Coeli Terraeque consilio, ne quis alius Deorum imperium ei praeripere posset etc. Si cui vacat, *Procli* et *Moschopuli* hunc in locum adnotata adeat. *Clemens* etiam, *Epiphanius*, *Theophilus* hujus fabulae mentionem faciunt. Addunt, Vulcanum securi Jovis patris sui caput aperuisse, ex quo Minerva adulta et armata prodiit: a qua re *κορυφαγενὴς* dicta est. *Lucanus* lib. IX.

Hanc et Pallas amat, patrio quae vertice nata est.

et alius:

— Quae de patrio vertice nata Dea est.

Hoc et *Lucianus* ridet. Cogn.

Ead. l. 4. *Ὑπὸ τὴν μήνιγγα*] *sub meninga*, h. e. per spatium illud, quod est sub meninge, extensam virginem. Sic etiam alibi *ὑπὸ* cum Accusativo loci vel temporis positum, ubi proxime non mora, sed extensio cogitanda. *Aesop.* fab. 32. *καὶ δὴ λαθὼν ἔχιν κοιμωμένην ὑπὸ πόδας ἐπάτησε.* Luc. Actt. Apost. II, 5. *ἄνδρες εὐλαβεῖς ἄνδρες ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν.* Neque itaque scribere *Schmiederus* debebat *ὑπὸ τῇ μήνιγγι*, quamquam eam lectionem *Scholiastes*

et cod. 2956. habent. Vid. *Fischer*. Animadvv. ad *Weller*. T. III. b. p. 277. sq. Lehm.

Ead. l. 6. *Πυῤῥιχίζει*) Vid. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. v. 53. Recte Minerva vixdum nata *πυῤῥιχίζει*, Dea bellatrix *ἐνόπλιον ὄρχησιν* saltans. Pyrrichen qui principes instituerint, non pauci memorantur, Curetes inprimis, Pyrrichus vel Cretensis Cydoniates vel Lacedaemonius, Achilles, filius ejus Pyrrhus sive Neoptolemus; verum etiam Dioscuri: sed hi quidem Minerva modos praecinente. *Schol. Pindar.* ad Pyth. II, 127. inter alia non protrita: *ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησὶ τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλῆσαι*· paullo plenius, quam apud *Athenaeum* in fine lib. IV. *Epicharmi* locum sine dubio cogitavit *Aristid.* T. I. p. 26. C. *Διόσκουροι δ' ὑπ' αὐτῇ (Ἀθηνᾷ) πυῤῥιχίζουσι*· *ὑπ' αὐτῇ* non est *ipsius ductu*, ut *Canterus*, neque *sub ipsa*, ut *J. Meursius* Misc. Lac. II, 12. sed id, quod significaverat *Epicharmus*, *ὑπ' Ἀθηνᾷ τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλησάσῃ*, tibia praecinente, modosque temperante Minerva. Hemst.

Ead. l. 8. *Γλαυκῶπις*) Sic de Sylla *Plut.* p. 826. A. *τὴν δὲ τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα, δεινῶς καὶ πικρὰν καὶ ἄκρατον οὖσαν, ἡ χρόα τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν.* Solan.

Ibid. *Ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τοῦτο*) Male *Guyetus* mutat. *Caesia quidem; sed ornat hoc etiam ipsum cassis*: caesii oculi truculentum quiddam habent ac terribile, quod tamen bellipotentem Deam haud dedeceat: hoc Grammatici spectant, quando *γλαυκὸν* interpretantur *φοβερὸν*, *Γλαυκιᾷν*, *καταπληκτικὸν*, *ἔμπυρον καὶ φοβερὸν βλέπειν*, et *Γλαυκῶπιν*, *φοβερὰν ἐν τῷ ὁρᾶσθαι, γλαυκοὺς καὶ καταπληκτικοὺς ὦπας ἔχουσαν.* De Sylla *Plutarch.* T. I. p. 451. E. *τὴν δὲ τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα δεινῶς καὶ πικρὰν καὶ ἄκρατον οὖσαν ἡ χρόα τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν.* Poterat hic oculorum adspectus cum grata pulchritudine parum videri convenire: sed torvitatem istam emendat et decoram reddit addita capiti galea, quam propterea deponi volebat Venus in Jud. Dear. §. 5. ut hoc remedio careret vitio paene proximum *τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων*· utrumque *Luciani* locum usurpavit *Nic. Heinsius* ad Ovid. A. A. II, 659. *Philostr.* Jun. Icon. c. VIII. Minerva *γλαυκὸν ὑπὸ τῆς κόρυθος ὁρῶσα, ξὺν ἀῤῥενωπῷ τε τῷ ἤθει τὴν παρειὰν ἐπιφοινίττουσα.* *Stat.* Theb. II, 715.

Diva ferox, magni decus ingeniumque parentis
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Cassis et adsperso crudescit sanguine Gorgo.

Multa sunt in utriusque linguae poëtis, quae Palladis eam speciem depingant. Fortitudinis imaginem similiter expres-

sit, sed incultius et rudiore penicillo, quod aetati, qua vixit, condonandum est, *Eustath.* de Ism. Amor. II. p. 37. ὅλη στρατιῶτις πλὴν τοῦ προσώπου, εἰ μὴ δ' ὅτι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀγριωτέρους (ἔχει videtur excidisse) ἢ κατὰ παρθένον ἰδεῖν· κόρυς περιαστράπτει τὴν κεφαλὴν καὶ ταύτην κατακοσμεῖ. Ceterum γλαυκῶπιν non Minervam solum *Homerus*, sed Lunam etiam *Empedocles* et poëtae physici vocarunt, cujus adpellationis explicatam rationem legere licet apud *Plutarch.* T. II. p. 934. C. 929. C. Hos auctores libenter sequebatur philosophus in scena *Euripides*, cujus, γλαυκῶπίς τε στρέφεται μήνη, protulit *Schol. Apollon. Rh.* ad I, 1281. Hemst.

Ibid. Καὶ τοῦτο) Καὶ ταύτην. Guyet.

Ead. l. 16. Ῥᾴδιον οὕτω, ποίει) Haec in *Flor.* quae presse scripti Codicis vestigiis insistit, leguntur indistincte: sequentes edd. nec minus interpretes οὕτω prioribus adjunxerunt, cum sine dubio pertineat ad ποίει. Nota est Vulcani ad Minervae connubium frustra adspirantis fabula: vid. *Eratosthen.* Catast. c. XIII. *Philostr.* Icon. II. c. 27. Verumtamen alia Minerva, omniumque prima, (quinque numerant, qui propius arcana priscorum numinum inspexerunt) juncta fuit Vulcano, itidem vetustissimo, Coeli filio; ex eoque procreavit Apollinem illum, cujus in tutela Athenae, quas ipsa nimirum urbium antiquissimam condiderat, dicuntur fuisse: *Cicer.* de N. D. III. §. 55. 59. *Clem.* Protr. p. 72. D. *Arnob.* IV. p. 135. *Augustinus.* Fuere tamen, qui non uxorem Vulcani, sed filiam esse tradiderint: *Jul. Firmic.* de Err. Pr. Rel. p. 20. etiam *Clemens*, ut videtur, in Protr. p. 17. C. nisi graviore menda, quod suspicor, iste locus laboret. Praeterea securis obstetriciae operam commodasse Jovi non Vulcanum, sed Prometheum, alii scripserunt. *Apollodor.* I. p. 11. ὡς δ' ὁ τῆς γεννήσεως ἐνέστη χρόνος, πλήξαντος αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν πελέκει Προμηθέως, ἢ καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, καὶ Ἡφαίστου, ἐκ κορυφῆς ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος Ἀθηνᾶ σὺν ὅπλοις ἀνέθορε. Is quoque tenere se non potuit, quantacunque praeditus futuri providentia, quin ad pudicitiam Minervae viam adfectaret. cujus immodestae spei crimen ad Caucasum adfixus expiavit: idcirco, qui montem eum adcolebant, Promethei vicem miserti, solis Jovi ac Minervae sacra facere noluerunt, cum contra Herculem liberatorem magna veneratione prosequerentur. Haec *Duris* Samius apud *Schol. Apollon. Rh.* ad II, 1253. *Pindari Schol.* ad Olymp. VII, 66. Οἱ μὲν Παλαιμάονα λέγουσι ῥῆξαι τὴν τοῦ Διὸς κεφαλὴν, ὅτε Ἀθηνᾶ ἐγεννᾶτο· οἱ δὲ Ἑρμῆν· οἱ δὲ Προμηθέα. Magnum habet auctorem Prometheus et singularis ministerii testem *Euripidem*

Ion. v. 455. quanquam enim hic locus non una macula sit foedatus, quin tamen huc referri debeat, minime dubitandum puto: longe aberrat *Barnesius*. Palladem autem ἔνοπλον vel σὺν ὅπλοις ex vertice patris prosiluisse, *Stesichoro* primum adfirmanti posteri crediderunt, teste *Schol. Apollon. Rhod.* ad IV, 1310. Quod si verum est, *Stesichoro* recentiorem oportet fuisse *Orpheum* illum, qui cecinit, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν ὁ Ζεὺς ἀπεγέννησεν ἐκ τῆς κεφαλῆς

Ὅπλοις λαμπομένην χαλκήϊον ἄνθος ἰδέσθαι,

apud *Procl.* in Tim. Plat. I. p. 51. HEMST.

Ibid. Ἀδυνάτων ἐρᾷς) Vulcanum tamen habuisse Minervam τὴν νόμῳ γαμετὴν, testatur oraculum Byzantinum:

Νῆσος τίς ἐστι φυτώνυμον ἅμα λαχοῦσα
Ἰσθμὸν ὁμοῦ καὶ πορθμὸν ἐπ᾽ ἠπείροιο φέρουσα·
Ἔνθ᾽ Ἥφαιστος ἔχων χαίρει γλαυκῶπιν Ἀθήνην.

BOURD. Vide Hermot. cap. 51. et *Eurip.* pag. 728. B. SOLAN. Proverbiorum in numerum retulerunt *Zenobius* et *Suidas*, Ἀδύνατα θηρᾷς. Apud *Stobaeum* inter Chilonis dicta pag 45. Μὴ ἐπιθύμει ἀδύνατα. Sed ipsam hanc formulam ab *Euripide* sumsit *Noster*: in Herc. Fur. v. 318. — ἄλλως δ᾽ ἀδυνάτων ἔοικ᾽ ἐρᾷν. Oraculum illud Byzantinum exstat in *Achill. Tat.* II. p. 93. qui lectus facile deteget incogitantiam *Bourdelotii*. HEMST.

Pag. 31. l. 11. Οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν) *H. Stephan.* Adp. de D. A. p. 198. monet, ἰδεῖν in Attico sermone de congressu vel colloquio dici, cujus significationis manifestissimum sit hoc loco exemplum: ibi enim illud verbi ἰδεῖν significatum alio verbo exponi, et οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν idem esse, quod οὐκ ἂν ἐντύχοις αὐτῷ. In usu hujus potestatis Atticis tribuendo secutus est *Scholiasten Thucyd.* ad IV, 125. verum Grammatici veteres nimis saepe liberaliter Atticis tanquam propria donant, quae per rationem loquendi naturalem non Graecorum tantum omnium sunt communia, sed aeque in qualibet etiam lingua possunt usurpari. Istius generis est illa vis τοῦ ἰδεῖν· neque enim aliter aut Latini suum *videre*, aut nos Belgae vernaculum ejusdem potestatis verbum ponere solemus. Vid. *Dukerum* ad *Thucydidis* locum. HEMST.

Pag. 32. l. 3. Οὐκοῦν) *G. Budaeus* C. L. G. p. 908. cum in hoc loco prolato scripsisset, οὔκουν ἐλελ. addit: *Sed in hoc posteriore* οὐκοῦν *mihi legendum videtur* περισπωμένως. Ita sane legitur in cunctis, quas vidi, edd. HEMST.

Ead. l. 4. Ἐπεσήμαινεν) Hoc, an ἐπεσήμηνεν, legas, nihil interest: certius videtur reponendum esse αὐτοῦ ἡ γαστήρ. HEMST. De formis Aoristorum verbi σημαίνειν usitatis vid.

Fischer. ad *Weller.* Gramm. T. II. p. 376. et *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 24. sq. Quid altera *Hemsterhusianae* adnotationis pars sibi velit, non conjicio. Nam etsi *αὐτοῦ* non male scriptum fuisset, *αὐτῷ* tamen cur contra omnium librorum consensum mutes, idonea quidem caussa non est. Lehm.

Ead. l. 8. *Τοκάδα τὴν κεφαλὴν*) Ridicule vocem poëticam usurpavit. *Τοκὰς κόνις* apud *Lycophr.* v. 316. qui matrem saepius sic adpellat, ut Semelen *Euripides*

— τοκάδα
Τὰν Διογόνοιο Βάκχου

Hippol. v. 559. ex quo plura dedit exempla *H. Steph.* in Thes. *Τοκὰς λέαινα Theocrito* Eid. XXVI, 21. Hemst.

Ead. l. 9. *Ἐν τῷ μηρῷ*) Solent Phoenices ortum cujuspiam ab alio hisce verbis exprimere, יצא מירכו *egressus est ex ejus femore:* quod perinde est, ac *ab eo genitus est,* vel, *ab eo est oriundus,* ut liquet ex *Gen.* XLVI, 26. Hinc nata fabula de Baccho Thebano a Jove ortum ducente: circumstantiae enim fictae sunt a Graeculis, ut rationem redderent locutionis, quam ignorabant. Nomen Semelae forte fuit שמלא, quod *virginem viro maturam* apud Talmudicos sonat. Cler. Haec tradiderat *Clericus* ad *Hesiodi* Theog. v. 940. Hemst.

Ead. l. 17. *Ζηλότυπος*) Sic antea Dial. Jun. et Jov. et de Sacrif. *Senec.* Herc. Fur. Bourd.

Pag. 33. l. 4. *Ἔμβρυον ἑπταμηνιαῖον*) Consentit *Cornut.* de Nat. D. cap. 2. *Ἔτεκε δὲ καὶ τὸν Διόνυσον ἐκ τοῦ ἰδίου μηροῦ ἑπταμηνιαῖον παρὰ τῆς Σεμέλης·* pluresque alii. *Ὀκτάμηνος* dicitur natus apud *Stephan.* et *Suid.* in *Νάξος*, tributumque a Junone jam cum Baccho reconciliata Naxiis mulieribus, eas solas *ὀκτάμηνα τίκτειν·* quanquam hujus rei tam memorabilis nulla sit apud *Diodorum Sic.* mentio V. p. 224. 225. ubi de Baccho Naxiorum fabulas persequitur. Bacchi in lucem editi scenam in coelo *Lucianus* instruxit: plures alibi, et quidem valde dissitis in locis. *Theocrit.* Eid. XXVI, 33.

Χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι
Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπιγουνίδα θήκατο λύσας·

quem locum ignorare se fatetur *Burmann.* ad *Ovid.* Metam. III, 314. potuerat didicisse ex *Diodoro Sic.* III. p. 140. qui poëtae in Hymnis istos versus ponit:

Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σ', οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ
Φασὶν, οἱ ἐν Νάξῳ, δῖον γένος Εἰραφιῶτα,
Οἱ δὲ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι etc.

Homeri sint, an verius Herodoti, sub cujus nomine duos profert *Schol. Apollon. Rh.* ad II, 1215. nunc disceptare non vacat; neque etiam, rectene, an secus, veterum Scholiastarum

eruditissimum magni erroris insimularit *G. Cuper.* Obs. IV. p. 89. Id notandum, *Δράκανον* hic scribi, quemadmodum a *Strabone* et in *Euphorionis* Epigrammate, cum *Δράκονον* *Stephanus* habeat: quod ne temere cum *Berkelio* mutes, intercedit *Nonn.* Dion. IX, 16.

Καί μιν (Bacchum de femore Jovis prodeuntem)
ἔσω Δρακόνοιο λεχώϊον ἀμφὶ κολώνην
Πήχεϊ κολπωθέντι λαβὼν Μαιήϊος Ἑρμῆς
Ἠερόθεν πεπότητο —.

Hic etiam de patre rubentem Dionysum Mercurius excipit: eundem puerum in coelum ferens a Bathycle fuit effictus in Amyclaei throno, teste *Pausan.* III. p. 255. De nymphis Bacchi nutricibus *Burmannus* dicto loco, et inprimis, quem advocat, *Is. Casaub.* de Satyr. Poës. p. 35. nobis enim in luculentiore materia nunc morari non lubet. Hemst.

Ead. l. 9. *Ἐς τὴν Νῦσαν*) *Callim.* Hym. Jovis. Bourd.

Ead. l. 14. *Ὅσ' ἂν*) Angl. ἅ. Bourd.

Pag. 34. l. 10. *Αἱ Ὧραι*) Ex *Homero.* Bourd. *Hesiod.* Theog. 901. *Ovid.* Met. II, 118. Solan. Iliad. VIII, 393. sq. *Graev.* Lectt. Hesiod. 23. p. 117. sq. omnino *Manso* über die Horen und Grazien Jen. 1787. 8. Lehm.

Ead. l. 13. *Παραγγελῶν*) *Flor.* *παραγγέλων*, spatiolo ante λ relicto, quod alteri literae sufficiat. Legi debuit *παραγγέλλων*, quanquam cunctae post primam edd. expresserint *παραγγελῶν*· quod quidem hoc in loco sane non est opportunum: *καινὰ ΤΑΥΤΑ* postulat *παραγγέλλων.* Porro in scriptis Codd. nihil est frequentius, quam ut altera duplicatarum omittatur. Mox recte *ἀγγελῶν.* tametsi in *Flor.* sit ibi quoque *ἀγγέλων.* Hemst. Eadem prorsus ratio est in utroque loco, neque vox *ταῦτα* in priori aliquid discriminis efficit. Cogites modo sic scriptum: *Nova haec* (sunt) *et aliena, quae huc venisti nuntiaturus;* *ἥκεις* enim praeteriti temporis notionem habet, atque adeo non minus, quam illud *ἐξεπέμφθης*, requirere videtur vocem, quae finem rei, ergo Futurum, significet. Quod autem *Florentina* exhibet *παραγγέλων*, id aeque pro *παραγγελῶν* haberi potest, ac pro *παραγγέλλων*, salvo spatiolo isto ante λ relicto, quod facile etiam aliud quid innuere posse videtur, quam omissum alterum λ. *Schmiederus* tamen edidit *παραγγέλλων*· *Poppo* antiquam lectionem retinuit. Lehm.

Pag. 35. l. 4. *Ἐρῶν αὐτῆς; εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία*) Male ordinatae sunt personae. Denuntiat nempe Mercurius Soli Jovis nomine, ut in tres dies solitum equorum cursum

sistat; opus namque Jovi esse tempus trinoctium. Rogat Sol Mercurium, ubi Jupiter sit, vel unde ipse missus veniat. *Ex Boeotia*, inquit ille, *venio ab uxore Amphitryonis, quacum Jupiter concumbit, amore ejus captus. Et una nox non sufficit?* subjicit ille. Patet τὰ, ἐρῶν αὐτῆς, pertinere ad verba Mercurii, atque ita digerendas esse personas: *EP.* *Ἐκ Βοιωτίας, ὦ Ἥλιε, παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ᾗ σύνεστιν, ἐρῶν αὐτῆς. ΗΛ. Εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία;* Jens. Nihil mutandum censeo. Non ignarus Sol, quam proclivis in amorem esset Jupiter, statim ac cum femina eum esse audisset exclamat, *Amans! Scilicet.* Frigebit, si Mercurio tribuatur. Solan. Par frigus ab utraque parte. Sive verba ἐρῶν αὐτῆς pro additamento Mercurii, sive pro Solis interrogatione habeas, utrumque fatuum videri debet, quum ex iis, quae Mercurius modo dixerat, plena verbi συνεῖναι potestas non minus manifesto patere potuerit, quam in illis Promethei ad Jovem Dial. I, 2. *Παρὰ τὴν Θέτιν, (βαδίζεις) συνεσόμενος αὐτῇ.* Accedit codd. et editt. dissensio, quae et ipsa originem istarum vocum suspectam reddit. Nam tribus codd. confirmatur sane *Jensii* sententia, quam et recentiores editores, *Seyboldus*, *Schmiederus* et *Poppo* secuti sunt. Cui ne justo minus pretii statuisse viderer, eodem loco verba ista, quo voluerat *Jensius*, sed ut suspecta, ponenda ducebam. Lehm.

Ead. l. 10. *Αὐτοὶ*) L. et ed. *J.* *μόνοι.* Sed glossema pro ipso vocabulo rariore, ut fere fit, in ipsum textum receptum est. V. Asin. c. 34. et de Salt. c. 4. *Xenoph.* ed. St. p. 130. 33. ubi delendum *μή*· et *Plat.* ed. Bas. p. 142. B. Solan. Consueta loquendi formula *αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, soli sumus et sine arbitris,* qua tum potissimum utuntur, si quis liberius quiddam, quod alios, si adsint, possit offendere, sit dicturus. Vid. *Aristoph.* Acharn. v. 503. Thesmoph. v. 479. *Plato* de LL. VIII. p. 910. E. *Philostr.* V. A. T. VI. p. 271. *Μεταστησάμενος δὲ ὁ Τίτος τοὺς παρόντας, αὐτοὶ, εἶπεν, ὦ Τυανεῦ, γεγόναμεν·* de V. S. II. p. 618. v. 36. *πεύσῃ ἐπειδὴ αὐτοὶ γενώμεθα.* *Αὐτὸς* pro *solus, sejunctus ab aliis,* etsi satis sit usitatum, est tamen, ubi fefellerit interpretes. *Theocr.* Eid. IV, 15.

— *αὐτὰ λέλειπται*
Τῷστεα —;

XXVI, 2. — *αὐταὶ ἐοῖσαι, solae, sine virorum comitatu:* hoc si *D. Heinsio*, quod alioqui satis sciebat, fuisset in promtu, verissimam lectionem non ivisset mutatum Eid. XVIII, 12. *Philostr.* de V. S. II. p. 604. v. 12. *ἐκαθήμεθα ἐσκληθέντες οἱ*

μὲν παῖδες καὶ οἱ παιδαγωγοὶ μέσοι, τὰ μειράκια δὲ αὐτοί. Ita sumendum in Nigr. §. 18. *αὐτῇ φιλοσοφία.* Non aliter apud Latinos *ipse. Serv.* ad Aen. VIII, 682. *apud Actium Antonium et Cleopatram navali certamine prope ipse* (Agrippa) *superavit.* Vid. *J. Fr. Gronov.* de Cent. et Unc. Us. *'Αντεξηγ.* II. p. 513. *C. A. Dukerum* ad *Thucyd.* III, 65. V, 60. Hemst. *Αὐτὸς, solus, excepto quovis alio*, frequentissimum etiam apud nostrum scriptorem. Somn. §. 9. *αὐτὸ μόνον, ἐργάτης* etc. *solum illud*, operarius etc. Supra Dial. II, extr. *ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἀφίημί σε, sub hac sola conditione.* Diall. Mortt. XX, 5. *καὶ τά γε σχήματα αὐτὰ, — εἰ θεάσαιτό τις*, et habitum quidem *solum*, — si quis spectaverit. Char. c. 10. *τὸ πορθμεῖον αὐτό.* Ibid. c. 6. *ἐβουλόμην δὲ οὐ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνα ὁρᾶν.* E quibus exemplis, quorum etiam plura in Indice adferentur, patet simul, nunc addi *μόνος*, nunc omitti. Vid. singularem illam *Hermanni* dissertationem de Pronomine *αὐτὸς*, quae reperitur in Actis Seminarii regii et Soc. Philol. Lips. Vol. I. p. 42. sq. Notabile est, nostrates vice versa in vulgari sermone verbo *allein* uti pro *selbst.* E. g. ubi dicas ad aliquem, qui opem suam tibi obtulerit: Das will ich schon allein ausführen, et dicere velis, te *ipsum* hoc esse facturum, non adjutum aliorum auxilio. Lehm.

Ead. l. 11. *Παρὰ*) Mendose hic in plerisque *περί. Fl. J. S.* et *A.* recte *παρά.* V. Bis Acc. c. 37. *μηδὲ μίαν νύκτα ἀπόκοιτος γιγνόμενος παρ' ἡμῶν.* Diall. Merr. X. absque praepositione usurpat *ἀπόκοιτος.* Solan.

Ead. l. 12. *'Εκοιμᾶτο*) *Κοιμᾶσθαι, συνεῖναι, κοινωνεῖν, καθεύδειν*, verba, quibus utitur pro Latino *solere.* Bourd. *Ἂν ἐκοιμᾶτο* qui mirum habere potuerit *Popponem* adeo, ut etiam spuria ei videretur probissima particula, in hoc paene moroso alienorum errorum censore et castigatore vix intelligas. Non enim est *dormiret*, sed absolutum illud Imperfectum ea significatione, quam postea idem *Poppo* ex *Matthiae* Grammatica Gr. p. 881. didicit, ut ex Indice ejus s. *ἂν* patere videtur. Ex *Nostro* sufficiant haec: Somn. c. 2. *ὁπότε γὰρ ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, ἢ βόας, — — ἀνέπλαττων, fingere solebam*, e quo exemplo simul disci potest, particulae *ἂν* post ipsum Participium *ἀπολιπὼν* suum esse locum. Nigrin. c. 4. ibique adnotata. Necyom. c. 7. et 12. Quid multa? Vid. *Hermann.* ad *Viger.* p. 785. ed. 1. Lehm.

Pag. 36. l. 4. *Μὲν οὖσαν*) Male Angl. *μένουσαν.* Nullus enim sensus esset. Bourd. *Μένουσαν* duce Angl. Cod. et auctoritate P. L. et ed. J. accedente, correximus. In re-

liquis omnibus legitur μὲν οὖσαν· quod vel sine ulla auctoritate illico mutandum fuerat. SOLAN.

Ead. l. 11. Ἀπέστειλε) Scribe ex Ms. ἅπερ ὁ Ζεὺς ἐπέστειλε, *quae Jupiter mihi mandavit.* GRAEV. Genuina lectio ἐπέστειλε, quam praeter Ms. Gr. habent etiam L. et ed. J. vulgatae ἀπ — mendose. SOLAN. Idem mendum hactenus occupat *Lysidis* Epistolam in fine: φαντὶ δὲ ὅτι καὶ Δαμὼ θνάσκοισα Βισταλίᾳ τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἀπέστειλεν· lege ἐπέστειλεν· ἐπιστέλλειν ἐπιστολὴν, quod paullo ante ἐπισκάπτειν ἐπίσκαψιν. Ἐπιστολαὶ, ἐντολαὶ, ἐπιταγαὶ, *Hesych.* Vid. *Stanl.* ad *Aeschyl.* P. V. v. 3. HEMST. Mox τὸν δὲ Ὕπνον haud dubie de eadem persona intelligendum, de qua antea, atque tum minus recte per minorem initialem hucusque scriptum. Quod autem *Seyboldo* vox ὕπνον omnino spuria est visa, non meminit illorum locorum, quae bene multa sunt apud *Nostrum* quidem, ubi in altero membro partitivo nomen ipsum additur, etiamsi id alias haud difficulter ex antecedentibus repeti possit. Proxima quaedam exempla Dial. XII, 1. ἡ μὲν, ὀλολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ· οἱ Κορύβαντες δὲ, ubi notandum, Corybantes paullo ante commemoratos fuisse. XVI, 1. οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν — — ὁ δ' Ἀπόλλων etc. LEHM.

Pag. 37. l. 6. Τὸ ζεῦγος] Nimirum Lunae ac Nocti pariter ac Soli et Aurorae tribuebat veterum phantasia proprium cuique currum, et curriculum coeli. Hanc imaginem deprehendas e. g. *Virg.* Aen. VIII, 407. *Ovid.* Fast. IV, 374. sq. In sqq. ἐπ' αὐτὸν aptius et pulchrius, quam παρ' αὐτὸν, quod *Matthiae*, nescio, quam ob caussam — nam nihil ipse de hac mutatione adnotavit — in textum recepit, haud dubie tamen e cod. Par. 2956. Etiam infra legimus κατάγων — ἐπὶ τὸ Ἀσσυρ. μειρ. in re simillima. LEHM.

Ead. l. 11. Ἐμὲ γοῦν αὐτοῦ τὴν μητέρα) *Aristaen.* I. Ep. 8. καὶ τὴν ἑαυτῶν ἔτρωσαν ἐκεῖνοι μητέρα. ibi vide *Jos. Mercer.* HEMST. Αὐτὴν τὴν μητέρα placuit cum *Matthiaeio* recipere e cod. 2956. Est autem αὐτὴν vox h. l. magnae gravitatis, et αὐτοῦ sic omissum, ut in seq. dial. §. 1. in verbis: ἃ μὲν γὰρ ἐς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις. Ἐμὲ γοῦν αὐτὴν autem quasi Tmesin olim dixi, et etiamnum dicam, quia vulgare ἐμαυτὴν interjecto γοῦν quasi dissectum adparet, non secus atque illud in Charon. §. 2. σὲ δὲ καὶ αὐτὸν pro σαυτὸν δὲ καί. *Quasi* Tmesin dicebam, quod per se singulares voces sunt ἐμὲ et αὐτήν. Quid in his incredibile repererit *Poppo*, nondum conjeci. Ceterum res est pusilla. LEHM.

Ead. l. 13. Τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον) Τὸν Ἄδωνιν. Guyet. Hic Assyrius est pro Syro: verba haec saepe miscent veteres; quod fecit in hac ipsa re *Bion*, cujus vide luctum Adonidis in Eid. I. Cler. Perquam eleganter *Alciphr.* I. Ep. 39. σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες, μήπου καταλειφθέντα αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τῆς Ἀφροδίτης ἡ Περσεφόνη παραλάβῃ· ibi *Berglerus* opportune hunc *Luciani* locum adnotavit. Vid. *Orphei* Hymn. LV. Hemst. Cum *Bionis* Idyllio I. conferendum *Theocriti* XXX. et *Ovid.* Met. X, 295. sq. Lehm.

Ead. l. 15. Ἐξ ἡμισείας) V. *Theocr. Scholiasten. Barthius* Adv. pag. 124. laudat *Bionis* Idyll. I. v. 54. Proserpinae fabulam tangit *Ovid.* Met. X, 519. Solan.

Pag. 38. l. 2. Τὰς πυγὰς τῷ σανδ.) Sic Dial. Jovis, Herc. et Aesc. Dixerunt ad illud *Pers.*

— *Solea puer objurgabere rubra.* Bourd.

Ead. l. 7. Ὑποβαλλόμενος) P. et L. pro ἐπιβ. Solan. Ἐπιβαλλόμενος defendi poterat: sed commodius esse, quod dedimus, nemo facile diffitebitur. *Noster* alibi, πορφυρίδας ὑποβεβλημένος. *Theocrit.* Eid. XXVII, 53.

Ἀλλ' ὑπὸ σοὺς πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἤνιδε βάλλω.

Hemst.

Ead. l. 9. Ἐπικεκλασμένη) Sic de Merc. Cond. c. 3. *laxa cervix*, *Pers.* sic ὄμμα κεκλασμένον. Bourd.

Ead. l. 13. Οἶσθα· τί ἂν οὖν) Nullae edd. post οἶσθα distinctionem habent, nisi quod in *V.* 2. ἐκταραχθείη, οἶσθα, τί ἂν οὖν etc. Tantilla res interpretibus errandi fuit caussa. Hemst. Est Aposiopesis, facile intellecta Veneri, rerum venerearum peritae, ut ipsa innuit Selene, addito οἶσθα, quod non cum *Seyboldo* interrogative sumendum, sed sic intelligendum: *bene haec nosti: quid igitur reliqua tibi dicam?* Ad *Ovidianam* rationem: *cetera quis nescit?* ut recte idem *Seyboldus* observat. Ceterum qui olim Ἔρωτος scripseram, meas quasdam rationes secutus, nunc monitus a *Poppone*, cum vulgo facile rescripsi ἔρωτος, *prae amore pereo.* Lehm.

Pag. 39. l. 11. Καθαιρεῖς) Dixi ad *Petron.* Cl. *Casaubon.* ad *Theophr.* Bourd.

Ead. l. 13. Ἐς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις) Migrare *Lucianum* illam Grammaticorum legem, quae discrimen ponit inter ὑβρίζειν τινὰ et εἴς τινα, *Kusterus* observat ad *Aristoph.* Plut. v. 900. Dicemus ad Soloec. c. 10. Par est Veneris de filio Cupidine querela in *Apollon. Rh.* Argon. III, 94. ubi plura sunt, quae cum *Lucianeis* componi merentur. Hemst.

Ead. l. 15. Ῥέαν) *Opem* vertit *Lactantius*, quem vide I,

13. Eadem et *Cybele* audit et *Mater Deûm* et *Berecynthia.* V. *Julian.* Or. V. et *Sallust.* in libro de Diis c. 4. Solan.

Pag. 40. l. 3. *Ἄττη*) De nomine hujus non adeo consentiunt auctores. Ab *Ovidio* et *Catullo* vocatur *Atys. Diod. Sic.* III. eum vocat *Ἄττιν.* Apud *Macrobium* Sat. I, 21. legas *Attinis* et *Attinem*, quasi a nominativo *Ἄττις*, vel *Ἄττιν. Lucianus* neminem, quod scimus, secutus, nominat eum *Ἄττην*· nisi fortasse idem etiam sit ille, cujus meminit sub eodem nomine in Achaicis *Pausanias.* Leed. In varia abeunt Codd. *Ἄττης* hic in omnibus. At mox *Fl.* rectius *Ἄττι*, uti recte etiam in Icar. c. 27. in omnibus legitur, quanquam et ibi O. *Ἄττην* habet. Solan. Rectior forma videtur *Ἄττης* esse, quamquam etiam h. l. in cod 2946. reperitur *Ἄττει.* Certe Analogia aliorum similium nominum Phrygiorum et Lydiorum, de quibus minor potest esse dubitatio, ut *Σαδυάττης*, *Ἀλυάττης*, e. a. hanc scripturam non parum commendat. Quamquam et ipse *Herodotus*, qui illa nomina usurpat, Lydorum regem primum fuisse narrat *Ἄτυν*, non *Ἄττην*, Lib. I. c. 7. Cf. paullo inferius *Hemst.* doctissimam adnotationem. De re laudat *Poppo H. Werthesii* Commentationem: Über den Atys des Catull. Münst. 1774. Scripsit etiam *Laur. Pignorius* Dissertationem: Magnae Deorum Matris Idaeae et Attidis initia, insertam illam *J. Gronovii* Thesauro Antiqq. Graec. T. VII. p. 510 sq. Lehm.

Ibid. *Οἱ Κορύβαντες*) Dixerunt ad *Claudian.* I. de Rapt. Proserp. Bourd.

Ead. l. 4. *Πῆχυν*) *Erasmus* vertens, *penem ense desecat*, in errorem ridiculum traxit *Benedictum* et alios: melius huic locutioni consultum in Dea Syr. §. 50. *τάμνονταί τε τοὺς πήχεας.* Cybeles et Bellonae sacrorum erat pars, ut Galli et Bellonarii brachia sibi cultris aut securiculis cruentarent. *Propert.* II. El. 18.

Cur aliquis sacris laniat sua brachia cultris?

Vid. *Maneth.* I, 244. V, 179. *Senec* de Vit. Beat. c. 27. Plura suppeditabit, si quis in re nota desideret, *N. Heins.* ad *Valer. Flacc.* III, 234. Hemst. Mox praeeuntibus edd. Arg., Lips. et *Popp.* scripsi *ἵεται*, non, ut vulgo legitur, *ἴεται.* Requiritur enim *impetu fertur*, quod *ἵεται* significat; *ἴεται* autem foret *cupit*, *desiderat.* Sic praecipiunt saltem veteres Grammatici. *Phavor.* *Ἵεμαι, τὸ πορεύομαι λέγομεν. Ἱέμενοι, ἐπιθυμοῦντες, προθυμούμενοι.* Alibi *idem*: *Ἱέμενοι, πορευόμενοι, ἀπὸ τοῦ ἵημι.* *Etymol. M.* *Ἵεντο, προεθυμοῦντο, ἀπὸ τοῦ ἵημι — ἐπὶ δὲ τοῦ πορεύομαι, ψιλοῦται κ. τ. λ.* *Suid.* *Ἱέμενοι, ἐπιθυμοῦντες, προθυμούμενοι. Ἱέμην, ἐπορευόμην.*

Sed alibi *idem*: ἴεται, προθυμεῖται, πορεύεται, quae vitio laborare aperto, notavit etiam *Aem. Portus*. *Hesych.* Ἵεμαι, προθυμοῦμαι, βούλομαι, ὁρμῶ. Ἵεται, βαδίζει. προθυμεῖται. πορεύεται. θέλει. ἐπείγεται. ὁρμᾶται. Quae et ipsa emendatione egere, facile vidit *Alberti*. Sic rem, ut certam et exploratam, etiam *H. Stephanus* proponit Thes. T. I. p. 1654. C. D. et p. 1935. H. Quae si certa sunt, ἴεσθαι sane non potest non pro Medio verbi ἵημι, h. e εἶμι, haberi Vid. *Fischer*. Animadvv. ad *Weller*. Vol. II. p. 508. In *Xenophontis* certe libris satis constanter scribi ἴεσθαι, ubi potestati *impetu ferri* locus sit, non pauca testantur exempla, quae vid. in *Sturz*. Lexic. Xen. s. v. In aliis variatio aliqua, quae facile fieri potest, ut potius librariorum incuriae, quam auctorum ipsorum negligentiae sit tribuenda. Apud *Nostrum* denique in Luc. s. Asin. c. 40. sine variatione legimus ἵεμαι δρόμῳ εἴσω. Unde jam non temere etiam h. l. in hunc modum scripsisse videbimur. Lehm.

Ead. l. 5. *Αὐλεῖ τῷ κέρατι*) Antequam Pronomus invenisset αὐλοὺς εἰς ἅπαν ἁρμονίας ἔχοντας ἐπιτηδείως, triplex tibiarum fuit genus, Doriae, Lydiae, Phrygiae, ut ostendit *Pausan*. IX. p. 734. 735. Phrygiis sive τοῖς Ἐλύμοις, quarum in sacris Rheae usus erat praecipuus, additum fuit κέρας ἀνανεῦον, *aduncum cornu et reflexum*, teste *Poll*. IV, 74. *Athenaeus* itidem exponens Ionis illud, ἐκτύπουν ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ, οὕτω λέγων, inquit, τῷ Φρυγίῳ· βαρὺς γὰρ οὗτος, παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι. IV. p. 185. A. Scio, nihil absurdi commissurum, qui τρέχοντα ῥυθμὸν exposuerit, *concitos, incitatos modos*: praeterea, sic digeri posse poëtae verba in jambos, ut per metri legem τρέχοντι ῥυθμῷ sollicitare non sit integrum: verum, quandoquidem in laceris reliquiis, praesertim brevissimis, ratio versuum constituendorum admodum est lubrica, vix eripi mihi patiar, quin legendum putem τρήχοντι ῥυθμῷ, insolentiore quidem vocabulo, sed cui fulcrum supponit *Nicander* a *Stephano* etiam indicatus Ther. v. 521. τρήχοντι πάγῳ· quo nihil est aptius ad inconditum illum tibiae Phrygiae et gravem sonum significandum, quem adglutinatum cornu exasperabat. *Κερασφόρον αὐλὸν* dixit *Aristid. Quinctil*. III. p. 147. qui Lunae fuerit ob figuram falcatam consecratus: καὶ τὸν κερασφόρον αὐλὸν ἀνῆψαν αὐτῇ (σελήνῃ) τῷ μηνοειδεῖ τοῦ σχήματος παραπλήσιον ὄντα, καὶ βαρύτατον ἐπίσης προσλαμβανομένῳ κατὰ τὴν ἐκφώνησιν· προσλαμβανόμενον autem οἱ νεώτεροι τόνῳ διαφέροντα τῆς ὑπάτης ἐπὶ τὸ βαρὺ ἔταξαν, ut *Plutarchus* ait de Anim. Procr.

p. 1029. B. verum ex rei Musicae scriptoribus ista possunt adcuratius cognosci. Hinc manifestum est, cur tibiam Berecynthiam vel Phrygiam adpellarint κέρας sive *cornu*: Latini quidem frequentissime. *Seneca* Troad. v. 781. *Revocante flexo concitos cornu modos.* Interea dum quis explanandum suscipiat, quid sit *revocare modos*, legerim equidem *reboante*; quod quam proclivi lapsu depravari potuerit in *revoante*, *revocante*, obscurum non est. *Lucret.* IV, 549.

Aut reboant raucum retrocita cornua bombum:

ubi *retrocita* non intelligo, quod voluerunt, *ultro citroque ducta*, nonnullis etiam pejus interpretantibus de tuba. sed *ἀνανεύοντα, curvata, retro flexa.* Ejusmodi veterum explicatio ad marginem olim adscripta peperit, ut mihi quidem videtur, hujus versiculi scripturam in quibusdam Codd. et edd. adulteratam,

Et reflexa retro dant cornua barbara bombum.

Quae conatus est *Is. Vossius* ad *Catull* p. 228 haud scio an alios, me certe adstipulatorem non habent. Haec non parum valent ad firmanda, quae scripsit *J. Fr. Gronovius* Obs. I. c. 17. ad finem. *Apul.* de Deo Socr. p. 49. *Aegyptia numina ferme* (gaudent) *plangoribus, Graeca plerumque choreis, Barbara autem strepitu cymbalistarum et tympanistarum et choraularum. Ceraularum* a *Salmasio* restitutum Pl. Ex. p. 87. A. verissime, ut collatus hic ipse *Luciani* locus evincit. Hemst. De tibiis Collectanea reperiuntur *J. Meursii* Filii in *J. Gronov.* Thes. Antiqq. Grr. T. VIII. p. 2449. sq. Lehm.

Ead. l. 6. *Τυμπάνῳ*) Tympanum intelligendum minus, quod manibus a saltantibus pulsabatur, cujus sonus voce *βόμβος* recte exprimitur. Cymbalum vero fuit instrumentum constans duobus hemisphaeriis aeneis et concavis, quae collidebantur, et quorum sonitus voce *κτύπος* commode describitur. Vide de Cymbalo dicta in Additam. ad Adnot. *Henr. Hammondi* 1. *Corinth.* XIII, 1. Cler.

Ead. l. 7. *Δέδια τοίνυν ἅπαντα*) Mirum, si hic nihil est otiose positum, et plane *κίβδηλον*. Mea quidem sententia scripserat *Lucianus*, *δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο*, mediaque illa, *ἅπαντα δέδια*, pro spuriis habeo, quae mala manus temere ex praecedentibus repetierit. Jens. *Δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο*, vel, si mavis, *τι τοιοῦτο*, ejectis, quae sensum inutiliter onerant, legendum esse *J. Jensio* prorsus adsentior. *Ἀπομαίνεσθαι* notat *H. Steph.* in Thes. T. II. p. 769. *aliquando capi pro simplici μαίνεσθαι, et significare*, furere, insanire, *vel*, vehementer insanire, vehementi furore esse percitum: quemadmodum in hoc *Luciani* loco *ἀπομανεῖσα*, *furore perci-*

ta, ἐμμανεῖσα. Secutus est eam rationem *Guyetus*; et merito quidem: argutius enim dicit Venus, *metuo equidem, ne plane in furorem versa Rhea, aut magis etiam sui compos sanaeque menti restituta, te discerpi jubeat a Corybantibus,* quam si contra orationis ordinem invertat. Ἐν αὐτῇ scribas, an ἐν αὑτῇ vel ἑαυτῇ, nihil interest; haec enim frequentissime commutantur. Praeterea languidum illud et male conglutinatum, ταῦτα δέδια κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα, vix fero: quanto rotundius, et Venere, ni fallor, dignius exibit, ταῦτα νὴ Δία, κινδυνεύοντά σε ὁρῶ. HEMST.

Ead. l. 8. Ἀπομανεῖσα) Id est, μανεῖσα. GUYET.

Ead. l. 9. Ἐν αὐτῇ) Ἐν αὐτῇ, id est, ἐν ἑαυτῇ, *sana.* GUYET.

Ibid. Κελεύσῃ τοὺς Κορύβαντας etc.) Queritur hic Venus cum Cupidine suo, quod ille non modo pro lubitu agat cum hominibus, sed et cum Deis; quin quod ipsam quoque Rheam vetulam fecerit παιδεραστεῖν, et amore insanientem cum insanientibus Corybantibus discurrere. Propterea ait, se vereri, ne Rhea, ubi tandem mentem a furore collegerit, vel potius dum in eo furore persistat, immittat in eum Corybantes, a quibus discerpatur. Hunc praecedentium, eorumque, quae posui, verborum sensum esse puto; atque adeo videri possit excidisse τὸ, μανίᾳ, ut sit, ἔτι ἐν αὐτῇ μανίᾳ οὖσα. At ubi diligentius verba considero, est elegans ellipsis τοῦ, μανίᾳ, quae vox ex cognato verbo praecedente ἀπομανεῖσα relinquitur subaudienda; plane uti in Toxaride c. 10. Καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παράσχηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται καὶ τὴν αὑτοῦ ἀνακηρύξει, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος. Et hic subaudiendum νίκην· quasi esset, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται καὶ τὴν αὑτοῦ νίκην ἀνακηρύξει. *Ac quicunque in iis superior sit, ac meliores exhibuerit amicos, ipse victor erit pariter, ac suam praedicabit palam victoriam, pulcherrimo et gravissimo creto certamine.* Pari ratione vox ὄνομα eleganter supprimitur apud *Euripidem* in Phoenissis v. 11. Καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με· τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο. h. e. τοῦτο γὰρ ὄνομα πατὴρ ἔθετο· *id enim nominis pater imposuit.* Ita apud *Lucianum* in Vera Hist. lib. I. c. 36. et c. 10. in Gallo, τοῦτο ἐκαλεῖτο· h. e. *hoc nomine adpellabatur.* ita et *Theocriti Scholiastes* ad Eid. 13. loquens de Argo navi, ait, τοῦτο γὰρ ἡ ναῦς ὠνομάζετο, h. e. ὄνομα. Deprehendo apud Latinos ipsum *Livium* eadem hac ellipsi utentem, dum de Gallograecis ita facit quempiam loqui XXXVIII, 17. *Hi jam degeneres sunt; mixti, et Gallograeci vere, quod adpellantur.* alii forte aliter,

at ego quidem id exposuerim, *quod nomen*, h. e. *quantum ad quod nomen.* Sed ellipsis haec est multo, quam plena oratio, mollior. Jens. Unice recte *Jensius* in utroque loco statuit. In priori si etiam ἐστὶ post ἅπαντα deleveris, quod certe otiosum est et nescio quid jejuni habet, manifestum fit librarii vitium, qui praepropere verbis *ΑΠΑΝΤΑ ΔΕΔΙΑ* bis descriptis ansam praebuerit loco corrumpendo. Possis quidem cum *Bremero* ad curam illam maternam confugere, quae repetita voce δέδια significanter et apte exprimi videatur. At h. l. cum solicitudine matris simul conjuncta est ejusdem indignatio materna, qua adfecta deinceps verbis ἦ τὸ μέγα σὲ κακὸν τεκοῦσα cum vehementia quadam filium increpat. Cum qua collata repetitio ista nescio an fucati potius et fastidiosi, quam simplicis et grati, sermonis esse videatur. Neque adeo facit huc aliquid ceteroquin haud absimilis locus *Terentii* Heaut. I, 2, 15. *Timet omnia, patris iram, et animum amicae, se erga ut sit, suae.* Faceret autem aliquid, si Clitipho ibi sic loqueretur, vel potius garriret: *Timet omnia, timet tale quid, ne pater irascatur* etc. Neque tamen in fine hujus solicitae increpationis maternae cum *Hemsterhusio* quidquam in verbis: ταῦτα δέδια κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα mutari velim, dum certiora corruptelae vestigia monstrentur. Quamquam judicii *Hemsterhusiani* acumen et elegantiam, ut par est, revereor. Explica: *Haec timeo pericula, in quibus te video versantem.* Brevitas orationis, quam adfectus matris traxit, ταῦτα ad utrumque referri jubet, ad δέδια pariter atque ad κινδυνεύοντα. De verbo ἀπομαίνεσθαι interpretando insignis error ab *H. Stephano* per *Hemsterhusium* ad recentissimos usque Lexicographos propagatus. Quodsi ἀπομαίνεσθαι h. l. esset *furore percitum esse*, i. qd. ἐκμαίνεσθαι, dixisset haud dubie Venus ἀπομαινομένη, non ἀπομανεῖσα. Nam modo in antecedd. locuta erat Venus de hac ipsa Rheae insania. Imo alia, eaque contraria, Rheae conditio cogitari debet, quod vel ipse Aoristus significat, et in sqq. particula ἔτι. Verte itaque: *metuo, ne, si quando resipuerit, vel potius, si adhuc insanire pergat*, etc. Nam ad vocem αὐτῇ recte *Jensius* ex antecedenti ἀπομανεῖσα nomen μανία intelligit. Iis exemplis, quae idem interpres partim non satis apta laudat, addi poterunt haec: Supra Dial. VI, 3. ἀλλ' ἡμεῖς τούτων αἴτιοι, καὶ πέρα τοῦ μετρίου φιλάνθρωποι, οἵ γε καὶ συμπότας αὐτοὺς (τοὺς ἀνθρώπους e voce φιλάνθρωποι intellige) ἐποιησάμεθα. Ibid. in fine dial. δίκην διδοὺς οὐ τοῦ ἔρωτος (οὐ γὰρ δὴ δεινὸν τοῦτό γε, i. e. τὸ ἐρᾷν, eliciendum illud e voce ἔρωτος) ἀλλὰ τῆς μεγ. Nigrin. Epist. in

παρ' αὐτοῖς referendum ad antecedens *'Αθήνας*. Diall. Mortt. XII, 4. *ὑπ' αὐτῶν*, intellige *Ἑλλήνων* ex praeced. *Ἑλλάδα*. Et sic saepius. Lehm.

Ead. l. 16. *Αὐτὴ — ἐκείνη*) V. *Liv.* I, 19. 58. II, 28. III, 10. ubi his similia invenies. Solan.

Pag. 41. l. 1. *Ὅλη*) Tota: ut, *totus in armis, totus venisti. Petron.* Bourd. *Horat.* Sat. I, 9, 2. — *totus in illis* (nugis). Lehm.

Ibid. *'Εν τῷ Ἄττη*) *Ἄττι Flor.* supra tamen *Ἄττη*· satis adparet, *Ἄττι* esse natum ex vitio scripti Codicis, unde haec editio fuit expressa. An *Ἄττι* usquam reperiatur, ignoro: nam ab *Ἄττις* frequentissime solent *Ἄττιδος*, *Ἄττιδι*· nunquam aliter in oratione quinta *Juliani Phot.* Ep. 49. *Τῷ Ἄττιδι μέν σε ἀναφέρουσι, Γάλλον καλοῦντες οἱ παρ' Ἕλλησι σοφισταί. Ἄττης* non minus usitatum: de Dea *Syr.* §. 15. *Festus Diaconi* in *Italia. Nicand* Alexiph. v. 8. — *ὀργαστήριον Ἄττεω*· ubi vide *Schol. Plutarch* 'Ερωτ. p. 756. C. *Ἄτται καὶ 'Αδωναῖοι*. neque aliter *Pausan.* VII. p. 566. ad quem *Sylburgius* de varia vocis scriptura nonnihil notat, *Damasc.* apud *Phot.* p. 561. Laconibus eam formam *Hesychius* ut propriam videtur adsignare. Adde *J. Scaligerum* ad *Catulli* Atyn vel Attinem, *H. Stephan.* Ind. Thes. in *Ἄτυης*, *Salmas.* ad *Solin.* p. 37. Quod sequitur statim, *ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφιεσθε τῶν καλῶν*, meo sensu non optime concordat cum adjuncto *μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων*. Parvo isti veteratori, si modo rationes recte colligere censeatur, sic fuerat argumentandum: *At quid ego mali committo, si ostendam pulchra, qualia sunt? ceterum vosmet ipsae utique desiderio tenemini pulchrorum: ne me ergo reum peragatis illius criminis.* Mens ea levissima mutatione *Luciano* restitui potest: *ὑμεῖς δὲ μὴν*, sive potius, *ὑμεῖς γε μὴν ἐφίεσθε τῶν καλῶν*. Hemst. Non opus est, modo *ἐφίεσθε* pro Imperativo capias. Continet scilicet hic venustissimus locus abruptas pueri versutissimi sententias, quarum nexus sic intelligendus: *Atqui quid ego delinquo, monstrans ea, quae pulchra sunt, qualia sunt? Vos vero* (i. e. qui amatis, Dii Deaeque) *ne concupiscite pulchra*, abstinete vos modo cupiditate eorum, quae pulchra sunt: quod quum non faciatis, *ne* (*itaque*) *culpam in me conferte. An cupis tu, mater, non amplius amare* etc. Haec postrema dicit puer, ut maligne ipsam matrem vehementioris illius cupiditatis arguat, quam non ipsius sit sedare. Imperativus itaque ille prohibitivus *μὴ ἐφίεσθε* oblique hanc adfirmativam sententiam exprimit: vos vero cupidius pulchra quaevis adpetitis, neque adeo in me hujus rei culpam transferre

debetis. Consentiunt *Bremerus* et *Peppe*. De nomine *Attae* cf. supra adnot. meam. Lehm.

Pag. 42. l. 1. Φαρμακέα) Interpretatus sum ad *Petron.* *Pharmace responde:* sic Diall. XX. c. 10. Bourd.

Ibid. Προκατακλίνεσθαί μου) Interpres habet, *priorem adcumbere*, quasi ad tempus referatur. Malim de loco intelligere, et vertere, *supra me adcumbere*. Postea idem interpres vertit, *priore loco adcumbere:* dicendum fuit, *superiore*. Cler.

Ead. l. 4. Ὦ ἐμβρόντητε) Acumen habet duplex vocabuli potestas involuta: vide, quae notavimus ad Tim. §. 1. Aesculapius naturae leges violavit, atque adeo fecit ἃ μὴ θέμις, quando mortuos in vitam revocabat. Ingens beneficium in quos fuerit collatum, nam alii veterum alios ediderunt, refert *Apollod.* III. p. 213. et *Schol. Euripid.* ad Alc. v. 2. ex quo maculas aliquot eruditis viris vel ignoratas, vel contemtas, eluere non ab re fuerit: apud eum ergo scribe ἀνέστησε, pro ἀνέστη, τοὺς Φινείδας pro τὰς φονίσας, aut, quod prave reposuit *Barnesius*, τὰς Φοινίσσας· τὰς Προίτου θυγατέρας pro τὰς Κροίσου θ. quas emendationes facile praestabunt *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. p. 271. et *Schol. Pindar.* ad Pyth. III, 96. Inter hos Tyndareus adnumeratur, auctore *Panyasi:* quod cum *Schottum* praeteriret, male versatus fuit in explicando *Zenobio* C. I. n. 47. Vide *Suidam* in Ἀναβιῶναι et Αἴσωπος. Aesculapii munere novissimus Hippolytus in Dianae gratiam revixit: quod temerarium facinus tam indigne tulit Jupiter, Deorum honores stupendae artis miraculo labefactatum iri metuens, ut fulmine vindicaret: neque tamen non haud diu post placatus, Apollinique deprecanti iram donans nepotem, ringente licet Momo, si *Luciano* credimus, in coelestium ordinem recepit, inque astris, quanquam hoc quidem inter Astronomos non plane constet, Ophiuchum vel Anguitenentem esse jussit. *Eratosth.* Catast. cap. VI. quem locum videtur designasse *Hygin.* in Poët. Astr. II. c. 14. Verum sive *Heraclitus* aliquis, sive quispiam alius de Incredib. c. 26. fabulosum illud fulmen Jovis, quo conflagravit Aesculapius, febriculam interpretatur, quam scilicet tantus medicus depellere non potuerit: ἰατρικὴν νικήσας καὶ ὑψώσας αὐτὸς ὑπὸ πυρετοῦ φλεχθεὶς ὤλετο. Quid spectaverit *Allatius*, illud ἰατρικὴν νικήσας vertens *celebrem in medicina*, neutiquam adsequor: mihi dubium non est, quin scribi debeat ἰατρικὴν ἀσκήσας· ut in *Apollod.* Bibl. III. p. 213. τὴν τέχνην ἀσκήσας ἐπὶ πολύ. p. 227. Oenone ἰατρικὴν καὶ μουσικὴν (forte μαντικὴν) ἤσκει. Mox οὔκουν

Graevii si fuerat a vetustis membranis aut editionibus traditum, nihil aliud utique desiderassemus: nunc *οὔκουν* cur ab hac sede, quam dudum obtinet, expellatur, nulla est caussa. Hemst.

Ead. l. 5. *Ἃ μὴ θέμις* etc.) Quia scilicet mortuum suscitaverat Hippolytum, a Jove fulmine percussus. V. de Saltat. cap. 45. et *Virgil.* Aen. VII, 761. Tangit iterum *Noster* de Mort. Peregr. c. 4. Solan.

Ead. l. 9. *Οὔκουν*) Videtur scribendum: *οὐκ οὖν ἴσα καὶ ὅμοια βεβίωται ἡμῖν; Ergone aequalia et similia sunt, quae a nobis gesta sunt in vita?* Graev. *Οὔκουν*) Sic supra. Infra Dialogo sequenti. Solan. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἐκκαθαίρων τὸν βίον*) Sic Vit. Auct. c. 18. quo loci Cynicae sectae Deus praeses Hercules. Bourd. Verbi *βεβίωται* elegantia non latuit Interpretes: hoc pacto *τὰ βεβιωμένα res in vita gestae* dicuntur ab *Aeschine* Ep. 7. *Μελανώπῳ δὲ οὐκ ἐπανελθὼν μόνον πρὸς ὑμᾶς νομίζω τοῖς βεβιωμένοις αὐτῷ πρέπουσαν ἀποδώσειν χάριν.* et *Eunapio* in Prooem. *τὰ πλεῖστα τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς.* Mox *ἐκκαθαίρων τὸν βίον, vitam*, id est, *illam hominum aetatem*, s. *homines illa aetate viventes expurgans*: hanc loquendi venustatem polite *Casaubonus* exposuit ad *Athen.* XV, 5. eruditissimi Viri observatis multa vel ex solo *Luciano* adjungi possent: ut in Fugit. c. 3. *τί, ὦ θύγατερ, δακρύεις; ἢ τί ἀπολιποῦσα τὸν βίον ἐλήλυθας; relicta vita* obscure *Benedictus*: melius dixisset: *relicta terra, et i[n]colentibus eam hominibus.* c. 5. *σὺ γὰρ κατιδὼν τὸν βίον ἀδικίας καὶ παρανομίας μεστόν.* c. 6. *ὁρμήσασα εἰς Ἰνδοὺς τοπρῶτον, ἔθνος μέγιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.* c. 23. *ἄπιτε ὡς τάχιστα εἰς τὸν βίον*, recte versum: *ad homines ite quam celerrime.* Haec ex uno libello adposui, cetera praeteriturus. Non aliter etiam *Longin.* Sect. 43. *τοσαύτη λογικῶν κοσμική τις ἐπέχει τὸν βίον ἀφορία·* ad quae commodum ex *Herodiano* locum notavit Doctiss. *Tollius.* Eleganter *Heraclides* Vit. Homer. p. 408. *ὁ δεισιδαίμων βίος* pro superstitiosis hominibus posuit, et p. 495. *αἱ ἐκνεμόμεναι τὸν ἀνθρώπινον βίον κακίαι.* *Basil.* V. Th. p. 58. *ἵνα γένωμαι τραγῳδία τῷ βίῳ.* Hymnus in Virtutem antiquus: *Ἀρετὰ πολύμοχθε βροτείῳ γένει, κάλλιστον θήραμα βίῳ· βρότειον γένος* et *βίος* comparia sunt: non autem simpliciter ipsos homines significat viventes, sed modum etiam vitae aliquando et consuetudines inter eos receptas: unde *εἰσηγήσασθαι τῷ βίῳ· in usum vitae humanae communem inferre:* *Euseb.* Praepar. Evangel. L. I. *εἶτα δὲ τὰς παρὰ πᾶσι βοωμένας θεοποιΐας τε καὶ θεογονίας ἐξηγήσασθαι τῷ βίῳ·* quibus adposite congruunt illa *Basilii* in Vita Theclae p. 32. *τελετὰς*

δὲ λέγω καὶ μυστήρια καὶ ζωοθυσίας καὶ ἀνδροκτονίας διὰ μύθων μὲν τινῶν καὶ λόγων εὐπρεπεστέρων ἐπειςκωμάσαντα τῷ βίῳ τούτῳ· παραδιδόναι τῷ ἑξῆς βίῳ, *posteris tradere*, in *Cinnamo* Histor. lib. I. *Heliodor.* ipsos latrones λῃστῶν βίον vocavit Aethiop. lib. I. διὸ καὶ συῤῥεῖ ἐπ' αὐτὴν (λίμνην) ὁ τοιοῦτος βίος· hinc explicare conatus sum obscuram apud *Pollucem* locutionem I. , 33. τελώνης κρείττων τοῦ βίου, *publicanorum vulgo et faece melior.* Jungi aliquando solet ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων· *Porphyr.* de Abstin. I, 27. πρῶτον μὲν τοίνυν ἰστέον, ὡς οὐ παντὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ὁ λόγος μου τὴν παραίνεσιν οἴσει, *non cujuscunque generis hominibus.* Ab hac autem eleganti locutione non abhorruerunt Romani, qui, si qua fieri potuit, Graecorum flores in hortulos detulerunt suos. *Lucret.* I, 64.

Humana ante oculos foede cum vita jaceret
In terris oppressa gravi sub relligione.

humana vita, ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος· *Phaedr. et prudenti vitam consilio monet*: hic jam ab eruditis hominibus notatum, qua debeat significatione sumi *vita*, pro ipsis scilicet hominibus: alias certe, me quidem judice, minus commode diceretur et Latine, *vitam monere consilio*, si proprie capias. *Plinius* etiam H. N. XXXVIII. c. 2. *In universum vero omnibus horis credit vita nec sentit:* ex hoc autem scriptore plura sunt a *Casaubono* collecta Audacius aliquanto *Caelius Aurelianus Siccensis omnem medicorum vitam* pro ipsis posuit Medicis: tandem *Propertius* lib. I. El. 2.

His tu semper eris nostrae gratissima vitae:

eum ad modum intelligi posse puto *Aelian.* V. H. I. c. 34. Ἅμα καὶ ἐγὼ, ὦ βασιλεῦ, τὸν βλάπτοντα τὴν ἐμὴν οἰκίαν καὶ τὸν τῶν ἀδελφῶν βίον, εἶπε, θεωρῶν ἀπολλύμενον· *ipsos fratres eorumque vivendi rationem.* Ἐκκαθαίρειν simili ratione de Hercule dixit *Synesius* in Epist. στέλλεται οὖν ἐπὶ πονηροὺς ἄνδρας τὸν Ἡράκλειον τρόπον ἐκκαθαίρων αὐτῶν τὴν πατρίδα. Hemst. I.

Ead. l. 12. Ῥιζοτόμος) Hujus nominis tragoediam fecit *Sophocles*, ex qua versus citat interp. *Apollon.* Convicium est in medicos, qui etiam, ut hic Aesculapius, Agyrtae dicuntur. Bourd. *Ciceronis* pro Cluent. c. 14. *pharmacopola circumforaneus* respondet huic ἀγύρτῃ. Lehm.

Pag. 43. l. 1. Ἐγκαύματα) Vide Notas ad D. Mar. XI. Hemst.

Ead. l. 2. Διεφθαρμένος τῷ σώματι) Apud *Th. Magistrum* legitur διεφθορὼς τὸ σῶμα. Cujus lectionis pars posterior τὸ σῶμα, perplacet; et omnino confirmatur a L. Cod. De priori dubito adhuc. Vide Vit. Auct. c. 12. et infra Deor. Dial. XVIII. ubi translate *mollem* significat. Hoc nihil ad rem,

inquies. Vide ergo Paras. cap. 8. ubi haec verba reperies: *τοὺς μὲν ξυντριβέντας, τοὺς δὲ καὶ πάμπαν διαφθαρέντας.* Aut peccasse dices *Lucianum*, aut hallucinatum bonum *Thomam Magist.* Solan. Credo veram esse *Thomae* lectionem in *Διέφθορεν*. Etiamsi *Lucianus* carpat illum usum τοῦ διέφθορα passivum in Soloec. §. 3. ipse tamen non veretur saepe discedere ab strictis Atticismi regulis, quas eo in libello, ut alium quendam irrideret, Sophistas et Grammaticos secutus fixerat. *Τὸ σῶμα* vero a male sedulis correctoribus non raro migrare jussum in *τῷ σώματι·* ista labes mentem corrupit sententiae Pythagoreae in *Jamblichi* Protr. c. II. p. 4. sic ibi legendum est ope Codicis Reinesiani: *βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ τὸ σῶμα, κτήσεως δὲ τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς.* *Arcerium* hic nihil vidisse, satis patet: propius accesserat, quippe ingenio longe praestantior, *Anonymus*. Hemst. Etiam *Popponi* sic visum, et recte quidem, ut nunc intelligo. Plura h. l. de forma, vi et usu vocis διέφθορα dicturo otium fecit *Lobeckii* doctissima adnotatio ad *Phrynich.* p. 160. sq. qui *Thomae* textum vulgatum jure suo contra *Nunnesii* et *Pauwii* tentamina tuetur. *Διέφθορα* autem *Nostrum* contra suum ipsius praeceptum Soloec. c. 3. passiva vi adhibuisse, testis etiam est locus Nigr. c. 15. ubi quid sint διεφθορότα ᾄσματα, vid. Adnot. Lehm.

Ead. l. 3. *Τοῦ χιτῶνος)* *Ovid.* Met. IX, 152. 213. et 130. Solan.

Ead. l. 4. *᾽Εβούλευσα)* V. *Clem. Alex.* p. 15. B. Solan. *Μηδὲν ἄλλο*, int. *ἐποίησα*, non σου διαφέρω, quod placuit *Leisnero* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 790. *Schaef.* Verbum ποιεῖν post οὐδὲν ἄλλο vel μηδὲν ἄλλο in properantiore sermone omitti, auctor est ipse *L. Bos* ibid. s. v. ποιεῖν, ubi hic usus variis exemplis illustratus reperitur. Ex nostro scriptore supra Diall. V, 5. *Λυπεῖς σεαυτὴν, οὐδὲν ἄλλο* (*ποιεῖς*). Diall. Marr. XIV, 3. *ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο* (*ἐποιοῦμεν*) *ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων, παρηκολουθοῦμεν.* Nihil, nisi forma, differt *τί ἄλλο*, ut Dial. Deor. XXIII, 2. *᾽Απολλ. Σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα; Διον. Τί γὰρ ἄλλο* (*ἐποίησα*), *ἢ ἐγέλασα;* Sunt etiam loca, ubi haec Ellipsis alio verbo, ex antecedentibus repetendo, expleri debeat. Diall. Marr. I, 3. *ἴδε σεαυτὴν, οὐδὲν ἄλλο* (int. *ὄψει*), *ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς.* Diall. Mortt. XIII, 2. *᾽Αλεξ. — πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς, ὦ Διόγενες; Διογ. Τί γὰρ ἄλλο* (*γελῶ*), *ἢ ὅτι ἀνεμνήσθην* etc. Plura etiam videbis in Ind. s. *ἄλλος*. Nunc haec sufficiant. Cf. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 180. Lehm.

Ead. l. 5. *Παιόμενος)* *Ovid.* IX. Heroid. Solan. Me-

minit hujus loci *Cresollius* Th. Rhet. V. c. 6. ubi tum de verbo *ῥαπίζειν* minus bene commentatur, tum *Plutarchi* locum, qui a *Casaubono* egregie fuerat illustratus ad *Sueton. August.* cap. 82. male tractat. Hemst.

Ead. l. 6. *Μελαγχ.*) *Eurip.* et *Seneca* Herc. fur. Solan. *Mosch.* Id. IV. Lehm.

Ead. l. 10. *Μηδὲ τὸν Παιήονα* etc.) Quo spectaverit *Lucianus*, indicat forma vocis poëtica: nimirum ad *Homeri* Il. *E.* 401. 899. Dicitur autem quasi proverbio: *Apollon.* Arg. IV, 1511. ille serpens, a quo percussus interiit Mopsus, quemcunque dentibus modo tetigerit, eum exspirare necesse est,

> Οὐδ' ἢν Παιήων, εἴ μοι θέμις ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
> Φαρμάσσῃ —

quem locum commode protulit *L. Bos* Obs. Crit. p. 44. Vid. *Phalar.* Ep. I. Hemst.

Pag. 44. l. 8. *Ἢ τὸ κατὰ Δάφνην* etc.] *Ἢ* et *ἢ* ubi interrogationi locus est, saepe et ab librariis, et ab editoribus, etiam recentioribus quibusdam, male permutata reperiuntur. Quorum ut tum natura ac vis, tum fines certi, recte statuantur et teneantur, age jam de particulae *ἢ*, quatenus interrogativa est, indole et usu paullo adcuratius exponam. Proprie *ἢ* disjungit res, et locum adeo habet proprium in interrogatione disjunctiva: *an*, oder. Sed usus hic ut frequentissimus est, ita multis modis variat. Primum occurrit in obliqua interrogatione, ut Diall. Marr. IV, 2. *εἴσῃ γὰρ, εἰ ὁρῶμαι μόνον, ἢ καὶ* etc. *senties enim, an videar tantum, an etiam* etc. frequentius autem in recta. Facilia intellectu sunt ea loca, ubi sententiarum disjunctivarum ratio plene ac perspicue indicata est, ut in illis: *Γυναικὸς, ἢ νύμφης, ἐρᾷς; mulieremne, an Nympham, amas?* Diall. Marr. III, 1. *μόνος; ἢ καί τινας ἄλλους* etc. *solusne?* (hoc fecit) *an etiam alios, nescio quos* etc. Diall. Marr. XIV, 2. *πειρᾷ μου; ἢ μέμηνας;* siquidem recte sic scripsimus supra Diall. VIII, 1. In aliis vero difficultas quaedam esse potest, praecipue ei, qui vernaculae linguae usu justo magis teneatur. Scilicet nostrates, ubi universe quaesiverunt, e. g. in hunc modum: Wer hat das gethan? et conjecturam de ullo quopiam specialem addunt, e. g. hanc: bist du's etwa gewesen? non utuntur tum in altero membro disjunctiva, sed nova quadam, quaestione, cum priori non arctissime conjuncta. Sed Graeci secus faciunt. Quaerunt illi hac ratione: Wer hat das gethan? *oder* bist du's gewesen? Est tum Ellipsis prioris membri disjunctivi hujus: *ist es ein And'rer, oder* bist du's

gewesen? Recte sic alterum membrum per ἢ incipit, et numquam in talibus scribendum est ἦ, quod ut in aliis libris Graecis ab aliis editoribus, ita et in his dialogis a Cel. *Matthiaeio* passim, ut in anteced. Dial. §. 1. et Diall. Marr. XIV, 1., factum est. Exempla haud pauca in promtu sunt, et talium quidem locorum, quorum lectio neutiquam dubia, neque unquam in dubitationem vocata est. In his noster est locus. Mercurius ex Apolline quaerit: *τί δὲ δυςτυχεῖς; ἢ τὸ κατὰ τὴν Δάφνην σε λυπεῖ ἔτι;* h. e. *quid vero est illud infortunii, quod tibi accidit?* (universalis quaestio) Jam cogita, eum addere: *num aliud quid novi tibi accidit?* et nunc pergere: *an illud de Daphne adhuc te pungit?* Sed brevitatis caussa prius quaestionis membrum omissum, posterius vero ita positum, ut illam Ellipsin et facile indicet, et manifesto. Supra Dial. IV, 4. *Τί δὲ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; ἢ ποιμαίνειν δεήσει κἀνταῦθα;* Infra XIX, 2. *αἱ δὲ Μοῦσαι διὰ τί σοι ἄτρωτοι; ἢ κἀκεῖναι* etc. *qua de caussa?* — *an* et illae etc. h. e. num alia est caussa? an etiam illae etc. Innumera alia omitto, facile illa, ubi occurrunt, ad hanc normam revocanda. Sufficient autem haec ad intelligendum, Diall. XIII, 1. *Matthiaeium* verba Herculis: *Κατὰ τί, ὦ ἐμβρόντητε; ἢ διότι σε ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν* etc. falso mutari voluisse in ἦ *διότι* etc. nec magis recte eundem Diall. Marr. XIV, 1. *ὑπὸ τίνος; ἦ ὁ Κηφεὺς* etc. contra constantem omnium librorum lectionem edidisse. Alii etiam sunt modi, in quos hujus particulae usus abit; qui tamen facilius et cognoscuntur, et agnoscuntur; velut quum ejusdem ordinis et gradus interrogationes sese excipiunt, et altera vel perspicuitatis, vel gravitatis, caussa additur, ut paullo post: *πρὸς τίνος; ἢ τίς οὕτως ἀνέραστος ἦν* etc. Timon. c. 34. *Τίνες ἐστὲ, ὦ κατάρατοι; ἢ τί βουλόμενοι δεῦρο ἥκετε;* ibid. c. 41. *πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; ἢ που ὄναρ ταῦτά ἐστιν;* cf. Prom. s. Caucas. c. 2. ubi interpres Latinus male vertit; vel ubi a recta ratione repente ad interrogationem graviorem vertitur oratio; ut supra XII, 2. *μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων· ἢ θέλεις σὺ* etc. superius VI, 4. *Ὅμως ὑπόμεινον, ὦ Ἥρα· ἢ τί γὰρ ἂν καὶ πάθοις δεινὸν* etc. secundum *Schaeferi* emendationem, ubi in Varr. Lectt. alia nonnulla ejusdem generis exempla contulimus. Lehm.

Ead. l. 9. *Τὸν Οἰβάλου*) V. *Philostr.* Imag. p. 798. Vetustiores edd. *Οἰβάδου*, quod in recentioribus recte mutatum. L. etiam recte *Οἰβάλου*. Neque solus *Lucianus* Oebali filium facit. Idem enim tradunt *Philostratus* junior p. 885. et *Hyginus*. *Ovidius* etiam *Oebalidem* vocat X, 196. V. et XIII, 396. 588. Alii Amycli filium tradunt. V. *Nicandri Scholia*

a *Meursio* emendata, et *J. Tzetzis* Var. Hist. I, 11. et *Apollodor.* III. p. 87. B. Nec audiendus *Apollodorus*, qui Veneris et Adonidis natum facit. AG. V, 2222. Solan. Quas turbas dederit vitiata primarum edd. scriptura, cognoscere licet ex *Regio* ad *Ovid.* Metam. X, 196. *Hyacinthus Oebali filius, Hygin.* F. 271. ubi vide *Munckerum*, et *J. Meursii* Regn. Lacon. c. 2. Ad Mercurium autem non sine ratione dolorem amissi Hyacinthi conqueritur Apollo: nam is ipse simili plane casu Crocum, delicias suas, exstinctum luxerat, versum etiam in odoratum sui nominis fruticem. Vid. *Galen.* de composit. medicamentor. localium lib. IX. ubi *Philonis* epigramma, quo medicamenti ἀνωδύνου, sive dolorem sedantis, compositionem descripsit, interpretatur: meminit etiam *Auson.* Ecl. VI, 11. *Ovid.* Metam. IV, 283. ubi Commentatores. Perquam eleganter *Martialis* XIV. Ep. 173.

Flectit ab inviso morientia lumina disco
Oebalius Phoebi culpa dolorque puer.

Cortinipotentis delicias vocat *Lucilius* apud *Nonium* in *Contendere* p. 253. *Hunccine ego unquam* (*inquam* malebat *D. Heinsius*; quod non probo) *Hyacintho hominem cortinipotentis Deliciis contendi?* — Satis adparet, sermonem fuisse de homine quodam deformi, quem vel *Lucilius*, vel is, quem loquentem induxit, jocose negat unquam se cum Hyacintho comparasse. Hemst. Vid. etiam *Gierig.* ad *Ovid.* Met. X, 162. Lehm.

Pag. 45. l. 3. *Λόγον*) Sola ed. *J.* hic τρόπον habet. Reliquae et ipsa Coll. λόγον, quod ut non infrequens servavimus. Solan. Haud dubium genuinae lectionis interpretamentum τρόπον, etsi praeter ed. Junt. etiam in tribus Codd. reperitur, non debebant tamen *Schmiederus* et *Matthiae* pro genuino admittere. *Λόγος* est *narratio*, *rei ipsius expositio*, ut Gall. s. Somn. c. 27. *Μακρὸν τοῦτον ἀνακινεῖς τὸν λόγον*, et sic saepius. Lehm.

Ead. l. 4. *Ὁ δὲ κάκιστα ἀνέμων ἀπολούμενος Ζέφυρος* etc.) Patet, in his verbis esse *ἀνακόλουθον*, quod plane tolli potest, si, ut est in edit. Basil., ponas punctum post vocem *ὑπεροψίαν*. *Atque ego cum illo ludebam disco. Perditissimus vero omnium ventorum Zephyrus et ipse jamdudum amabat, sed neglectus, neque ferens istud fastidium. Ego vero sursum jeci, ut solebamus; sed ille spirans ab Taygeto, discum illum in caput puero impegit.* At *Graevius* ex Ms. post eandem hanc vocem locat *ἐβούλευσε*, *insidiatus est:* et certe id videtur requiri; sed puto vitio typothetae secus id pro ἐπεβούλευσε excusum esse. Jens.

Ead. l. 5. *'Αμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων*) Vides pendere sensum, et nihil esse, ad quod referatur *ἀμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων*. Sed omissa est vox, ex Ms. restituenda: *ἤρα μὲν ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτὸς, ἀμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων τὴν ὑπεροψίαν ἐβούλευσε, ἐγὼ μὲν* etc. *jamdudum etiam et ipse amabat, sed neglectus et non ferens fastidium insidias struxit.* Graev.

Ead. l. 6. *Τὴν ὑπεροψίαν*) Lenire voluit asperitatem orationis, ut videbatur, male cohaerentis, qui in Codice Graeviano interposuit *ἐβούλευσε*, sive potius *ἐπεβούλευσε*· sed *Luciano* multum vereor, ut adprobetur haec nimis officiosa diligentia, quae Apollinis indignantis impetum narrandi molesto tractu retardat. Sunt certe veterum in scriptis ejusmodi *ἀνακολουθίαι* satis frequentes, nonnunquam per incogitantiam oblatae, saepe studio quaesitae, quando ad animandam orationem ars consuetas structurae leges contemnere non reformidat. Hoc duplex genus quomodo dignoscatur, exemplis alibi docebimus. Hemst. Egregia observatio, quam facile *Popponi* concedo non in promtu mihi fuisse tum, quum hos Dialogos in scholarum usum edendos curarem, quaeque toto coelo diversa est ab ea, quam *Hemsterhusius* idem in minori suo Colloquiorum *Luciani* editione emisit. Adponam hanc, non tam quo videat jam *Poppo*, me non finxisse aliquam *Hemsterhusii* sententiam, quam potius, ut communicem ea, quae bona illic Vir ejusdem semper, vel in erroribus, magnitudinis subjecit, hic vero, ut alia multa, tanquam viliora, praetermisit. Nimirum ad vocem *ἐπεβούλευσε*, quam receperat editor, haec adnotata sunt: „*Lucianus* habet Graeviani Codicis lectionem, quae omni orationis asperitati commodo medetur. Saepenumero fabulam Hyacinthi Scriptores Christiani insectantur. *Tatianus* gravis auctor et eruditus: *λεγέτω μοι νῦν ὁ ἑκατήβολος, πῶς Ὑάκινθον διεχρήσατο Ζέφυρος; Ζέφυρος αὐτὸν νενίκηκε· καὶ τοῦ τραγῳδοποιοῦ λέγοντος, Αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον, ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς ἀπώλεσε τὸν ἐρώμενον*· Orat. ad Graec. §. 14 *Theophilum* et *Clementem* praetereo: adcurate congruunt illa *Luciani* Dial. sequ. *αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι φονεύσει μὲν* (*τὸν*) *ἐρώμενον τῷ δίσκῳ* etc. multa habet comparia *Oenomaus* apud *Eusebium*.“ Rectius autem priori *Hemsterhusio* posteriorem de h. l. statuisse, documento est vel ipsa adjumentorum varietas, quibus usi sunt olim ad asperitatem, quae videbatur, orationis laevigandam. Vid. Varr. Lectt. Cogita, *ἀμελούμενος δὲ, καὶ μὴ φέρων τὴν ὑποψίαν* sensus quidem ratione habita, cum sqq. *ὁ δὲ ἀπὸ τ. Ταΰγ.* cohaerere, verba vero *ἐγὼ μὲν* etc. intermediam quasi enuntiationem continere, sic

fere: ἀναῤῥίψαντος ἐμοῦ etc. et omnia tibi liquebunt. *Scholiastes Graevii* ferme eodem modo hanc syntaxin explicuit. Similia Anacoluthi exempla e *Thucydide* contulit *Poppo*; e *Luciano* praeter duo illa, quae *Solanus* indicavit, totidem alia comparasse juvabit, Timon. c. 17. in. et 22. LEHM.

Ead. l. 7. Ἐγὼ μὲν ἀνέῤῥιψα) Locum huic similem vis? adi Dial. Apoll. et Bacchi seu Deor. Diall. XXIII. et XV. et apud *Xenoph.* Cyrop. IV. ed. St. p. 66. 27. SOLAN.

Ibid. Δίσκον) Δίσκος quid sit vide Anachars. cap. 27. VORST.

Ead. l. 8. Ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου καταπνεύσας ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ, ἐνέσεισε) Non debuerat haec distinctio ex editione *Benedicti* in hanc propagari, cum priores melius καταπνεύσας, ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ ἐνέσεισε, eamque sequatur in interpretatione *Benedictus.* GRON. Τοῦ Ταϋγέτου saniores edd. J. *B.* 2. *S. A.* et ipse Cod. L. et Coll. Reliquae τὸ Ταΰγετον, et ipse *Scholiastes*, qui ridicule ad Atticismum confugit. Vid. Icarom. c. 11. SOLAN. Lectionem cod. 2956. καταπνεύσας, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ ἐνσείσας, ἐφόνευσεν αὐτὸν, siquidem vera est lectio, neque potius Scholion adscriptum, non vidit *Belinus* Scholii certe indolem habere. Quid, quod notavit *idem*, hanc ipsam etiam Codicis Graeviani lectionem esse, quum nihil sit, nisi Scholion ejusdem codicis. Summam vero ἀκρισίαν suam prodidit iste ipse *Belinus*, quod sic demum plenam orationem fore somniavit. Adeo non valuit is in re apertissima Grammatici manum ab auctoris stylo discernere! LEHM.

Pag. 46. l. 1. Ἀμύκλαις) Unde oriundus Hyacinthus, vide *Ovid.* l. c. SOLAN.

Ead. l. 4. Γράμματα ἐπ.) Literae *ΑΙ*, *ΑΙ*, quae cui flori inscriptae conspiciantur, nescio. Non certe in nostris hyacinthis; nisi forsan nomen antiquum novo tributum sit flori. Neque enim de nihilo haec et Ajacis fabula putanda est. Certe florem in silvis purpureum vidisse me memini, cujus puncta facile a poëta literas, quas volebant, exhibere apta putata sint. *Ovidius* et *Moschus* idem narrant. SOLAN.

Ibid. Ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ) *Salmasius*, quia notae utriusque a veteribus descriptae parum consentiunt, poëtas alium ac suum habuisse hyacinthum, suum aliumque medicos et naturalis historiae indagatores, statuit: illum esse *xyrin*, *iridem agrestem*, vel *gladiolum* Latinorum: vide *Plinian.* Exerc. p. 860. 861. et *Hyl.* Iatr. c. XXII. Quicquid fere veterum est poëtarum, literis funestis et ἐπαιαζούσαις τῷ νεκρῷ hunc insignem fuisse florem testantur; qua de re non vulga-

ria promsit *N. Heins.* ad *Ovid.* Metam. X, 215. *Pausan.* II. p. 195. Hermionenses refert annuum egisse festum coronatos: πλέκονται δὲ οἱ στέφανοι σφίσιν ἐκ τοῦ ἄνθους, ὃ καλοῦσιν οἱ ταύτῃ κομοσάνδαλον, ὑάκινθον ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα καὶ μεγέθει καὶ χρόᾳ· ἔπεστι δὲ οἱ καὶ τὰ ἐπὶ τῷ θρήνῳ γράμματα. Scribi debere κοσμοσάνδαλον, patet ex *Clearchi* verbis apud *Athen.* XV, p. 681. C. ὅρα τοὺς κοσμοσάνδαλον ἀνεύροντας Λακεδαιμονίους, οἳ τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς ΚΟΣΜΟΝ συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν· expedita quidem structura, sed mens scriptoris mihi quidem intricatior, cujus intellectum nihil adjuvit *J. Meurs.* Misc. Lac. II, 17. non aliter variis in locis Comicorum pag. 685 et *Poll.* VI, 106. *Ruellius* etiam *cosmosandalum* posuit in Hist. Stirp. Ceterum, ut *Plinius* observat, duplex hyacinthum fabula comitatur: cum *Luciano* multi conspirant: *Lutat.* ad *Stat.* Theb. IV, 223. bene a *Barthio* restitutus; *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. III, 106. hoc insuper addens: *Est autem quasi lilium rubrum designans primam Hyacinthi literam:* ex quibus patet, unde nata sint in *Ovidii* libris antiquis illa versiculi, quem modo indicavi, lectionum, ut ait *Heinsius*, monstra. *Prudent.* περὶ Στεφ. H. X, 191.

Mox flevit impuratus occisum gravi
Disco, et dicavit florulentum subcubam.

Philostratus Ep. LXI. Οὐκ εἶδες οὖν Ὑάκινθον; οὐδ' ἐστεφανώσω τοῦ τραύματος; quorum versione novissima vix est, ut quicquam ineptius fingi possit: *et an non cum amoris vulnere coronam meruisse putas?* longe aliud spectabat *Philostrati* sophisticum acumen: *Non tu vidisti ergo Hyacinthum? nec capiti corollas aptasti ex eo flore, qui de vulnere prodiit et sanguine Hyacinthi?* Haud pauciores ab Ajacis cruore in ensem Hectoreum incumbentis ortum esse confirmant: testis luculentus, pro aliis etiam, *Euphorion* versibus egregiis, quos *Theocriti Scholiastae* referimus acceptos ad Eid. X, 28.

Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν
Ῥοιτείῃς ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο
Εἴαρος ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύουσαν·

hunc in modum e membranis corrupta verba *Casaubonus* expolivit Lectt. Theocr. c. XI. a cujus emendatione quare diversus abierit *Salmasius* Exerc. Plin. p. 733. B. nihil excogitare possum aliud extra syllabam primam in φάτις productam: ratio parum idonea: nam si vel maxime nusquam non corriperetur, in proclivi erat reponere φῆμις, cujus vicem subierit adscriptum interpretandi causa φάτις. Verum enim vero rarior utrique unius voculae intellectus obstitit, ne sensum *Euphorionis* haberent exploratum; quod *Casaubonus*

distinguendo, *Salmasius* certioribus etiam argumentis patefecit ad *Solin.* p. 880. F. etenim *εἶαρ* hic non *ver*, quemadmodum illi sunt arbitrati, sed *sanguinem* indicat: Cypriae dialecto vox propria; vid. *Hesych.* in *Ἔαρ*, *Εἶαρ*, *Ἦαρ*, *Ἠεροπότης*, *Ἴαρα*, *Ἰαροπότης*, et Fragm. *Callimachi* Bentl. n. CCI. CCXLVII. *Oppian.* Halieut. II, 618. et Schol. quae tamen potestas ceteroquin *Salmasium* ipsum non fugiebat Plin. Exerc. p. 9 6. ubi *Scaliger* immerito castigatur. Jam sententia, ni fallor, versuum est planissima: illud eximium et vere poëtici coloris, *γεγραμμένα κωκύουσαν*, *ipsis literarum notis luctum gemitumque prodentem.* Porro fabulam utramque cum reperiret *Ovidius*, ingeniose conjunxit Metam. X, 208. XIII, 397. deinde secuti sunt eum *Servius*, aliique Grammatici. Hemst. Cf. *Gierig.* ad *Ovid.* Met. X, 211. et 215. Lehm.

Ead. l. 25. *Τὸ δὲ καὶ χωλὸν* etc.) Initium dialogi tam abruptum, et ab illa Lucianea sermonis ordiendi expedita facilitate abhorrens, ut parum absit, quin intercidisse nonnulla statuam: nam aliud quidem colloquium utriusque numinis reperio nullum, cum quo commode connecti posse videatur. *Ἥφαιστον* adposuisse aliquem suspicor in margine, ut, de quo sermo haberetur, indicaret: postmodum illa vox, quemadmodum saepe fieri solet, in contextum migravit. Si quis ab exemplo Dial. II. et XXIV. quanquam eorum diversa est ratio, defensionem paret, tum certe parvula mutatione lectionem vulgarem adjutam malim: *Τὸν δὲ καὶ χωλὸν ὄντα τὸν Ἥφαιστον* etc. Hemst. Turbavit haec magni viri adnotatio *Belinum* et *Schmiederum*, ut adeo venustissimum sermonem codicum quorundam sordibus dedecorare non erubescerent. Loquitur ab initio Mercurius, non, ut in codd. 2956. et Gorl., Apollo, quod remedium ab eo excogitatum credo, quem male habuisset abruptior, quae ipsi videbatur, oratio. Unde et omissa ibi *ὦ Ἄπολλον.* Arbitrio autem hanc mutationem deberi, clarius etiam illud ostendit, quod in cod. 1428. paullo inferius Mercurii sermo jam a verbis *πλὴν ἐκεῖνό γε* (vel, uti vitiose legitur, *ἐκείνων γε*) incipit. Deinde etiam nihil mihi quidem certius esse videtur, quam, quae lectio a *Schm.* recepta est ex 2956. et Gorl., *χαλκέα τὴν τέχνην*, eam nonnisi glossematis nomine vendi potuisse, quod bonum *Belini* judicium hic potius, quam alibi, sequendum fuit *Schmiedero.* Unum itaque hoc lucramur ex illis codd. collatis, quod *Hemsterhusii* de nomine *Ἥφαιστον* sententia confirmatur. Nam non opus profecto erat famosissimum nomen vel in Apollinis, vel in lectoris, gratiam addere,

ubi de *claudo illo Deo et illiberali opifice* sermo erat. Similiter prorsus Diall. Marr. XIII. Enipeus ab auctore in initio statim in mediam rem descendens inducitur. Conferri etiam potest sequentis Dialogi exordium. Unde patet, *Lucianum* perquam scite ac pulchre nonnunquam personas ita statim ab initio colloqui jubere, ut cogitandum lectori sit, jam antea quaedam eas inter sese invicem confabulatas fuisse. Miror itaque, qui *Hemsterhusio* non in mentem venerit, duo illos adolescentulos Deos, qui saepe a *Luciano* familiariter colloquentes proponuntur, etiam hic jam aliqua, fortassis jocando, de Vulcani moribus rusticis etc. garriisse, et nunc Mercurium repente se indignabundum cum aliqua invidia ad ejusdem amores et conjugia convertere. Atque convenit jam optime in hanc Mercurii adfectionem exclamatio ejus: *Τὸ δὲ καὶ χωλὸν αὐτὸν ὄντα* etc. *Quod vero etiam ille, qui claudus sit*, etc. *hoc*, voluit dicere, *me omnium maxime pungit*, vel *miram me habet.* Sed dicturum, vel etiam non dicturum, excipit Apollo: *Felicitati ejus hoc tribuendum.* Compara similem exclamationem Strepsiadae ap. *Aristoph.* Nub. v. 269.

Τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν δύστηνον ἔχοντα. ubi *Scholiastes* recte: *οὐ μωρὸν δηλονότι, οὐκ ἀνόητον; ἐλλειπῶς γὰρ εἴρηται.* Ceterum sic fere hunc totum locum intellexerunt etiam *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 78. *Seyboldus* et *Poppo*, qui posterior tamen *Schmiederianam* loci mutationem non omnino perspexisse videtur. Lehm.

Ibid. Ὄντα τὸν) Edd. pleraeque *αὐτὸν ὄντα*, absque *τόν.* Optime, mea quidem sententia, J. quam expressimus. Solan.

Pag. 47. lin. 2. *Τὴν Χάριν*) Hoc est, maximam natu trium Charitum, seu Gratiarum, quam poëtae collocarunt Vulcano propter opera ejus *χαρίεντα*, *elegantia.* Cler.

Ead. l. 6. *Καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν, περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι*) Patet, postremum verbum *συγκαθεύδειν* ita contexi cum verbis praecedentibus, quae Accusativum et poscunt et habent, quasi et ipsum gauderet eodem casu; quod tamen re ipsa ita sese non habere, manifestum est. Sed ita scilicet aliquando solet unus casus poni, ad quem verba sequentia, diversum licet casum postulantia, sint referenda: inque eo iterum cum Graecis conveniunt Latini. Ita apud *Livium* XXXIX. cap. 11. *Si quid ad eas* (leges) *addi, demi, mutarive vellet, rursus ab Senatu ei postulandum fore.* Hic unum *addi* potest proprie ad *τὰ*, *ad eas* referri: apud eundem XXXV. c. 19. *odi odioque sum Romanis.* Apud

Ciceronem quoque in Verrina c. 54. dicitur Timarchides, Verrinae nequitiae satelles, in Sicilia *omnium adversarios, omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, adtentare.* Certe τὸ *colloqui,* quod hic cum eodem, quo *cognoscere* et *adtentare,* casu construitur, proprie aliter construendum foret, ut notum est. Jens.

Ead. l. 11. Τῇ λύρᾳ) Lyrae quidem, uti supra visum, (Dial. VII.) inventor Mercurius. Sed Musicen inter praecipuas ejus dotes, coram Apolline, numerari, minime Lucianeum est. Vid. tamen Dial. VII. et *Horat.* Carm. I. Od. X. Solan.

Ead. l. 13. Ἀναφρόδιτος) *H. Steph.* Gr. L. Thes. T. I. p. 613. postquam monuerat ἀναφρόδιτον esse *a Venere alienum, invenustum,* positis etiam his *Luciani* verbis addit: *quod quidam exponunt,* adversa Venere natus. Non aliter *invenustum* capit venustissimus *Muretus* in *Terent* Andr. A. I. Sc. V, 10. *rebus amatoriis infortunatum et infelicem, quod Graeci dicunt ἀναφρόδιτον. Graecus ille Samosatensis:* ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτος etc. *et* venustas *interdum est* ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία. *Terent.* Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior? *ubi tamen Nonius legit* vetustatis; *sed falso, ut puto.* Haec *Muretus.* Hemst.

Ead. l. 14. τὴν Δάφνην καὶ τὸν Ὑάκ.] Accusativi pendentes a proximo verbo, quod enuntiationi relativae inest, adpositionis quippe vice fungentes ad οὓς. Sic supra II, 1. ὥςτε μηδέν ἐστιν, ὃ μὴ πεποίηκάς με, σάτυρον, ταῦρον etc. Male adfecerunt sanissima verba *Schmiederus* et *Belinus,* alter scribens e duobus codd. καὶ δύο γοῦν, οὓς μ. ὑπ., τὴν Δάφνην καὶ τὸν Ὑάκινθον, (quae tamen pro glossematis habet, ibi scilicet, ubi ipsa nomina sequuntur!) ἡ μὲν Δάφνη οὕτως ἐμίσησέ με, ὥςτε εἵλετο ξύλον γ. μ. ἢ ἐμοὶ ξυνεῖναι τὸν Ὑάκινθον δὲ ὑπὸ τ. δ. ἀπώλεσα, falsissime: nam patet nomina post ἡ μὲν et τὸν δὲ aliena esse additamenta, et ἐμίσησε correctionem Praesentis μισεῖ, ἀπώλεσα vero e Scholio quodam ortum. *Belinus* vero, retentis Accusativis nominum, sic pergi vult: ἡ μὲν ἀπεδίδρασκε καὶ ἐμισεῖ (ἐμίσει potius) με, ὥςτε εἵλετο, ratus sic Imperfectum cum Imperfecto (pro quo scilicet habet τὸ εἵλετο) melius conjungi. Ignoravit igitur bonus emendator, Praesens tempus haud raro etiam cum Imperfecto et Aoristo junctum occurrere, ut Somn. §. 4. Ἀποδρὰς οὖν — ἀφικνοῦμαι — καὶ διηγοῦμαι — καὶ τοὺς μώλωπας ἐδείκνυον. Lehm.

Pag. 48. l. 10. Ἐν τῇ Λήμνῳ σύνεστιν) De Charite praeter Venerem Vulcano juncta res est nota: Aglajam ὁπλοτάτην

Χαρίτων vocat *Hesiod.* Theog. v. 945. Thaliam nonnulli, teste *Eustath.* ad Il. Σ. pag. 1148. *Homerus* nihil aliud, quam *Χάριν λιπαροκρήδεμνον, Καλὴν, τὴν ὤπυιε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις* Il. Σ. 382. quod *Pausanias* observat IX. p. 781. ubi de Gratiis egregia multa. Vid. *Cornut.* de N. D. cap. 15. p. 163. c. 19. p. 183. Verum Vulcano, Deorum haud sane formosissimo, quis tam solicite prospectum voluerit, (*Lucianus* enim non ingenium hic suum, sed alios auctores videtur secutus) ut, partito munere conjugali, sive in coelo versaretur, seu Lemnum viseret, optatos tamen pulcherrimae conjugis infusus gremio amplexus inire posset, mihi non succurrit. Charitem etiam in Lemno ponere videtur *Schol. Homer.* ad Il. Ξ. 230. ibi quaesitum est apud veteres, ut in nectendis ex *Homero* nodis mirifica quadam sunt industria, cur Juno Somnum conventura Lemnum a principe poëtarum adire fuerit jussa: huic molliendae difficultati inter alia plura et forte deteriora tale remedium adhibetur: dominum esse Lemni Vulcanum, uxorem ejus Charitem; cujus germanam Pasitheam, quae sororis in contubernio vivebat, cum Somnus efflictim amaret, ideo scilicet, ut propius ab optatissimae virginis adspectu abesset, in Lemno desedisse. At *Homerus* et Charitem, et ipsam Vulcani officinam in coelo collocavit, nescio quam probantibus Diis: nam fieri quidem vix potuisse credas, quin tantus ferramentorum malleorumque ingeminatorum strepitus coelestium aures vehementem in modum obtuderit: quam ob rem posteriorum in eos poëtarum non vulgare constat beneficium, qui destructa *Homeri* taberna fabrili Olympum nitidius expoliverunt, Vulcanumque, si quid operis moliretur, migrare jusserunt ad insulam aliquam Aeoliam aut Lemnum, datis insuper (nam *Homerus* plane solum ad fornacem atque incudem destituerat) aerumnosi laboris administris Cyclopibus. Ita *Callimach.* H. in Dian. *Apollon. Rh.* Arg. III. *Virgil.* Aen. VIII. Apud eosdem vero cum Vulcano Venus in Olympo habitat; neque secus, quod magis mireris, in *Homeri* Od. Θ. Illam quidem *Anacreon*, vel alius Melicorum aliquis, ad Lemnios caminos devocavit; sed diverso consilio, ut operam sociatam ad Amoris tela fabricanda conferret. Mox displicet *αὐτόν*· mallem *καὶ στρατιώτην ἄν*· etsi non me fugiat usus aliquis *τοῦ αὐτὸς* haud valde dispar, de quo alibi dicam. Hemst. Ex his saltem fateor me non satis intelligere *Hemsterhusii* mentem. Neque enim necessitatem corrigendi video, neque, quid *ἂν* sibi velit. Imo si *αὐτὸν* deleatur, vide, ne Objectum desit membro. Sententiam scilicet talem mihi cogito: *Scit Vulcanus: sed*

quid valeat efficere, quum videt eum fortem juvenem eundemque militem? Mox in verbis ὥστε τὴν ἡσυχίαν ἄγει offendit *Popponem* Articulus. At satis frequens et plane indubitatus est ejus in hac locutione usus, ubi non universae quietis notioni, sed certae cuidam, per contextum significatae, locus est. Charon. c. 3. ἐγὼ δὲ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν παρακελεύομαι ὑμῖν, *quietem illam, quae vobis convenit*, vel *in qua antea eratis.* Pisc. c. 27. ἐπεὶ τόγε τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ὑβριζόμενον ἀνέχεσθαι, οὐ μετριότητος, ἀλλ' ἀνανδρίας, καὶ εὐηθείας, εἰκότως ἂν νομίζοιτο. Ver. Hist. I, 38. οἱ γὰρ Τριτωνομένδητες τὴν ἡσυχίαν ἦγον, οὐδετέροις συμμαχεῖν προαιρούμενοι. Eunuch. c. 6. *Τί δ' οὖν ἅτερος; ἆρα τὴν ἡσυχίαν ἤγαγεν; ἢ τί πρὸς ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀντειπεῖν ἐτόλμησε;* Lehm.

Pag. 49. l. 4. *'Επιμηχανήσασθαι*) Perspicuum est, legendum ἐπιμηχανήσεσθαι. Jens. *'Επιμηχανήσεσθαι Jensii* emendatio est. In libris nostris omnibus ἐ—σασθαι legebatur. Solan. Legebatur recte; et depravatus sermo mutatione *Jensii*, etsi eam codd. nonnulli confirmare videantur. Ipsum verbum ἀπειλεῖν cum ἀποδράσασθαι junctum Timon. c. 13. ubi vid. Adnot. nec non ad Diall. Deor. VI, 2. *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 647. sic explicat verba: πλὴν ἀπ. γε ἐπιμηχανησάμενος αὐτοῖς δεσμά τινα, καὶ σαγ. ἐπὶ τῆς εὐνῆς συλλήψεσθαι αὐτούς. Ceterum observat *Seyboldus*, *Lucianum* hic tanquam futura praedicere, quae jam facta referant *Homer.* Od. VIII, 267. sq. et *Ovid.* A. Am. II, 561, et ipse quoque dialogo singulari XVII. Lehm.

Ead. l. 6. *Οὐκ οἶδα*) Non solus *Lucianus* haec dicentem inducit Apollinem. Gravissimus poëta *Homerus* Odyss. Θ. 336. eadem ferme habet; eoque credo factum, ut *Lucianus*, qui eum perpetuo suggillat, Dialogum XVII. scripserit. Jocosior *Ovidius* et a quo talia exspectes l. c. et II. de Arte Am. 561. Solan.

Pag. 50. l. 1. *Κατακεκόσμηκεν*) Vide de Sacr. c. 8. et *Ovid.* Met. II. init. Solan. Initium dialogi sic cape, ut fingas praecessisse gloriosum quendam Latonae sermonem, ad quem jam ironice respondeat Juno: *Recte scilicet gloriaris: formosos enim profecto liberos peperisti Jovi.* Καὶ, *etiam*, i. qd. *sane*, *re vera*: „non solum gloriaris tu de hac re, sed re vera etiam pulchri sunt liberi illi, quos peperisti Jovi." Similiter καὶ supra XI, 2. sumendum in verbis: *'Εμοὶ μὲν καὶ πάνυ καλὸς δοκεῖ*, et sic innumeris in locis. Quapropter in versione Latina: *Pulchros enimvero, Latona, et tu liberos peperisti Jovi*, vocem *tu*, quae sensum alienum inferret, exstinxi. Lehm.

Ead. l. 2. *Σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς*) Qua fronte *Lucianus* Junonem hic inducit adserentem, Vulcanum a Venere diligi aut coli? Similem phrasin vide Dial. XXII. SOLAN. Locutionem illustrat *Bergler.* ad *Alciphr.* pag. 120. *Διὰ χρήματα ἐσπουδάσθην ὑφ' ὑμῶν. Dion Chrys.* Or. XXXVIII. Modo vide, an mecum malis, *χρήσιμός τε.* HEMST. Non placet *τε* pro *γε.* Nam sequens *καὶ* vim habet declarandi Vulcani utilitatem, neque facile ad antecedens quoddam *τε* referri potest. LEHM.

Ead. l. 4. *Οἷα ἐσθίει*) Hoc est, quibus sacrificiis delectetur: nam sacrificia esse putabant convivia Deorum. Vide, quae monuimus ad Prometh. §. 17. CLER.

Ead. l. 5. *Ξενοκτονοῦσα*) Sic Dialog. Apoll. et Bacch. *Ovid.* III. de Ponto, *Achill. Tat.* lib. VIII. BOURD. *Eurip.* Iphig. Taur. 38. sq. et 776. ubi *ξενοκτόνοι τιμαί.* LEHM.

Ead. l. 6. *Πάντα εἰδέναι*) *Callimach.* Hymn. Apoll.

Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔ τις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων.

Apul. Florid. 1. *Aristoph.* in Plut. *Orpheus*, *Homer.* H. in Apollin. BOURD.

Ead. l. 9. *Κλάρῳ*) Vide Alex. c. 8. et *Clem. Alex.* p. 9. *τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα, τὸν Ἀμφιάρεω, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ἀμφίλοχον.* Vid. *Schol. Apollon. Rh.* p. 128. SOLAN. *Ἀπάτης ἐργαστήρια* has easdem oraculorum officinas adpellat *Clemens* in Protrept. Sed ire juvat in rem praesentem: dissors est in hac voce a communi notione usus: proprie quidem ergastula vocantur, quo mancipia detrudi solent, vel etiam prostibula et tabernae meretriciae, unde Theramenes a *Demosthene* Ep. 4. *ἐν ἐργαστηρίῳ τεθραμμένος ἐκ παιδὸς* dicitur, quoniam vitam duxerat turpem, et juvenilem nequitiam ad seram continuarat aetatem: illam autem nitidiorem, quam respicio, vocabuli significationem potius in exemplis malo, quam mea cognoscas descriptione: *Demosth.* Orat. I. adv. Boeotum: *καὶ μεθ' ἑαυτοῦ κατασκευάσας ἐργαστήριον συκοφαντῶν·* quae paucis mutatis repetuntur ad initium Orat. II. *μεθ' ἑαυτοῦ παρασκευασάμενος ἐργαστήριον συκοφαντῶν· Liban.* pro Saltator. *οἶμαι μὲν οὐ Σπάρτην ἐργαστήριον ἐποιήσω τῆς τέχνης, οὐδὲ παρὰ τὸν Εὐρώταν ῥεῖν ἀφῆκας τοὺς λόγους· non equidem existimo, te Spartam elegisse quasi scenam et theatrum quoddam artis tuae oratoriae:* summopere vero adridet illud *Heliodori* de Delphis, urbe cultissima, *ἱερὰν μὲν Ἀπόλλωνος, θεῶν δὲ τῶν ἄλλων τέμενος, ἀνδρῶν δὲ σοφῶν ἐργαστήριον* esse confirmantis: *idem* Aethiop. lib. IV. p. 235. *πειρατικὸν ἐργαστήριον* ipsos piratas homines ergastulis et si

quid his pejus, dignissimos, ita vocat: cetera in aliud tempus adservabo. HEMST. I.

Ibid. *Διδύμοις*) *Origen. Cels.* I. p. 55, 1. SOLAN.

Ead. l. 10. *Λοξᾶ*) Momus in Apollinem Judic. s. Bis Acc. Sic in Alexand. sic in Jove Tragoed. et passim. *Λοξίας* Apollinis cognomentum. BOURD. Vit. Auct. cap. 14. LEHM.

Pag. 51. l. 2. *Τῆς Νιόβης*] De Niobes fato *Ovid.* Met. VI, 146—312. ubi vid. *Gierig.* LEHM.

Ead. l. 8. *Μαρσύας*) *Apul.* loc. cit. *Julian.* Imp. Epist. ad *Jamblich.* BOURD.

Ibid. *Αἱ Μοῦσαι*) Vid. *P. Burmann.* ad *Ovid.* Metam. VI, 400. HEMST. Actaeonis, de qua mox mentio injicitur, tristem sortem narrant *Ovidius* Met. III, 130—252. et quos ibi collegit *Gierig.* LEHM.

Ead. l. 9. *Ἄθλιος*) Addi solet articulus, nisi forte legendum *ἀθλίως*, sed edd. vetant, nec sequens patitur *ἀδίκως*. SOLAN. Nec Articulus praefigendus, quem, ut alibi, ita et h. l., *Matthiae* contra librorum consensum intrusit; nec fingendum Adverbium, quod ut faceret, etiam *Hemsterhusius* a se impetrare potuit in verbis *γελοῖος ὑποτραυλίζων* Timon. c. 55. ubi cf. adnot. Scilicet ipsum *ἄθλιος* Adverbii vice fungitur, neque adeo ob hanc ipsam caussam admittit Articulum. Luc. s. Asin. c. 29. *καὶ κατῄειν ἄθλιος* (*miserabilem in modum*) *τοῖς ξύλοις ὁμοῦ καὶ λίθους ἀχρείους προσεπιφέρων.* Bis Accus. c. 5. Socrates *ἔπιεν ἄθλιος τοῦ κωνείου, μηδὲ τὸν ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ ἀποδεδωκώς. ita bibit cicutam, ut misereri ejus oporteret.* Charon. c. 14. Polycrates *ἀνασκολοπισθήσεται, ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας, misere excidet felicitate.* Ibid. c. 17. *ἄπεισι — μηδὲ δειπνήσας ἄθλιος ἐν αὐτῇ* (*τῇ οἰκίᾳ*) *quum, id quod miserandum est, ne coenaverit quidem in ea.* Diall. Mort. XXVII, 7. *ὁ δὲ Βλεψίας λιμῷ ἄθλιος* (auf eine jämmerliche Weise) *ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι.* Supra Diall. Deor. VI, extr. *τροχῷ ἄθλιος προσδεθεὶς συμπεριενεχθήσεται μετ' αὐτοῦ ἀεί.* Saturn. c. 8. *ἔδειξε τοῖς πολλοῖς, οἷα ἔπαθεν ἂν ἄθλιος ὑπ' αὐτῶν.* In his omnibus locis etsi largiar etiam Articulum ferri posse, quum tamen is in libris iis, quos consului, omnibus omissus sit, arcendum censeo. In aliis, ubi reperitur praemissus, exclamationis quasi naturam induit, non absolutae quidem illius, sed contextae cum reliquo sermone. Velut Diall. Mortt. VIII. *κληρονόμον ἀκούσιος καταλέλοιπα κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος, ich Dummkopf,* vertit *Wielandius*; melius foret: *ich armer Teufel:* quippe miseratur se ipse, non increpat. Cf. finem Dialogi. Timon. c. 8. *ὑπὸ*

γυπῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κειρόμενος τὸ ἧπαρ, φίλους εἶναι αὐτοὺς — ᾤετο, *infelix ille!* Prom. s. Cauc. c. 3. οἷα πέπονθα ὁ κακοδαίμων; Aliis omissis, moneo tantum, ceteris quoque casibus locum esse posse in eundem finem, ut Accusativo Tim. c. 39. πλὴν ὅρα γε εἰς οἷά με πράγματα ἐμβαλεῖς τὸν κακοδαίμονα, ὃς etc. unde etiam facilius totius dicendi rationis indolem cognoscere licet. Nec non ὁ γενναῖος similiter sermoni intextum Tim. c. 22. et 47. et ὁ θαυμάσιος Diall. Mortt. XII, 6. Lehm.

Ead. l. 14. *Καὶ αὐτὴ οὖσα*) Tantum abest, ut ornet sententiam vocabulum αὐτὴ, ut onerare potius mihi videatur. Longe dispar erit ratio, si legas ἁγνή· quod percommodum hoc in loco. Scilicet *Homerum*, ut solet libenter *Lucianus*, tetigit: Ἄρτεμις ἁγνὴ in Odyssea satis frequens. Dianam virginem intactam, quae puerperis adsideat, et opem invocata praestet, aeque ac *Noster*, rident patres Ecclesiastici, nec ad rem pertinere quicquam credunt, quod a veterum Theologis adfertur, eandem esse et Lunam; quae cum sit τῆς γενέσεως ἀρχὴ, isto munere jure merito fungatur. Hemst. Quemadmodum Ἄρτεμις ἁγνὴ per se aptissimum foret, ita minus aptum παρθένος ἁγνὴ, longe vero minime παρθένος καὶ ἁγνὴ, *virgo, eaque casta*, qua ratione, meo quidem judicio, malitiosae orationis vis penitus frangatur. Imo παρθένος nostro scriptori vel per se est *casta, intacta, virgo*, ut patet ex usitatissima formula διαφθείρειν παρθένον, patet etiam ex hac παρθένον ἔτι εἶναι Toxar. c. 58. et παρθένος ἀεὶ θέλει μένειν supra VIII, 2. Nam quod in *Herodiano* I, 11. conjuncta legatur παρθένος καὶ ἁγνὴ, ut *Poppo* animadvertit, qui *Hemsterhusii* conjecturam recepit, nihil id ad hanc Junonis orationem formandam facit, quia in *Herodiani* loco necessarium erat hoc additamentum, in nostro nihil languidius esse potest. Rectius monuit idem *Poppo*, si retineatur αὐτὴ, certe καὶ delendum videri. Quod quum vere absit a cod. Gorlitiensi, delevi. Ante ἐμαυτοῦ recepi ἂν monente *Schaefero* Melet. p. 57. et praeeunte *Poppone*. Infra XVIII, 1. οἷος ἂν οὗτος ἦν νύφων. Tim. c. 51. ἡμεῖς δὲ ἀχάριστοι ἂν εἴημεν ἀμνημονοῦντες. Prom. s. Cauc. c. 15. οὐδ᾽ ἂν συνίεμεν ἡλίκα εὐδαιμονοῦμεν, οὐχ ὁρῶντες ἀμοίρους τῶν ἡμετέρων τινάς. Demosth. Encom. c. 47. ἐπείσθην ἂν τούτοις Ἀρχίας ὤν. Lehm.

Pag. 53. l. 9. *Ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον*) Talia describit Vulcani vincula *Homerus* Od. Θ. 275.

— κόπτε δὲ δεσμοὺς
Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ᾽ ἔμπεδον αὖθι μένοιεν·

et v. 299.

Καὶ τότε δὴ γίνωσκον, ὅτ' οὐκ ἔτι φευκτὰ πέλονται.

Ideo δεσμὰ Ἡφαίστεια proverbio dicuntur, quibus expedire se nulla vi licet: ἐπὶ τῶν ἀφύκτων, inquit *Suidas*, adjecto *Eunapii*, hujus enim esse recte censuit *H. Valesius*, insigni loco, qui imitationis Homericae vestigia clare praefert, ὁ δὲ τοίσιν ἅμα συγκατειλημμένος πάθεσιν ὥσπερ Ἡφαιστείοις δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις, ἀλύτοις, ἔμενέ γε ἐν αὐτοῖς ἔμπεδον. Arbazacium designat, ut manifestum est ex iis, quae copiosius indidem proferuntur in Ἀρβαζάκιος. Hujus autem subtilissimi retis nexus tam tenues, ut omnem oculorum aciem fugerent, et ab *Homero* cum araneae tela comparentur: ἀφανῆ δεσμὰ paullo ante *Noster*, et *Aelian.* de Anim. II. c. 30. δεσμὰ ἀφανῆ ὑπὲρ τὰ Ἡφαίστου τὰ Ὁμήρεια. HEMST.

Pag. 54. l. 1. *Τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον*) h. e. illud vero jucundissimum spectaculum mihi prope ipsum opus Venereum visum est; scilicet ferme ita hoc spectaculo delectatus fui, quam si ipse iisdem fruerer gaudiis. Sic enim hunc locum intelligendum puto, ut Mercurius verba illa (*μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον*) ad se referat, non autem ad Venerem et Martem, quos jam ante dixerat *ἐν ἔργῳ εἶναι.* Nihil hic videtur intellexisse vulgatus interpres. Quae deinceps ait Mercurius, se nempe invidisse Marti istum cum Venere lusum, et sibi ista vincula, quibus cum Venere conjunctus comprehenderetur, optasse, plane conveniunt iis, quae in eodem hoc jocoso argumento habet *Ovidius* Metam. IV. v. 185.

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas,
Admisitque Deos. Illi jacuere ligati
Turpiter. Atque aliquis de Dis non tristibus optat
Sic fieri turpis.

JENS. Supra XV, extr. Apollo idem se optare dicit. LEHM.

Ead. l. 2. *Μονονουχὶ αὐτὸ γ. τὸ ἔργον*) Poterat scribi, μονονουχὶ ἐν αὐτῷ γιγνομένων τῷ ἔργῳ· modo, *καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν·* nihil tamen est, cur a lectione recepta discedamus: quem sensum probarem, vertendo patefeci. Ἔργον et ἐνεργεῖν in re Venerea pervulgati sunt usus. Vid. *Barth.* ad *Claudian.* Epith. Pall. et Celer. v. 130. *Keuchen.* ad *Seren. Samon.* v. 610. Commentatores ad *Petron.* p. 404. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 413. HEMST. Aberraverat nempe *Jensius,* ut etiam *Poppo* observat, eo, quod ἥδιστον arctissime cum τὸ θέαμα conjunxit, quum sit Praedicatum habendum. LEHM.

Ibid. *Γιγνόμενον τὸ ἔργον*) Id est, *coitus.* GUYET.

Ead. l. 6. *Ἐφθόνουν τῷ Ἄρει*) Totus hic quidem dialogus ex *Homero* deformatus; sed istorum lepor vix est, ut sa-

tis intelligi possit, nisi poëtam ipsum legeris Od. Θ. 335. Apollinem Deorum postremum ponit v. 323. qui ad jucundissimum spectaculum advolarint: inde *Noster* Mercurium fecit haec a se jam visa Apollini narrare. Idem exemplar placuit *Paulo Silentiario*, nisi, quod potius existimo, vetustioris sit, Anthol. VII. Epigr. 54. In Amoribus, *εὐτυχέστατος θεῶν ὁ διὰ ταύτην δεθεὶς Ἄρης. Lucianus ξυνδεδεμένοι*, *δεδεμένῳ, δεδέσθαι·* quae forma *Thomae* videtur elegantior, quam *δεθεὶς, δεθῆναι.* Hemst.

Ead. l. 9. *Οὐκοῦν καὶ δεδεῖσθαι ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ*) *Num ergo et vinciri te sic patereris?* ocyus emenda *δεῖσθαι* vel *δεδῆσθαι.* Quid enim sibi vult *δεδεῖσθαι?* Jens. *Δεδέσθαι*) Ex ed. *J.* est, cui suffragatur L. reliquae omnes *δεδεῖσθαι* mendose. Solan.

Ead. l. 29. *Ἐγὼ μὲν*) Repetit omnia hujus Dialogi in Bacch. *Eurip. Nonn. Ovid.* alii. Bourd.

Ead. l. 30. *Μίτρα*) Mitram gestasse viris turpe et molle censebatur, ut apud nostrum *Lucianum* alibi adparet. Quin et *θηλυμίτρης* per probrum hic Bacchus vocatur. Cogn.

Pag. 55. l. 3. *Παντὶ*) In veteribus Codd. *πάνυ* et *Πανὶ* fuisse testantur *Scholia;* quod ego olim amplectebar. Nunc genuinam esse scripturam *παντὶ* censeo, quia *cuivis similem potius, quam sibi,* melius videtur, quam *Pani similem.* Solan.

Ead. l. 5. *Θηλυμίτρης*) Dicemus ad Bacch. c. 4. ubi de expeditionibus ejus plura. Bellicam Bacchi virtutem enumerando victorias Jupiter adstruit: et merito quidem; nam

— choreis aptior et jocis
Ludoque dictus, non sat idoneus
Pugnae ferebatur, —

Horatio teste II. Od. 19. v. 25. quos tamen rumusculos parum secundos jam bello Giganteo, ubi Bacchi specie leonina tecti opera fuit fortis ac minime poenitenda, discusserat. Hemst. Non sine fructu conferri potest *Arrian.* Ind. Hist. c. 7. Hemst. I.

Ead. l. 9. *Στράτῳ*) Schol. et Coll. Solan. Nulla fuit caussa, cur mutarem *στρατιωτικῷ·* *τὸ στρατιωτικὸν* pro militibus aut exercitu apud *Thucydidem, Diodorum, Pausaniam* p. 423. *Herodianum,* satis familiare, ut *τὸ ἱππικὸν, τὸ ναυτικὸν, τὸ Ἑλληνικόν.* Hemst.

Ead. l. 15. *Καταδήσας*) Vid. *Ovid.* Met. III. Fab. 8. Solan. Inde a v. 511. Penthei fabulam tractavit *Euripides* in Bacchis, tractaverat etiam *Aeschylus,* cujus Pentheus periit. De Bacchico furore cf. *Virg.* Aen. VII, 373. sq. Lehm.

Ead. l. 17. *Οὐδεὶς φθόνος*) Nolim vertere, *non est quod*

invideas: non enim invidebat Juno Baccho, sed eum reprehendebat. Verterim potius: *non debet hoc ei creare invidiam*, hoc est, *odium*. Solent invidia et odium esse conjuncta; ideoque eorum adfectuum nomina interdum miscentur. Cler. Est formula solennis, qua dicebat aliquis, se nolle, ut res quaepiam offendat, vel obesse credatur, vel in malam vertatur partem, invidiamve creet. Frequens inprimis *Luciano*. Vit. Auct. c. 21. Rhet. Praec. c. 1. Pseudol. c. 30. Sic et *Aeschyl.* Prom. V. v. 629. *Φθόνος μὲν οὐδείς.* Verterim: das schadet nichts, es hat nichts zu sagen. Similiter prorsus *Virg.* Aen. IV, 349.

Quae tandem, Ausonia Teucros considere terra,
Invidia est? —

Lehm.

Pag. 56. l. 6. *'Ικάριον*) *Hygin.* fab. 130. Solan. Icarum saepe Latini, Graeci vix aliter quam Icarium adpellant: notavit *H. Grotius* ad *Germanici* Phaenom. vide *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. 130. Addam *Aeliani* locum de Anim. VII. c. 28. ut eum interpositae negantis particulae soliusque distinctionis ope a pravis tum versione tum emendatione vindicem: *"Οτε τὸν 'Ικάριον ἀπέκτειναν οἱ προσήκοντες τοῖς πρῶτον πιοῦσιν οἶνον, καὶ εἰς ὕπνον ἐμπεσοῦσιν, οὐκ εἰδότες πω οὐ θάνατον εἶναι τὸ πραχθὲν, ἀλλ' οἰνηρὸν κάρον, νενόσηκαν οἱ κατὰ τὴν 'Αττικὴν, ἐμοὶ δοκεῖν, τοῦ Διονύσου τιμωροῦντος τῷ πρώτῳ γεωργῷ τῶν αὐτοῦ φυτῶν καὶ πρεσβυτάτῳ.* Jam nihil, ut puto, in istis est, quod ulla parte lectorem impedire possit. Quantum in hac fabula narranda veteres dissideant, commemorare non videtur operae pretium. Hemst.

Ead. l. 13. *Οὐδὲν ἂν ἐργάσαιτο*] Malim: *οὐδὲν ἂν εἰργάσατο τοιοῦτον οὐδένα τῶν ξυμποτῶν·* ut exempli raritate facinus hoc apud Junonem Jupiter excuset: *ξυμπόται* non simpliciter de sodalibus Icarii, sed de quibusvis vino deditis intelligendi. Hemst. I. Nihili istam conjecturam esse, ipsius *Hemsterhusii* aetate provectioris silentium evincit. Lehm.

Ead. l. 14. *'Επιζηλοτυπεῖν*) Habet *Stephanus*, sed auctoritate nulla firmatum. Ex hoc loco compositum illud in Lexica pervenisse credibile est: si quis pro spurio expellendum sentiat, eum nihil morabor: nam hic quidem sine dubio legi debet *ἔτι ζηλοτυπεῖν·* saepius ista particula vitiata verbis sequentibus adhaesit: vide Hermot. §. 13. neque aliter statuisse videtur *Brodaeus* ad Anthol. I. c. 13. Ep. 2. proferens, *ζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ "Ηρα.* *Εἶγε* omnium edd. non

videbatur mutandum; quamvis in *A.* 1. *W.* ἦγε itidem notatum reperiam. Hemst.

Pag. 57. l. 1. Ἦγε) Sic L. ἦτε P. Impressi εἴ γε. Solan.

Ead. l. 14. Τί) Hujus dialogi argumentum festivissime in Cupidine suo tractavit *Georg. Sabinus*, qui ad hujus videtur imitationem confictus, nec minus est elegans. Cogn.

Ead. l. 16. Τὴν Ῥέαν) Insignis haec Juntinae ed. emendatio, quam confirmant insuper P. et L. reliquae enim omnes Ἥραν. At Junonis amores quis novit? Adonidem solum amasse dicitur. V. *Clem. Alex.* p. 15. A. Solan. Nullum est in fabulis Junonis a Cupidine vulneratae vestigium: neque satis erat decorum, ut, quae virtutis castitatisque custos habebatur ac praeses, telis tam noxiis pateret. Nam quod ab Eurymedonte Titane, antequam Jovi traderetur, virginem fuisse vitiatam ferunt, ex eoque furtivo congressu Prometheum exstitisse, vix uno alterove teste, atque in tam gravi crimine parum idoneo, probari potest. Si quid ejus generis habuisset Jupiter, quod ulla veri specie conjugi objiceret, hoc scilicet ille, non parum alioquin iracundus, tacuisset, neque in hisce dialogis violati matrimonii tam saepe reus Junonem in amores suos importunius invectam flagitii similis exprobratione repulisset? De Adonide quod commemoratur, in *Clemente* reperiri non equidem recordor; et nescio, an hunc errorem festinatio pepererit: nam Protr. p. 21. B. legitur καὶ ἤρα Ἀδώνιδος, nimirum Ἀφροδίτη· illud ἤρα literis iisdem constans, quibus Ἥρα, minus adtentum fallere videtur potuisse: quin in ipsum Jovem amati Adonidis suspicio meliore jure cadat: is enim a se impetrare non potuit, ut possessionem formosissimi juvenis Veneri Proserpinaeque relinqueret incontroversam, si vera sunt, quae notat *Schol. Theocr.* ad Eid. XV. v. 86. Apud *Lucianum* igitur pro Junone amplectenda fuit Ῥέα, cui jam vetulae atque emeritae Cupido pudendum in modum insultavit, ut ipse gloriatur Dial. XII. *Philostr.* Ep. XXXIX. οὕτω καὶ ὁ Ἀπόλλων ποιμένων ἤρα, καὶ Ἀφροδίτη βουκόλων, καὶ Ῥέα ἀγροίκων, καὶ Δημήτηρ τῶν τὰ ἄστη οὐκ εἰδότων· ibi pro Ῥέα scribitur in Cod. Pal. secundo Ἥρα. Contra in *Plutarcho* de Fluv. c. 18. p. 59. καὶ κατ' ἄγνοιαν τῇ Ῥέᾳ συγγινόμενον τὸν Δία θεασάμενος, reponendum est τῇ Ἥρᾳ, ut ex iis manifesto patet, quae traduntur p. 64. Mox si probes ἐπ' ἐκείνης, capiendum erit, *quod ad illam adtinet:* sin malis ἐπ' ἐκείνῃ, vel ἐπ' ἐκείνην, *adversus illam;* idque convenire magis videtur. Qualem vero se pater pepererit, ab Amoris

ictibus tutam, audi, quemadmodum ipsamet praedicet in *Apollon. Rh.* Argon. III, 32.

Ἥρη, νῆϊδα μέν με πατὴρ τέκε τοῖο βολάων,
Οὐδέ τινα χρειὼ θελκτήριον οἶδα πόθοιο.

Hemst. In ἐπ' ἐκείνης etiam *Poppo* haesisse videtur. Est h. l. ἐπὶ cum Genitivo de objecto capiendum: *fax illi admota*, brevi, *in illa*, an ihr, bey ihr, ut Catapl. c. 4. Aeacus ad Mercurium eadem orationis forma utitur: *Μὴ ἐπὶ πάντων, ὦ Ἑρμῆ, χρῶ τῇ κλεπτικῇ*, *apud omnes*; cum *Sallustio* dicas etiam *in omnibus*. Nota enim sunt historici illius: *fideles in amicis*, Cortiana lectione B. Cat. c. 9, 2. *misericordes in furibus aerarii* ibid. cap. 52, 12. *crudelia in civibus facere* c. 11, 4. ad quae loca vid. *Cort.* Cuilibet itaque mutationi equidem intercedam. Lehm.

Ead. l. 19. *Χαροπή*) *Hesych.* *Χαροπὸς, γλαυκὸς, ξανθὸς, φοβερὸς* etc. Guyet.

Pag. 58. l. 1. *Ἐκπλήττει*) Parisiensis mutavit in ἐπι —. prave. Solan.

Ead. l. 4. *Ὁ Ἄρης γὰρ*] Miror *Schmiederum* et *Matthiaeium* e cod. 1428. lectionem: *Ὁ Ἄρης δὲ*, haud dubie pejorem illam, etsi *Belinus* multo meliorem dicit, dedisse pro longe praestantiori vulgata. Est enim haec elliptica quaestio sic explicanda: Miror, quod Minervam vereris: *nam* Mars haud dubie multo terribilior est. Verte: Mars *vero* (hoc tamen non est illud δὲ) nonne terribilior est? Vid. *Hoogeveen.* de partt. Grr. p. 137. et 614. sq. *Schütz.* Quod vero h. l. non dicitur *οὐ γὰρ*, ut alibi, e. g. Diall. Mortt. VI, 1., sed *γὰρ οὐ*, in eo non offendet, nisi qui horum sensum prorsus neglexerit. Nam quia in nomine ὁ *Ἄρης* maxima est vis, non poterat Venus dicere: ὁ *Ἄρης οὐ γὰρ φ. ἦν*, neque melius: *Οὐ γὰρ ὁ Ἄρης* etc., sed debebant haec verba eo, quo vere leguntur, ordine pronuntiari. In sequentibus scrupulum injecit *Popponi* temporum diversitas. Eximetur, si cogites scriptum *ἀφοπλίσας νενίκηκας*. Succurrit e psephismate illo Timon. c. 50. locus: *Ἐπειδὴ Τίμων — παρὰ πάντα χρόνον διατελεῖ — — νενίκηκε δὲ πὺξ, καὶ πάλην — — καὶ ἠρίστευσε δὲ — καὶ κατέκοψε — ἔτι δὲ καὶ — ὠφέλησε* etc. Ejusmodi structurae, etsi, ut consentaneum est, haud frequentissimae, in se tamen ipsae satis habent et praesidii et commendationis. Lehm.

Ead. l. 7. *Ὑφορᾶται*) Eleganter *Erasmus*, *adductis superciliis observat*, utraque verbi potestate conjuncta: melius ab eo non discessisset *Benedictus*, qui dedit, *torve semper adspicit:* hoc est *δριμὺ ὁρᾶν*, quod paullo post sequitur. Hic

autem *ὑφορᾶσθαι suspectum habere, et diligenter, ne noceat, observare. Aristotel.* de Anim. I. c. 44. de leone: *ἔστι δὲ τὸ ἦθος οὐχ ὑπόπτης οὐδενὸς, οὐδ' ὑφορώμενος οὐδέν·* contra Mars Cupidinem dicitur *προςίεσθαι* et *προςκαλεῖσθαι*, tantum abest, ut ab eo cavendum sibi putet. De verbo *ὑφορᾶν* plura *Stephanus* in Thes. et nimis quidem, ut saepe solet, tenuiter. Hemst.

Ead. l. 12. *Πρόςωπόν τι*) Id est, *τὴν αἰγίδα σὺν τῷ τῆς Γοργόνος προςώπῳ.* Guyet. Dono acceperat a Perseo, qui Gorgonem interfecerat; de quo Dial. Marr. XIV. Cf. *Apollod.* p. 95. *Homer.* Il. V, 741. sq. *Ovid.* Met. L. IV. extr. *Virg.* Aen. VIII, 435. sq. Lehm.

Ead. l. 16. *Αἱ δὲ Μοῦσαι* etc.) Bene factum, quod *Lucianus* Musarum castitatem ipsius Cupidinis testimonio adjuverit, quo persuasissimum fiat, *παρθένους ἀειθαλεῖς* et *ἀειπαρθένους*, ut vocantur, re vera esse. Non diffitemur, vix ullam in novenario numero reperiri, ex qua non aliquis concubitu furtivo susceptus legatur: recensuit agmen hoc vanissimus *Tzetz.* ad *Hesiod.* Opp. et D. p. 7. ex veterum Grammaticorum corruptis exemplaribus; quae alio loco dabimus emendatiora: neque difficile foret hunc indicem augere. Verum, si usquam alias in fabulis antiquis, hic certe advocandum est, cujus cunei ope durissima quaeque levi negotio perrumpas, explicationis allegoricae remedium, ut tantum dedecus a choro dilectissimarum virginum amoveamus; quas utinam eorum nulli, qui se colere videri volunt, prostituere conarentur. Venustum est nescio cujus *Musicii* (ab aliis auctor *Plato* habitus) Epigramma Anthol. I. c. 7. et ad *Luciani* mentem adcommodatum:

Ἁ Κύπρις Μούσαισι, κοράσια τὰν Ἀφροδίταν
Τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρον ὔμμιν ἐφοπλίσομαι·
Χ' αἱ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν, Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα.
Ἡμῖν δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

Ibi vide *Brodaeum.* Hemst. Cf. etiam *Bion.* Idyll. V. Lehm.

Ead. l. 17. *Ἔξω βελῶν*) Adludit ad proverbium *ἔξω βελῶν*, id est, extra telorum jactum, pro eo, quod est, in tuto citraque periculum. Hoc proverbium frequens est apud *Lucianum* in Votis, in Baccho, et in Dial. Cyclopis et Neptuni. Cogn.

Pag. 59. l. 3. *Τὴν δὲ Ἄρτεμιν* etc.) Perpetuae virginitatis decus petenti, Minerva suggerente, Dianae Jupiter concesserat. *Callimach.* H. in Dian. v. 6. ubi hac de re multa notat *Ez. Spanhemius.* Hemst.

Ead. l. 11. *Ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς*) Scribendum for-

te: ἔπειτα τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς αἰδοῦμαι τοξότην. Guyet. Non metuo, ne quis abripi se patiatur prava *Guyeti* correctione: nihil hoc loco alienius. Saepius homini, ceteroquin ingenioso ac docto, contigit, ut inter subitam legendi festinationem, re minus pensiculate considerata, emendationes plane absonas projecerit; quas ego quidem utilius existimarem in lituris perire, quam luci donari. Hemst.

Pag. 60. l. 2. Θεῶν Κρίσις) In Ox. aliter habet titulus: ἡ κρίσις τῶν τριῶν Θεαινῶν, Ἥρας, Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀφροδίτης. Solan. Conferri cum hoc colloquio jubent *Seyboldus* et *Poppo Wielandii* jocosam narrationem: Das Urtheil des Paris, et *Kösteri* versionem dialogi vernaculam, cui adjecta est dialogi Lucianei comparatio cum *Wielandii* fabula. Giess. 1770. Pertinet huc etiam Dial. Mar. V. Lehm.

Ead. l. 8. Τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ) Idae montis tres numerant vertices, qui in totidem promontoria desinunt, Lectum, Gargarum vel Gargara, et Phalacram: *Schol. Homer.* ad Il. Θ. 48. Ξ. 284. *Eustathius* p. 697. Sigeum addit *Schol. Nicandri* ad Alexiph. v. 40.

Ἴδης ἐν κνημοῖσι Φαλακραίης ἐνὶ βήσσης·

pro quo nescio, quam recte supposuerit Pergamum sive *Tzetzes*, sive vetustior aliquis commentator ad *Lycophr.* v. 24. Gargarum omnium est, *Homero* teste, celsissimum: Γάργαρον ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς — Il. Ξ. 292. idque recte observat *Macrob.* Saturn. V. c. 20. Isto autem genere post *Homerum* Graeci τὸ Γάργαρον, et *Epicharmus*, Γάργαρ' ἀγάννιφα· nam urbs antiqua, quam Leleges in eo cacumine condiderant, ἡ Γάργαρος, ut ex *Alcmane* probat *Stephanus*: vide *Etymol.* p. 221. verum postea, cum immodico frigore compulsi cives novam urbem in subjectam monti planitiem deduxissent, genere numeroque mutata τὰ Γάργαρα dixerunt. Ita Γάργαρον et τὰ νῦν Γάργαρα πόλιν Αἰολικὴν distinguit *Strabo* XIII. p. 874. C. 903. C. *Hesychius* quidem: Γάργαρον, ἀκρωτήριον ὄρους Ἴδης, καὶ πόλις Τροίας πλησίον Ἀντάνδρου· sed valde verendum est, ne, quemadmodum in plerisque, hic etiam mutilatum acceperimus. Latini post *Virgilium* Gargara cacumen Idae non minus, quam ipsam urbem adpellarunt. *Stat.* Theb. I, 549. *Gargara desidunt surgenti* — ubi quae notat *Lactantius, Servio* debentur ad Aen. IX, 86. *Plin.* H. N. V, 30. at *Vibius Sequester: Gargarus in Phrygia Idae montis cacumen:* sed hujus auctoritatem si parvi pendamus, nihil tamen habebit, quod queratur. Idam plerique nominant, ubi Paris judex sederit Deabus: ideo *Mela* I, 18. *Ipse mons vetere Divarum certamine et judicio Paridis memoratur:*

neque aliter fere *Euripides*, qui saepius ejus rei meminit: Troad. v. 976. ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι Ἰδαῖον εἰς κευθμῶνα. Hel. v. 23.

Ὅτ' Ἰδαῖαν εἰς νάπαν ἦλθ' ὁ Τῆς Μαίας τε καὶ Διὸς γόνος.

Androm. v. 274. et mox:

Ταὶ δ' ἐπεὶ ὑλοκόμον νάπος ἦλθον·

tum Ἰδαῖον λέπας· ridentem vero loci fontibus irrigui amoenitatem describit Iphig. in Aul. v. 1294. unde poëtarum ingeniosissimus:

Est locus in mediae nemorosis vallibus Idae.

Callim. Hymn. in Lav. Pall. v. 18. Οὐδ' ὅκα τὰν Ἴδα Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν, ut vir summus egregie restituit. Vid. *Sil. Italic.* VII, 437. *Noster*, qui paullo adcuratius fabulae scenam in Gargaro ponit, sine dubio, quos sequeretur, vetustos habuit auctores. *Strabo* scribit, in recessu sinus Adramytteni, qui proprie sic adpellatus ab una parte Gargara urbem, ab altera promontorium ostendit Pyrrham, sitam esse Antandrum ὑπερκείμενον ἔχουσαν ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀλεξάνδρειαν, ὅπου τὰς θεὰς κριθῆναι φασὶν ὑπὸ τοῦ Πάριδος· quae repetit *Eustath.* ad Il. Ξ. p. 986. idem apud *Stephanum* ex *Timosthene* in Ἀλεξάνδρεια· satis adparet situm hujus loci a Gargaro parum discrepare. Neque de nihilo est, quod §. 5. antri mentionem *Lucianus* facit: praeterquam enim, quod *Euripidis* Ἰδαῖος κευθμὼν et cetera, quae protulimus, commode respondeant, antrum aliquod venerabile atque augustum ad Idam fere mediam exstitisse constat, ubi, credentibus adcolis, Dearum litem Paris disceptaverit. *Diodor. Sic.* XVI. p. 565. C. μέγιστον δὲ ὑπάρχον (mons Ida) τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον θεοπρεπὲς, ἐν ᾧ φασὶ κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου· is quidem locus alius esse non potest, quam memorata *Straboni* Alexandria. Paullulum hinc diversus abiit *Coluthus* in Raptu Helen. carmine corruptissimo simul et mutilo, v. 14.

— αὐταὶ γὰρ ἐθηήσασθε μολοῦσας (tres Deas; nam ita videtur scribendum, non μολοῦσαι)
Ἰδαίης δικάρηνον ἐπὶ πρηῶνα Φαλάκρης·

ex eo cacumine caesae narrantur arbores, ex quibus classis est contexta, qua vectus Spartam petiit Alexander: propterea Φαλακραίας κόρας argute vocavit *Lycophron*: verum qui sedem ibi judicii collocaverit, alius occurrit nemo. Ceterum observat *Macrobius* Saturn. V, 16. *nullam commemorationem de judicio Paridis Homerum admittere*: quae si fidem inveniant, tum vero supposititios haberi oportet versus eos, qui leguntur Il. Ω. 29. itaque censuisse veterum quosdam docuit

Fulv. Ursinus in *Virg.* cum Gr. Scr. coll. p. 196. nec sane mihi probabile videtur, ab *Homero* esse profectos: si enim jam tum fabula fuisset nota, quis credat, principem vatem in materia tam benigna, ubi facultatis poëticae virtus nitidissime poterat explicari, fore desidem, sic ut nusquam suis luminibus ornatam intersereret tam bellam gravissimi belli caussam? Neque desunt, quas nunc quidem promere non est opportunum, plures rationes, quibus moveor, ut post *Homerum* celeberrimi judicii commentum prodiisse demum credam. Exstitit inter alia multiplicis caelaturae argumenta in illa Cypseli vel Cypselidarum arca, cujus in Junonis Eleae templo dedicatae meminit *Dion Chrys.* Or. X. p. 163. B. solicitam descriptionem exposuit *Pausan.* V. p. 419. cum tali epigrammate p. 425.

Ἑρμείας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δεικνῦσι, διαιτῆν
Τοῦ εἴδους, Ἥραν καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀφροδίταν·

quod si Eumelum Corinthium habeat auctorem, ut sane suspicatur *Pausanias*, vetustissimum esse oportet. Fabulae vero non injucundae mentem aliter atque aliter acceperunt recentiores. Qui nomine *Daretis Phrygii* celatur, c. VII. de fabula somnium facit, quod Paridi revera fuerit oblatum: nec secus *Devonius* de Bell. Troj. II, 228. in multis pessime corruptus. *Dion Chrysostomus*, ut philosophus, morem Socraticum, mutandis in omnes disciplinae moralis formas pro re nata fabellis, sequitur: Orat. XX. p. 266. 267. Paridem inducit animo vacuum et inertis otii plenum, qui, dum nihil habet melius, quod agat, ejusmodi cogitationibus indulget, quae libidinem irritent, ac tandem in juvene nobili et potente prorumpant: eandem rem longe diversa via tractat in Orat. Troica atque alibi. At si *Cedrenus*, *Suidas* in *Πάριον*, *Malela* p. 114. testes habeantur satis idonei, jam Paris erit inter antiquissimos scriptores adnumerandus, quippe qui encomium Veneris Junoni Minervaeque praelatae composuerit; itidem hymnum titulo *Κεστοῦ* praescriptum: a talibus incunabulis exortam esse fabulam, his, si lubet, auctoribus crede. Ceterum Paridem ad litem Dearum finiendam lectum hi *δικαστὴν* vel *κριτὴν*, *διαιτητὴν* alii vocant: utrumque *Noster*: *Lycophron* v. 93. *κάλλους τὸν* (nisi quis malit *ταῖς*) *θυωριτην τριπλαῖς*· translatae locutionis expediendae viam nisi veteres ostendissent, minus equidem mirarer, in ea declaranda Commentatores eruditissimos non laborare tantum, sed labi. *Θυωρὸς* est primum mensa sacra et ministeriis divinis apta, ut *Festus* ait in *Anclabris*; quam in Christianorum etiam templis *θυωρὸν* *Nicetas* aliique dixerunt: deinde

mensa communis et amica; τὴν φιλικὴν τράπεζαν exponit *Schol. Callim.* ad H. in Dian. v. 134. ubi vide viri illustris observationes: hinc in *Hesychio* Θυωρεῖσθαι, εὐωχεῖσθαι. Tum porro similiter ac τράπεζα mensariorum est, et τραπεζίτης idem, qui ἀργυρογνώμων, sic θυωρίτην ut usurparet, licere sibi voluit *Lycophron. Hesychii* conturbata hunc in modum repone: Θυωρίτης, τραπεζίτης· καὶ τοὺς ἱερεῖς καὶ μυρεψοὺς οὕτω, scilicet καλοῦσι. Θυωρὸν, τράπεζαν, τὴν τὰ θύη φυλάσσουσαν. Latine dixeris, *formarum pulchritudinisque spectatorem*: sicuti *pecuniae spectatores* dici, qui nummos probarent, notavit *Donatus* ad *Terentii* Eun. A. III. Sc. V. tribusque modis debitum pecuniarium solvi, pensione, spectatione, quando dicitur *lectum est*, et numero, ad Phorm. A. I. Sc. 2. et *spectator veteris monetae Symmacho* III. Ep. 11. ἀργυρογνώμων παλαιοῦ κόμματος. rem illustrat egregius non *Theocriti* quidem, sed suavissimi tamen Ionis poëtae locus Eid. XII, 36.

Λυδίῃ ἴσον ἔχειν πέτρῃ στόμα, χρυσὸν ὁποίῃ
Πεύθονται μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον, ἀργυραμοιβοί.

Etymologi emendationem a *Pottero* prolatam *Sylburgius* occupavit: ego nihil mutandum arbitror, nisi ἀπὸ τῆς ἄ..ης (τραπέζης) ὅτι ἔκρινεν τὰς θεάς· *nunc autem translatio ducta est ab alia mensa*, nimirum nummularia: παρὰ Λυκόφρονι autem revocari debet ad superiora subjungendum voci τριπλαῖς, vel κριτήν· locum descripsit *Phavorinus*. Quae vero in hac fabula *Lucianeis* vel simillima, vel parumper discrepantia reperiuntur apud alios scriptores, operae non videtur studiosius adnotare. HEMST.

Ibid. Τῷ Γαργάρῳ) *Suidas* et *Stephanus* Γάργαρα vocant. At *Noster* iterum c. 3. τὸ Γ — et Charid. c. 7. Vide Dial. IV. et *Hom.* Il. Θ. 48. SOLAN.

Ead. l. 9. Σοφὸς τὰ ἐρωτικά) Talem se ferebat Socrates; eoque ipso titulo propterea donatur a sectae suae philosophis, et *Luciano* in Vit. Auct. c. 15. Quod illi de Socrate praedicabant, ad Alexandrum dubito an malitiose traduxerit *Lucianus*. HEMST. Cf. Diall. Mortt. XX, 6. et, quem citavit *Belinus*, *Plat.* Lys. p. 206. Steph. LEHM.

Ead. l. 13. Ἐπίσης τε ὑμᾶς) Incommodum illud τε, quod servari non potest, nisi sequentia his adnexa sic constituas: ἐπίσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, καὶ, εἴγε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικηκυίας ἰδών. Malo tamen, et mollior est medicina, τε mutare in γε, probata distinctione vulgari. Mox ὁ δὲ νεανίας οὗτος pro αὐτός. HEMST. Recepit οὗτος *Poppo. Idem* in antecedentibus recte tuetur vulgatam rationem. Etsi

enim lectione cod. 2954. ἰδὼν conjecturae *Hemst.* aliquid ponderis accedere videtur, neque tamen vel hanc, vel aliam quamcunque horum verborum mutationem probandam censeo. De hujusmodi particularum τε et καὶ structura inflexa monuerunt *Schaefer.* ad *Gregor. Cor.* p. 3. et *Heindorf.* ad *Platon.* Phaedr. p. 352. LEHM.

Pag. 62. l. 1. Ὅπως) Subint. *videte.* GUYET.

Ead. l. 9. Πρὸς ἐμοῦ λέγ.) Attica locutio. *Aristoph.* Vesp. v. 645.

Τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπά —
Καὶ χαλεπὸν μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι.

Schol. minus adcurate: ἀντὶ τοῦ μὴ ὑπὲρ ἐμοῦ· μὴ ἀρέσκοντα μοὶ λέγοντι. *Plato* in Hipp. p. 1248. A. Συγχωρῶ ταῦτα· δοκεῖς γὰρ τὸν λόγον πρὸς ἐμοῦ λέγειν. HEMST. Demosth Enc. c. 4. πρὸς Ὁμήρου τετάχθαι, ab *Homeri partibus stare.* LEHM.

Ead. l. 12. Οὐ παντελῶς ἄγαμος etc.) Οἰνώνη Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγάτηρ, quam, ut rem minuat Mercurius, ἔγημε Paris. Vide *Apollod.* III, 10. §. 6. (p. m. 93. C.) LEED. *Ovid.* Heroid. V. LEHM.

Ead. l. 14. Συνοικεῖν) Utitur hoc loco *Muretus* Var. Lect. VI. c. 7. HEMST.

Ibid. Ἱκανὴ μὲν) Supra *Graevius* ad Dial. VI. vertit, *commoda quidem, sed rustica,* interprete castigato, qui dederat, *sat quidem formosa.* Non audio: saepius enim ἱκανὸς et ἀγαθὸς praestantiam atque excellentiam notant in ea re, de qua sermo habetur: hic autem satis est apertum, formae fieri debere mentionem: ne dicam minus congruere *commodam* et *rusticam:* formosam vero eandem esse et rusticam, nihil vetat. Oenones pulchritudinem poëtae laudant: historiam totam enarravit *Parthen.* Erot. c. IV. HEMST. De formula προσέχειν τινι in re amatoria et conjugali vid. supra ad dial. V, 1. LEHM.

Ead. l. 17. Ἄλλως ἠρόμην) Mox vim istius ἄλλως *Lucianus* ipse declarat: ἄλλως ἐπελθὸν, οὐκ ἐξεπίτηδες ἤρετό με· *nullo certo consilio neque de industria.* Parum recte videtur intellexisse *D. Heinsius* ad *Hesiod.* Opera et Dies v. 344. melius *Stephanus* in Thes. T. I. p. 343. HEMST. Ἐπελθὸν vero illud, etsi non male ab interprete Latino versum, cavendum tamen, ne pro objecto vulgari habeatur. Recte observavit *Poppo*, laudans doctissimi *Matthiaei* Grammat. Gr. p. 821. absolute ἐπελθὸν dictum, ut et aliorum verborum impersonalium Participia neutrius generis, δέον. ἐξὸν etc. *quum casu in mentem venerit.* De particulis ὡς δή τί sociatis ad Necyom. c. 8. LEHM.

Pag. 63. lin. 1. *Παραπρεσβεύεις*) Id est, *praevaricaris.* Guyet.

Ibid. *Κοινολογούμενος*) Sic Nigr. c. 14. et Gall. c. 25. πρὸς οὖς τισι —. Solan.

Ead. l. 4. *Ἤρετο*) Ox. in editis εἴρετο. Solan. Non est prorsus, quod Mercurius, qui idem mox forma vulgari ἤρετο utitur, in his poëtice locutus putetur, quum praesertim et paullo ante Venus ἠρόμην dixisset. Praeterea codd. 2954. et Gorl. confirmant Oxoniensem lectionem, ut jure nostro cum *Schmiedero* et *Poppone* eam restituisse videamur. Lehm.

Ead. l. 18. *Καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν*) Haec profert *Thom. Mag.* in *Βούλομαι.* Hemst.

Pag. 64. l. 3. *Ἀλλὰ μεταξὺ* etc.) *Sed inter colloquendum multum progressi jam a stellis recessimus*, sive, ut non male interpres, *stellas emensi sumus.* Sic loquitur etiam in Icaromenippo *παμπολὺ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας*, ubi *Erasmus*, *cum plurimum nubium essem emensus.* Sed *Budaeus* et *Stephanus* hunc locum suspectum habent, et aliter scripsisse *Lucianum* putant. Et rursus in dialogo Doridis et Thetidos: *ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλασσαν*, *postquam longe a terra provecti in altum erant.* Vides hoc loquendi genus familiare fuisse *Luciano*. *Hesych.* *Ἀπεσπάδαντο, ἀπέστησαν.* leg. *ἀπεσπάσαντο.* Graev.

Ibid. *Ἀπεσπάσαμεν*) An scribendum? *ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη προϊόντες πολὺ ἀπεσπάσθημεν τῶν ἀστέρων.* Guyet. Subintellige *ἑαυτούς*· quasi dixisset, *ἐσπάσαμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἀστέρων*, *nos procul ab astris subduximus.* Cler. Injuria *Budaeus* et *Stephanus* Thes. T. III. p. 918. G. hoc verbum in Icaromenippo suspectum habuerunt. Ubi significandi rationem aperuero, res erit manifesta. *Ἀποσπᾶν*, *avellere, distrahere, avocare:* *ἀποσπᾶσθαι* vel *ἀποσπασθῆναι* eos dicunt, qui ab amicissimorum amplexu vix divelli possunt ac discedere: ita capiendum esse Actt. App. XXI, 1. praecedentia satis confirmant: neque audiendos puto, qui *Grotio* obloquuntur. (Commode ibi *Kuinoelius* locum adfert ex *Eurip.* Alc. 287. *οὐκ ἠθέλησα ζῆν ἀποσπασθεῖσά σου.* Lehm.) Deinde ad eos pertinet, qui quadam agendi contentione ac vehementi studio alicunde digrediuntur, atque avocari se patiuntur, raro commodi caussa, ut in *Xenoph.* Cyrop. II. p. 164. v. 11. *Aelian.* de Anim. VII. c. 6. saepius inconsiderate, sic ut periculum aliquod aut damnum gravius consequatur: Excerpta *Nicolai Damasc.* p. 426. *ὄνον ἄγριον διώκων ἐπιπλεῖστον ἀποσπᾶται τῶν ἑαυτοῦ.* *Polyaen.* VI. c. 16. §. 4. *ὡς*

δὲ μακρὰν ἀπεσπάσθησαν ἄχρι πελάγους διώκοντες· exemplis, quorum apud historicos abundat copia, cumulandis parco. Haec in Atticis castigatissimisque scriptoribus satis sunt usitata: verum quando ἀποσπασθῆναι simpliciter pro χωρισθῆναι, *recedere, digredi* ponitur, illud jam communi, quam vocant, et minus adcuratae Graece loquendi formae proprium est: ita *Lucas* in Evang. XXII, 41. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν· veteres exponunt ἀπέστη, ἀνεχωρίσθη· neque aliud est, quam interpretamentum *C. Cant.* lectio ἀπεστάθη. Eandem vim obtinuit ἀποσπάσαι, ubi tum intelligendum est ἑαυτόν· quod a Macedonica vel Alexandrina dialecto videtur tractum: nam apud vetustiores vix equidem reperiri putem. 2. Maccab. XII, 10. pro eo, quod vulgatur, Ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπασθέντων σταδίους ἐννέα, ego legendum arbitror secutus C. Alex. et ed. Compl. Ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπάσαντες σταδίους ἐννέα, ποιουμένῳ τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν Τιμόθεον προσέβαλον Ἄραβες αὐτῷ. *Inde cum progressi essent stadia novem, Judam adversus Timotheum proficiscentem adorti sunt Arabes.* pariter v. 17. ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπάσαντες, unde, quae scriptori forma verbi placuerit, animadverti potest: fefellerat, ut saepe, librarios imperitos absoluti Nominativi usus. *Aelian.* de Anim. X, 48. ὁ δὲ μεταδιώκων etc. τῶν μὲν συνθηρατῶν ἀποσπᾷ πολύ. *Synes.* Ep. 108. μένειν γὰρ ἔφασαν, καὶ ἐθέλειν μαθεῖν οἵ τινες ὄντες ἡμερῶν τοσούτων ὁδὸν ἀποσπάσαι τῆς χώρας ἐτολμήσαμεν. *Noster* de Domo: πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι, *procul a terra in altum provehi.* Itane capiendum sit, an propria virtute in Necyom. §. 21. vix liquet: ὁ δὲ δὴ μὲ ἀπαγαγὼν καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀποσπάσας. Ad Icaromenippum *Graevius* eorum, quae hic adnotaverat, oblitus fuit: multo tamen absurdius ibi *Jac. Gronovius* argutatur. In hoc autem loco πολὺ, secus atque interpretes fecerunt, jungendum est cum ἀπεσπάσαμεν. Hemst. Adde Charon. c. 21. ὁρᾷς, ὅπως ἀποσπάσαντες τῶν πολλῶν καταγελῶσι τῶν γιγνομένων. Cf. etiam, si placet, *L. Bos* de Ellipss. s. ἑαυτοῦ et *Sturz.* Lexic. Xenoph. s. v. ἀποσπ. num. 4). Falsa veris miscuit *Dresigius* de Verbis Medd. N. T. I, 24. Lehm.

Ead. l. 5. Τὸ Γάργαρον) *Rob. Stephanus* in Thes. habet *Gargarus* masc. et vulgaris Grammatica *altus Gargarus. Farnabius* tamen ait *Gargarus* in masculino genere nusquam legi; et sane, nisi apud eos, quorum memini, auctores, ego nusquam reperio. Γάργαρον autem in feminino genere agnoscit *Eustathius*; agnoscit et *Etym. Magn.* Sed ea πόλις, hoc ἀκρωτήριον. Leed. Vid. supra ad c. 1. Lehm.

Ead. l. 8. Ποῦ) Sic Ox. et L. At reliqui ὅπου. Solan.

Ead. l. 13. *Κατὰ τὸν ἐμὸν οὑτωσὶ δάκτυλον*] Recte interpres Latinus: *ad hocce fere digiti mei indicium;* non, ut *Poppo*, duce *Wielandio*, vult: *ad digiti mei mensuram*, qua explicatione admissa, nimis lepida ac paene puerilis exsistat Mercurii ad reginam oratio. Neque enim sane id jam agebatur, quantulae essent, viderenturve esse, buculae istae e longinquo conspectae, sed id Mercurio erat curandum, ut eas simul cum pastore clare cerneret Juno, quas haec adhuc cernere sese negaverat, etsi monstrasset jam Mercurius. Nunc vero ipsius digiti ope regit Junonis vultum. Ceterum *οὑτωσὶ* non, ut in cod. 2954. factum, cum *προερχόμενα*, sed potius cum *κατὰ τὸν ἐμὸν δάκτυλον* arctius jungendum: *sic fere, hac fere regula, quam praeit digitus meus.* Lehm.

Ead. l. 15. *Καλαύροπα*) Ms. Ox. *καλάβροπα*, prave; sed ea permutatio frequens in scriptis, imo et in nummis. V. *Spanhem.* 120, 128. Solan. Paridi tribuit etiam *Coluthus* v. 107.

Ποιμενικὴ δ' ὑπέκειτο βοῶν ἐλάτειρα καλάβροψ.

idem scribendi modus in *Apollon. Rhod.* IV, 974. ut observavit *Fr. Nansius* ad *Nonni* Paraphr. Ev. *Joh.* XXI, 110. quem se probasse *Scholiastes* ostendit hanc notationem adferens, *οἱονεὶ καλὴν ῥάβδον*· libro tamen Argon. II, 33. *καλαύροπά τε τρηχεῖαν.* atque ita plerumque solet, et quidem emendatius. In Antonini quoque Pii nummo apud *Morell.* Spec. Rei Numm. T. XI. Alexander exhibetur *καλαύροπα* vel *pedum* manu gestans exactissima figura; ubi videre licet *ῥοπὴν* illam vel *καμπὴν*, cujus meminit *Etymol.* eam ob caussam Grammatici exponunt *ῥοπαλὸν ἐπικαμπές*, perinde ac *pedum Festus* et *Servius.* Glossae veteres: *Pedum, καλαῦροψ, ποιμενικὴ ῥάβδος· λαγωβόλος.* Vid. *Poll.* X, 131. Hemst.

Pag. 65. l. 2. *Ἀλλ' ἐκεῖνος*) Rectius in Ms. scribitur *Ἑρ. ἐκεῖνος. ἀλλ' ἐπειδὴ πλησίον γῆς ἐσμέν.* Graev. Scriptae lectioni, quam *Graevius* ponit, vulgatam longe praetulero. *Ἀλλὰ* eleganter positum *imo is ipse:* tum *ἐπὶ τῆς γῆς* jungenda cum *καταστάντες*· *quandoquidem vero prope ad Paridem advenimus, in terra, si videtur, positis pedibus incedamus:* ne scilicet juvenis animo conturbetur, et plane stupefiat, si nos desuper advolantes viderit. Quae de usu nautico verbi *καταστῆσαι* monentur, nihil huc faciunt. Hemst.

Ead. l. 3. *Καταστάντες*) Pro *καταβάντες* corrupte scriptum arbitror. Monet tamen *Ed. Leedes* vocem esse nauticam apud *Homerum: νῆα καταστῆσον* Od. *M.* 185. quam adeo non incongruam putat Deabus, *quae aethera tranabant pennis.*

Verum *alato* quidem *Mercurio* tribuitur a *Nostro* ἐρεσία τῶν πτερῶν, et Dii Deaeque alii *labi* sine alis, Cupidine excepto, constanter traduntur. De hac voce consule *Thucyd.* I, 59. SOLAN.

Ead. l. 5. Καταβεβήκαμεν) Ox. Ms. ut *Jensius* legendum monuerat. Prave alii κατεβ —. SOLAN.

Ead. l. 11. Ἀλλ' ἐγὼ) Sic sine οὖν Ox. P. et J. ed. SOLAN.

Ead. l. 14. Ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν) Dubites, utrum de Jove haec intelligenda sint, an de Ganymede: posterius in versione fere sum secutus. Prius si quis anteferendum putet, sensus erit talis: *Et cum jam mutatus in aquila lateret, ad latus ejus una volabam, adjutabamque in adlevando Ganymede.* series orationis favet: ὁπότε ὁ Ζεὺς ἤρα, ... καὶ ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν. Sic dixerit εἶναι ἐν τῷ ἀετῷ, quod Latinis est *latere in aquila, aquilae forma celari:* idque eo probabilius, quia Ganymeden non aquila vectum veteres fecerunt, sed adprehensa coma de unguibus alitis pendentem: vide *Achill. Tat.* II. p. 145. et *Salmasium.* In *Luciano* cautius paullulum delicias suas Jupiter adtrectat. HEMST. Exempla desiderat *Seyboldus* formulae ἐν τῷ ἀετῷ εἶναι, ab *Hemsterhusio* explicatae: neque ego non. Nihilominus haec ratio praestat alteri, quam praetulit *Seyboldus: in aquila haerere,* quae et ipsa exemplis illustrari, certe stabiliri, debebat. Commendatur autem illa non solum ab ea, quam *Hemsterhusius* monstravit, serie orationis, sed etiam ab analogia linguae; quamquam nolueris cum *Poppone* ad illud ὅλον εἶναι ἔν τινι provocare. Praestiterit forsan εἶναι ἐν ἑαυτῷ, quamquam tandem haec omnia ex eodem fonte profecta eodem tendunt. Equidem vertam: *aquilae forma indutus.* LEHM.

Ibid. Ἐν τῷ ἀετῷ) Hoc est, *in forma aquilae,* ἐν σχήματι ἀετοῦ. CLER.

Pag. 66. l. 3. Περιβαλὼν) An περιλαβών; GUYET.

Ead. l. 4. Τιάραν) Pileum ex nummis intelligit *Spanhem.* 451. SOLAN.

Ead. l. 7. Ἀπεβεβλήκει) Solus P. hanc scripturam agnoscit. Reliqui libri ἀποβ —. quod tuetur *Ed. Leedes,* nosque ad *H. Stephanum* Append. de Dial. Att. p. 147. amandat. SOLAN. Ἀποβεβλήκει) Neglectum hujus temporis augmentum, ut *Jungermannus* notavit ad *Long.* p. 214. hoc ipsum in *Dion. Cass.* p. 779. B. *Liban.* T. II. p. 12. *Xenoph.* Cyrop. VIII. p. 131. v. 10. ἐδεδειπνήκεσαν καὶ διαπεπόμεσι. In Codicibus haec variare solent. Vid. *J. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III, 19. *Duker.* ad *Thucyd.* VII, 44. Nulla erat caussa, cur

Goldastus emendaret in *Dositheo* p. 875. Hemst. Haud raro haec Plusquamperfecti forma etiam apud *Nostrum* obvia: *καταδεδίκαστο* Tim. c. 49. *συγκεκρότητο* Toxar. c. 13. *ἀναπεπλεύκει* ibid. c. 2?. *ἀποκεκάρκει* ibid. c. 51. *μεμηχάνητο* Somn. s. Gall. c. 3. *ἐντετυχήκεσαν* Philops. c. 17. si vera lectio. *συναποδεδημήκει* Diall. Merr. IX, 1. et quae nondum adnotaveram exempla. De re monet *Wiclandius*, totam hanc narrationem compositam videri ad picturam aliquam, quae auctori obversata fuerit. Vix credo. Res ipsa eum adduxit, ut vividioribus coloribus scenam illam explendo exornaret, quo Junonis malignitas in Venerem modo prodita acrius pungeretur. Neque tam inops fuit ingenii scriptor *noster*, quin phantasiae suae ope illam tabulam ipse excogitare potuerit. An vero nullam huic inventionis laudem tribuamus, et meritum ejus omne ad artem colligendi et componendi restringamus? At sic vereor, ne valde injurii simus futuri in Verae Historiae, Icaromenippi, etc. auctorem ingeniosissimum ac foecundissimum. In hunc fere modum etiam *Tiemannus* judicat in libello haud contemnendo: Ein Versuch über Lucian's v. Samos. Philosoph. u. Spr. p. 122. sq. Lehm.

Ead. l. 10. *Νὴ καὶ σύγε*] Correxit *Poppo Ναὶ*, quod jam *Seyboldus* fecerat. Novi quidem illud Grammaticorum praeceptum, quod *Popponem* ad hoc consilium adegit, et idem ei subscribo, confirmato scilicet optimorum scriptorum auctoritate: *νὴ* nonnisi cum nomine substantivo junctum, nunquam absolute, usurpari. Vid. inter alios *Vigerum* de Idiott. p. 424. *Herm.* ed. 1. Sed quid impedit, quo minus decurtatum quoddam jusjurandum statuamus, quo posterioris Graecitatis homines in vulgari maxime sermone usi fuerint? hunc in modum: *νὴ* (int. *τὸν Δία*) *καὶ σύγε*. Certe quatuor, quae nunc quidem mihi nota sunt, horum librorum loca, ubi certa est et constans omnium exemplarium scriptura *νὴ καὶ σύγε*, scilicet hunc nostrum, tum Timon. c. 46. Diall. Deor. XXII, 1. et Diall. Mortt. XX, 3., sic leviter in gratiam modo Grammaticorum mutare, religioni habebam. Caveatur modo, ne particula *νὴ* pro Praepositione, proprie sic dicta, sumatur, et remota jam erit gravissima novae hujus, si Diis placet, Ellipseos offensa. Lehm.

Pag. 67 l. 3. *Τὸν ἆθλον* etc.) Scribe *τοῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἔσῃ*, *praemium certaminis eris*, non *τὸν ἆθλον*· ut recte in initio hujus dialogi scriptum est. Vid. quae notavi ad Soloecistam. Graev. *Τὸ ἆθλον* L. et Ox. Mss. et ed. J. Solan. Festinando *Graevius* in errorem incidit scribens *ἔσῃ*, et incogitanter interpretatus. Hemst.

Ead. l. 4. *Μῆλον*) De quo in Dial. Gal. et Pan. seu Dial. Mar. V. SOLAN.

Ead. lin. 9. *᾿Αστικῶν*) *᾿Αστυκῶν*. GUYET. Sic Lips. Utramque scripturam in usu fuisse monet *Hemst.* ad *Poll.* IX, 17. Cf. etiam *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 210. LEHM.

Ead. lin. 10. *Δάμαλις*) Ox. δ—ν. Sed nihil opus est: quin sic, ut edi curavimus, elegantius videtur. SOLAN. *Δάμαλιν* adscivi ex Cod. Ox. quem casum structurae ratio postulat: δάμαλις retineri non potest, nisi αἶγα simul mutaveris in αἶξ. HEMST. Defensum tamen ivit *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 603. sq. LEHM.

Ead. l. 15. *᾿Επ᾽ ἄλλῳ*) *᾿Επ᾽ ἄλλο*. GUYET. Conjecturam hanc B. ed. secuti sumus. Reliquae ἄλλῳ, nisi quod in J. punctum sub ω deest. SOLAN. *᾿Επ᾽ ἄλλῳ* quanquam defendi possit, non ita tamen solet *Noster:* ἐπ᾽ ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχὴ, et saepius: quare verum est ἐπ᾽ ἄλλο. Mox παραλαμβάνεται si sanum est, tum vero fieri non potest, quin aliquid interciderit; hoc enim, *et a proximis excipitur*, tolerari nequit, nisi pluribus adjectis sensum fulcias. *Micyllus: et semper ab iis, quae propiora sunt, seu per successionem excipitur:* eum deseruit *Benedictus, semper a propioribus capitur:* neutrum *Luciani* mentem quicquam juvat. Cogitavi, παραρπάζεται, vel, περιλάμπεται· utrumvis certe vulgato melius: sed qui mihimet ipse nullam in partem hic satisfacio, sperandum non est, ut aliis possim. HEMST. Mihi videbatur λαμβάνεται scribendum, et παρὰ ex modo praecedenti παραμένει huc migrasse. Nam quod *Bremerus* voluerat περιλαμβάνεται, id recte monuit *Poppo* vel ob sequens περιείληφε placere non posse. Falso autem *Poppo* τὰ πλησίον de secunda, vel tertia, Dea intelligit: sic τὸ πλησίον fuisset dicendum, ut modo ἄλλο. Intellige potius cum *Wielandio proxima quaeque*, quemadmodum antea dicebatur τὸ παρόν. *A proximis quibusque capti tenentur oculi,* dicit Paris jam magis magisque ἐνθουσιάζων, ut ait *Seyboldus.* De hac verbi λαμβάνεσθαι vi monitum ad Nigr. c. 37. LEHM.

Pag. 68. l. 7. *Θυγατέρας*) De Minerva notius est; Venus e Dione suscepta. SOLAN.

Ead. l. 11. *Πεῖσον*) Ox. et L. In reliquis πεῖσαι. SOLAN. *Πεῖσον* non admisero, antequam majore librorum scriptorum copia firmetur: vulgatae lectionis haec videri potest explicatio; nam positum est, ut Grammatici loquuntur, ἀπαρέμφατον ἀντὶ προστακτικοῦ. Eam scribendi consuetudinem adfectabant, qui supra modum Atticismo erant dediti, ut patet e Lexiphane: σὺ δὲ, ὦ παῖ . . . ναυστολεῖν . . . . καὶ κομίζειν.

iterum: ἀλλ' εἰςιὼν . . . . ἡδύνειν καὶ τὴν κάρδοπον σμῆν. De hoc usu Infinitivi plura dabunt *H. Stephanus,* quanquam in hac parte, quod extemporaneae facilitati saepe debet, parum adcuratus, Anim. in lib. de Dial. p. 46. 47. *Aem. Portus* Lex. Dor. et Ion. in Ἀπαρέμφατα, *Jac. Gronovius*, qui merito ex Codd. *Arriano* restituit V. p. 210. In *Dosithei* sententiis Adriani §. 10. ubi a *Stephano* fuerat, Ἀδριανὸς εἶπεν, πεῖσαι κριτὰς, *Goldastus* edidit: πεῖσον τοὺς κριτάς· qui, cum insuper adnotat, *persuaderi judicibus*, *Ms. lectio* ἑλληνίζει, quid sibi velit, haud plane perspicio. Optativi locum tenet etiam Infinitivus. *Suidas*: Ἁμαρτεῖν εἴρηκε τὸ ἁμάρτοιμι Κρατῖνος Δραπετίσι. Ποδαποὺς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν· καὶ ὅλως συνηθὲς αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο. Versus integer Aristophaneus: pro αὐτοῖς, nisi e Grammatico decerptum credas, ubi referri poterat ad praecedentia, malim Ἀττικοῖς· vel αὐτοῖς, *Comicis*, quia *Cratini* meminerat. HEMST.

Ead. l. 14. Οὔ φασι π.) Genuina haec lectio ed. J. Reliquae οὕτω. Vide Abdic. c. 21. Tox. c. 49. et Philops. 12. SOLAN. Non est, ut multis rationem reddam, cur ed. J. lectionem posthabuerim. HEMST.

Pag. 69. l. 4. Σὸν ἂν εἴη τοῦ δικαστοῦ) Talis locutio apud *Cicer.* Phil. II. *tuum hominis simplicis pectus vidimus.* Vide *Voss.* contr. p. 127. et 138. ubi plura ejusmodi exempla. LEED.

Ead. l. 8. Ἀποστραφείην) Ex Mss. Ox. et P. et ed. J. reposuimus, pro ἀπεστράφην, quod in reliquis legitur. SOLAN. Debuerat certe ἂν addi. Verum neque sic *Poppo* praeferendam hanc lectionem alteri censet. LEHM.

Ead. l. 9. ΉΡΑ. Καλῶς) Ita digerunt *Fl. Ald. H.* 1. *J. B.* 2. *Fr.* (Ms. Ox. vero post ὦ Πάρι) Recentiores mutarunt, et *Venerem* haec loquentem fecerunt. Et omnino fatendum, si seposita Mss. Codd. auctoritate, textum pro lubitu interpolare liceat, stare posse eorum rationem. Veneri enim haec optime conveniunt; et speciem habet amorum Dea, non nimis casta, nudam sese videri cupiens, et virgini Minervae, castaeque matronae Junoni, gratiam obsequii hac in parte praeripiens. Quin et his jam scriptis, video Veneri haec in P. et L. tribui. Ego tamen, quibus inductus rationibus *Junoni* haec vindicem, aperiam. Junonem a judice impositam conditionem arripere voluit *Lucianus,* non solum ne detrectando judicem vel tantillum offenderet, quem nudas videndi percupidum sentiebat; sed praecipue ut occurreret suspicioni, quam suboriri ex eo verebatur, quod ab *oculis* tantum et *lacertis* a poëtis laudari se sciebat. Haec enim duo

epitheta λευκώλενος et βοῶπις, ad quae adludit *Lucianus*, *Junoni* apud *Homerum* saepissime tribui, nemo, qui vel leviter hunc poëtam delibaverit, ignorat. Jam vero si *Venerem* loquentem facias, perit jocus urbanissimus; aut, si partim adservatur, Junonem solam petit Venus, cum in *Minervam* cadere non possit βοῶπις, quod Junoni, ut et λευκώλενος, proprium est. Si ea mens *Luciano* fuisset, γλαυκῶπις scripsisset, quod Minervae proprium epithetum est. Solan. Impetrare a me non potui, ut personarum ordinem, qui in postremis edd. adparet, temere mutarem. Haec commode Veneri videntur adscribi, quae jam supra joco acerbiore a Junone tacta, opportunam ulciscendae injuriae occasionem non praetermittit, atque adeo rivalem ea in re pungit, ex qua maxime videbatur dolitura. *Homerus* autem ut Junonem λευκώλενον solum ac βοῶπιν, sic Venerem frequentissime vocat καλὴν et χρυσῆν· hoc ergo principe poëtarum teste vincere poterat, se totam esse ἐπίσης καὶ ὁμοίως καλήν, cum Juno tantum ab una alteraque corporis parte laudetur: idcirco tantopere festinat, ut se nudam formae spectatori praebeat conspiciendam, minus etiam, quam comites haud paullo castiores, pudori serviens. Deinde, si jam hic omnem vestitum Juno deposuisset, quid erat caussae, cur mox Minervae Venerisque rixas interrumpens diceret, ἀλλ' ἀποδυσώμεθα; Quare vix dubito, quin illud ed. Juntinae, ἀπόδυθι καὶ σύ, ὦ Ἀφροδίτη, minime sit genuinum, ideo nimirum insertum, quia, si praecedentia Junoni tribuas, ut sane factum in vetustis edd subsequens Minervae sermo nihil habebat, quo pertinere posset. Porro receptae lectioni cur praeponi debeat ἀποστραφείην, non video: hoc ait Mercurius, *ecce autem, ego me jam, ne oculos meos emissitios vereantur, averti*. Hemst. Elegantissimum *Hemsterhusii* de persona loquente judicium, quod idem et *Luscinii* (*Nachtgallii*, cujus interpretatio Latina Argentinae editioni inserta) fuit, amplexi, ut par erat, recentiores quoque. Lehm.

Ead. l. 10. Μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς) Ut scil. Juno, quae *Homero* semper dicitur λευκώλενος et βοῶπις. Graev. Respicit facete ad epitheta perpetua, quibus *Homerus* utitur, cum de Junone aut Minerva loquitur. Vocatur enim Juno λευκώλενος Ἥρη, et βοῶπις πότνια Ἥρη. Sic postea Minervae objicit τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων, quia γλαυκῶπις ab *Homero* perpetuo vocatur. Tales Homericis temporibus pingebantur hae Deae. Cler.

Ead. l. 7. Ὁμοίως καλή. Ἀφρ. Μὴ πρότερον etc.) Locus hic pessime a librariis interpolatus est. Sic autem recte

habebit: καὶ ὁμοίως καλή. Παρ. Καὶ σύγε ἀπόδυθι Ἀφροδίτη. Ἀθη. Μὴ πρότερον. Exciderant nomina personarum Paridis ac Minervae, et illud Paridis verbum Καὶ σύγε. Marcil. Hic aliqua excidisse autumat *Th. Marcilius*, nempe responsum Paridis ante verba Palladis, quibus juberet et Venerem exui, Καὶ σύγε ἀπόδυθι Ἀφροδίτη. At sincera sine his *Luciani* verba; imo haec inculcata turbarent sensum. Primo enim jam dixerat Venus, καὶ πρώτη γε ἀποδύσομαι. Deinde non potuit Paris Veneri dixisse, καὶ σύγε ἀπόδυθι, nisi jam alia, vel Pallas, vel Juno, fuisset exuta; quod clarum est. Jens. Verba haec, Παρ. ἀποδ. καὶ σὺ ὦ Ἀφροδίτη, uti *Marcilio*, nescio quo pacto, suboluerat, in ed. *J.* reperiuntur, in reliquis omissa. Ut ut sit, genuina sunt, et vere *Lucianea*. Jam enim exserunt vires suas illecebrae Veneris, et impetu quodam ad nudam videndam fertur juvenis. Cessabat autem odiose Venus, aegre, ut videtur, cestum dimissura. *Homerum* qui non versarit, neque in hisce salibus et jocis, neque fere in plerisque hujus scriptoris opusculis, centesimam quamque leporum partem intelliget. Vide, quae ille de cestus potentia canat Il. Ξ. 214. At si non nisi monitus hujusmodi adlusiones perspicias, iterum dico, pereunt tibi praecipuae *Luciani* gratiae. Solan.

Ead. l. 13. Αὐτὴν ἀποδύσῃ) *Micyllus* et *Benedictus*: *ne prius ipsam exueris*: quae versio stare non potest, nisi probaveris ed. *J.* ἀποδύσῃς· nam ἀποδύσωμαι ne ponatur pro ἀποδύσω, vetat ratio linguae Graecae. Legendum omnino vel αὐτὴν ἀποδύσῃ, *ne prius ipsa se exuat*; vel, αὐτὴν ἀποδύσῃς, *ne tu prius illam vestes ponere jubeas*: alterutrum certissimum est: prius etsi malim, cessi tamen auctoritati P. et J. Hemst. Prius tamen et ipsum sua auctoritate commendatur, lectione A. 2. Accedit, quod voces αὑτὴν et αὐτὴν facile a librariorum levitate permutari poterant, quod vere factum sexcentis locis constat. Hujus ipsius generis error inveteratus §. 11. est αὐτὴ pro αὕτη. Concidunt sic per se *Wielandii* et *Bremeri* conjecturae. Quae autem in A. 2. et J. post vocem καλὴ inserta leguntur: Πα. Ἀπόδυθι καὶ σὺ, ὦ Ἀφροδίτη et in A. 2. etiam Αθ. Ἀποδύομαι καὶ αὐτή· ea manifesto a vetere quodam Critico, *Marcilii* simillimo, non infeliciter ficta sunt ad explendum sermonem, tum sane mancum futurum, si priora a Junone pronuntiabantur. Lehm.

Ead. l. 14. Κεστὸν) Vide *Eustath.* ad Il. Ξ. 214. Solan.

Pag. 70. l. 6. Ἥ δέδιας μή σοι ἐλέγχηται τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων ἄνευ τοῦ φοβεροῦ βλεπόμενον) Vertunt: *An vereris, ne tibi objiciat caeruleum illum oculorum colorem, qui nihil me-*

tuendi prae se ferendo adspicitur. Davus sum, non Oedipus; aenigma Latinae versionis non expedio: sed sim licet Davus, scio tamen, nec Oedipum id explicaturum. Hoc autem dicit Venus: *Non metuis, ne in te reprehendat caeruleos illos oculos, si sine illo, quo metum incutis, videantur:* τὸ φοβερὸν vocat κόρυθα, (κόρυν) qua φοβεῖν δικαστὴν illam velle Venus ait. Putabant autem, τὸ γλαυκὸν τῶν ὀφθαλμῶν gratius reddi galea: superius in dialogo Vulcani et Jovis, γλαυκῶπις μὲν, ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τοῦτο καὶ κόρυς· sine illa caesios oculos Minervam dedecere. GRAEV.

Ibid. Τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμ.) Ad Dial. VIII. pluribus explicui. Adtulit hunc locum *Brodaeus* ad Anth. II. c. 9 Ep. 2. Jure quidem *Graevius* interpretes castigavit; sed in verbo ἐλέγχηται et hic et illi male rem gesserunt. Intelligendum est, *num metuis, ne tibi arguatur et deforme adpareat caeruleum illud oculorum demta casside inspectum?* Saepe tamen Pallas ultro nativae formae fiducia galeam posuit, quando a bello vacans laetioribus epulis intererat: talem ad Pelei nuptias misit *Coluthus*, aliique. Vid. *Sil. Italic.* VII, 460. HEMST.

Ead. l. 10. Ἀποδυσώμεθα] *Seyboldus* haec adnotat: „Detracta jam erant omnia, cestus adeo et galea, et Juno adhuc, ἀλλ' ἀποδυσώμεθα! dicit. Miror vero, neminem interpretum quicquam dixisse de lectione, quam exhibet marg. A. 1. W. ἀλλ' ἀπεδυσάμεθα. *Atqui, Paris,* ait Juno, *factum est jam, quod jubebas, depositae sunt vestes!* quod mihi quidem verum esse videtur.“ Scripsit haec bonus vir perturbatus, opinor, et ipse stupendo illo adspectu. Quippe immemor verborum Minervae: Μὴ πρότερον αὐτὴν ἀποδύσῃ, πρὶν ἂν etc. non cogitavit, antequam vestes detraherentur, litem de cesto et galea componendam fuisse; quam jam composita Juno impatiens morae exclamat! *age jam exuamur tandem!* non, *exutae jam sumus,* quae admonitio fuisset Paridis, quam equidem judico frigidissimam et absurdissimam; quasi Paris adhortandus etiam fuisset, ut adspiceret jam denudatas! LEHM.

Ead. l. 12. Αὐτὴ) Sic lego, non ut in libris est αὐτή. SOLAN. Imo αὕτη. LEHM.

Ead. l. 13. Ὡς δὲ ὁρᾷ ἥδε ἡδέως) Sic hunc locum, foedissime in vulgatis edd. corruptum, restituimus. Quid enim est, quaeso, quod omnes insidet, ὁρᾷ δὲ ἡδέως, sine ἥδε, quod J. suppeditat? In eo J. non sum secutus, quod ὁρᾷς pro ὁρᾷ habet. Plaudent, sat scio, quibus elegantiae placent: neque monendi, unamquamque trium Dearum ab aliquo sibi proprio laudari; aut quomodo festinantes aut osci-

tantes librarii voces, quarum sonus cum praecedentis verbi sono convenit, flagitiosa negligentia soleant omittere. De ἡδέως ὁρᾷν, vide *Eurip.* Iph. in Aul. p. 183. C. Interpres Gallicus ita emendandum esse acute vidit. Solan. Jampridem ante visam ed. *J.* scripturam conjectavi, ὁρᾷ δὲ ἦδε ἡδέως· neque enim dubitandum videbatur, quin haec ad Venerem spectarent, cujus proprium est μειδιᾷν· φιλομειδὴς Ἀφροδίτη. Nolui tamen refragari lectioni productae, quae tum eodem redit, tum scripto Codice forte nititur. Hemst.

Pag. 71. l. 5. Ὥρα σοι καὶ τἄλλα ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι δῶρα τῆς νίκης ἐμῆς) Ms. Ὅρα σοι καὶ τἄλλα ἤδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι καὶ δῶρα τῆς ψήφου τῆς ἐμῆς. non est respuenda haec scriptura: *vide, an non pulchra etiam tibi sint praemia suffragii mei,* quod scilicet pro me tuleris. Graev. Eruditius est, quod duo Codd. largiuntur, quam ut a librariis interpolatoribus proficisci potuisse credas: quamobrem tanquam *Luciano* dignum reponere non dubitavi. Ψῆφος ἐμὴ, *suffragium mihi secundum et favens:* quemadmodum enim Latinis *meus, tuus,* sic apud Graecos aliquando ἐμὸς, σὸς usurpantur. Qui sensum viderat, haud absurde νίκην exposuit: nam id agebat sane Juno, ut sibi proposito praemio suffragium Paridis emeret, caussaque superior abiret: haec interpretatio, quippe facilior intellectu, pulsa lectione vera, sed paullo abstrusiore, locum ejus occupavit. *Graevius* adstipulatur, in eo tantum lapsus, quod ὅρα non improbaverit: prorsus obstat huic lectioni legitima structurae norma; neque hoc, si diligentius adtendisset, virum magnum fugere potuerat. Εἰ καλά σοι est, *an utilia tibi sint, rebusque tuis conveniant,* quod interpretes fefellit. Eadem a Deabus oblata Paridi praemia commemorantur etiam ab *Euripide* Troad. v. 925. Hemst.

Pag. 72. l. 4. Αὐτή σοι ἐγὼ) Αὐτὴ scribatur an αὕτη, parum refert: in multis enim αὐτος et οὗτος commutantur. Saepe tamen solent, οὗτος σοὶ ἐγὼ, vel, οὗτός τοι ἐγὼ, quam loquendi proprietatem adnotavit, hoc etiam loco non neglecto, *Jac. Gronovius* ad *Arrian.* II. Ind. p. 350. n. 53 apud eum inprimis formula familiarissima: inter alia c. 35. ἡμεῖς δὲ οὗτοι ἄγγελοι τῆς σωτηρίας αὐτων ἥκομεν. ibi *Gronovius* e Mss. profert αὐτοι. Hemst. Merito miratur hic *Hemsterhusii* ambiguam sententiam *Seyboldus* et *Schaeferus* Melet. p. 78. Explicat quidem *Poppo* αὐτὴ, ut sane explicari potest: *ipsa, mea sponte.* Sed usum solennem cognoscet, opinor, ex hisce collatis locis: Diall. Marr. VI, 3. αὕτη σοι πλησίον. Fugit. c. 29. αὕτη πλησίον. Prom. s. Cauc. extr. οὗτος ἤδη πλησίον ὁ ἀετός. Tim. c. 31. Ὁ Τίμων οὑτοσὶ σκάπτει πλησίον ὀρεινὸν etc. unde

patet, id quod aliunde quoque satis superque probavit *Schaeferus* l. c., οὗτος in hac sententiarum ratione et indole esse δεικτικῶς de loco capiendum. *En tibi hic adsum*, vult Venus. Lehm.

Ead. l. 14. Ἀργῶθεν) Ἀργόθεν. Idem *Menagius* notaverat. Guyet. Perperam legitur in omnibus editionibus ἡ Ἀργῶθεν, pro Ἀργόθεν. recte sic scribitur ἐν Ἐπισκοποῦσι. Graev. Ἀργόθεν recte O. In reliquis Ἀργῶθεν. Solan. Lips. tamen habet Ἀργόθεν, ut in Char. c. 10. Lehm.

Pag. 73. l. 2. Εὖ) O. solus habet illud εὖ. Solan.

Ead. l. 9. Γενόμενος, ποία δέ τις τὴν ὄψιν) Excidit Paridis personae notatio: scilicet fuisse, γενόμενος; *Παρ.* ποία δέ τις. Marcil.

Ead. l. 10. *Παρ.* ποία δέ τις) Haec in vetustis edd. ordine continuo legebantur: primus *Bourdelotius*, vel ab se, vel monitorem *Marcilium* secutus, distinxit, atque ista, ποία δέ τις τὴν ὄψιν, Paridi adsignavit: probo factum cum *Benedicto*. Exclamationi quidem Veneris Helenae formam laudantis locus hic est nullus: tum scribi potius debuerat, οἵα δέ τις τὴν ὄψιν. Hemst.

Ead. l. 12. Γυμνάς τὰ πολλὰ καὶ παλαιστική) *Lucianus* adludit hic ad instituta Lacedaemoniorum, apud quos puellae nudae cum adolescentibus exercebantur. Sed cum hoc a Lycurgo demum institutum sit diu post Troica tempora, anachronismus hic censeri potest inter ea, quae in *Luciano* merito carpi possint. Trecenti anni fuerunt minimum inter judicium Paridis et Lycurgum. Cler.

Ead. l. 13 Παλαιστική) Vid. *Ovid.* XVI, 150. 250. Solan. Adtulit hunc locum *Thom. Mag.* in Παλαιστρικὸς, hoc, quanquam *Alexis* usurparit, respuendum, illud probandum docens: *Phrynichus* praeivit p. 38. Nihil quidem obstat, quo minus a πάλαιστρα formetur παλαιστρικός· nec tamen non maluerunt veteres a παλαιστὴς fingere παλαιστικός. *Diog. L.* VI, 4. παλαιστικὴ τέχνη. *Pausan.* I. p. 94. *Marc. Antonin.* VII, §. 61. Latini contra, quippe quibus in usu fuit *palaestra*, nunquam *palaesta* vel *palaestes*: praeter *Plautum*, *Ciceronem* atque alios *Prudent.* περὶ Στεφ. II. X, 188. *palaestricus ephebus* Hyacinthus Lacon, *quem*, inquit, *vester Deus Effeminavit gymnadis licentia*. De Helenes studio palaestrae meminit etiam *Propert.* III. El. XII, 19. Hemst. Differunt παλαιστικὸς et παλαιστρικὸς, ita quidem, ut illud fere de arte, hoc natura sua de loco, de palaestra, usurpetur. Vid. *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 242. Lehm.

Ibid. Οὕτω δή τι περισπούδαστος) Quid illud τι ad sen-

tentiam conferat, haud satis adsequor. SOLAN. *Qui decipitur*, inquit *J. Fr. Gronovius* ad *Senec.* de Ira cap. 23. περισπούδαστος, ponitque deinceps hunc ipsum *Luciani* locum: id quidem recte; Helenae tamen, ut virginibus, convenit, quae περισπούδαστοι, quando multi proci eas ambitiose petunt. Homericum est, ἀμφ' αὐτῇ Il. *Γ*. 157.

Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.

In οὕτω δή τι parum ad sententiam confert illud τι, sed Atticae tamen elegantiae nonnihil habet: pleonasmum istius voculae in similibus probat *H. Stephan.* App. de D. A. p. 81. *Arrian.* H. Ind. c. 37 ἀνάπωτις οὕτω τι καρτερή. HEMST. Hunc quidem Pleonasmum non agnosco. Retulerim οὕτω τι ad formulas illas Atticas πάνυ τι, μέγα τι, πολύ τι et similes, de quibus *Dorvill.* ad *Char.* p. 477. Loca Lucianea, quae in sequenti nota adnuit *Bourdelotius*, sunt Diall. Mortt. XVIII, 2. ubi et versus ille Homericus perstringitur, et Ver. Hist. II, 8. LEHM.

Ead. l 14. Ἄωρον) Ὀμφακίαν. *Aristaen.* ἄωρα τὰ παρὰ καιρὸν τρυγώμενα. *Interp. Aristoph.* Acharn. dixi alibi. Habes hanc historiam Dialog. Mort. et lib. Ver. Hist. BOURD.

Pag. 74. l. 13. Βαρβάρῳ) Phrygi: notum. Iidem Barbaricarii et Phrygiones l. 7. Cod. De palat. sacr. largit. BOURD.

Ead. l. 15. Παῖδε) Ministros semper hos Veneri praesto fuisse tradit *Hesiodus* Theog. 201. Τῇδ' Ἔρος ὡμάρτησε καὶ Ἵμερος ἕσπετο καλός. et in raptu Helenae utrumque sibi adfuisse adfirmat Paris in suo cum ea sermone apud *Homerum* Il. *Γ*. 442. LEED.

Pag. 75. l. 1. Δύω καλὼ) Male antea δύω καλῶ. BOURD.

Ibid. Ἵμερος καὶ Ἔρως) Dixi ad illud *Petron. tu desiderium, tu voluptas.* Sequens Dialogus totus *Homericus* est. BOURD. *Eratine,* inquit *Mart. Capella* IX. p. 306. (nam minus placet utriusque Leid. Codicis *Erotime,*) *Cypridis filia, et Himeros Cupidinis adsecutor* (Graecorum ὀπαδὸν interpretatur) *item Terpsis e famulitio Dianae concinentes gratissime intravere primum: sed puer monauliter sonabat. Post hos psallentes Pitho, Voluptas et Gratiae admixtis lyrae vocibus.* Ibi *Lucianum* hujus Dei meminisse, notat *Grotius.* Megaris in templo Veneris praeter ipsius Deae simulacrum, Πειθὼ καὶ ἑτέρα θεὸς, ἣν Παρήγορον ὀνομάζουσι ἔργα Πραξιτέλους· Σκόπα δὲ Ἔρως καὶ Ἵμερος καὶ Πόθος etc. apud *Pausan.* I. p. 105. *Pothi* a Scopa facti meminit etiam *Plin.* H. N. XXXVI, 5. p. 634. testatus eum cum Venere et Phaëthonte Samothraciae sanctissimis religionibus coli. Ceterum quod *Barnesius ad Eugenis* Epigr. in Anacreontem p. 367. παῖδε exponendum esse

contendit non *filios*, sed *famulos*, nihil est: vide modo *Cornut.* de N. D. cap. 24. 25. De Himero ad Epithalamium Anacreonticum LXII quod Anacreonti, qui recte sapit, nemo tribuat, idem *Barnesius*. Anonymus ille, ex quo carmen hoc protulerunt *H. Stephanus* et *Andr. Schottus* Obs. Hum. II, 61. *Theodorus* est *Prodromus* in Amaranto p 465. Hemst.

Ead. l. 6. *Καὶ οὕτως ἅπαντες*) *Καὶ οὕτως* ex O. adsumsimus: in impr. enim non comparet. Solan.

Ead. l. 8. *Ὅπως μὲν τάχα χωρήσει, ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη*) Ut olim legendum conjeceram inveni pos ea, ut non pauca alia, in Ms. *Ὅπως μὲν ταῦτα χωρήσει ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη, quomodo haec successura sint, obscurum est, Venus.* Graev.

Ibid. *Ταῦτα*) Ex ed J. et Mss. Gr P. L. et Ox. pro *τάχα*, quod in reliquis vitiose legitur. Solan. In A. 2. Arg. Lips. itidem *ταῦτα*. Lehm.

Ead l. 14 *Προμνήστριαν καὶ νυμφ.*) Vox altera declarat alteram Alias *νυμφαγωγὸς* est vir ille, qui secundas contrahenti nuptias, quo ipsi pertingere nefas, e patris aedibus ducit sponsam. Sin autem tunc primum contrahit, ipsi sponso licet inde petere, sed amico sibi, in eo obeundo munere, adsumto, qui ideo *παράνυμφος* aut *πάροχος* dicebatur. Vide de hac re *H. Steph.*, *Suidam*, et alios. Leed.

Ibid. *Πρέποι γὰρ ἂν* etc.) *Κανηφόροι* virgines nubiles — *Hartung.* p. 658. *πρέποι*, pro *πρέπει* ex P. Cod. Solan. Vulgatam non movi: ne ue tamen damnandum, *πρέποι γὰρ ἂν κἀμέ* ut in *Platonis* Alc. I. p. 432. C. *πρέποι γὰρ ἄν που καὶ σοὶ τὸ καλῶς διαλέγεσθαι*. *Κανηφόρον* habuit etiam *Scholiastes*: quae nulla est caussa, cur Veneri *νικηφόρῳ* praeferenda videatur: huic optime respondet *ἑορτάζειν τὰ ἐπινίκια*. *Hartungus* Dec. I. c. VIII. §. 37. nihil aliud adfert, quam *Scholiastae Theocriti* locum ad Eid. II, 66 ubi docetur, virgines vel nubiles, vel potius nupturas, *τῇ Ἀρτέμιδι κανηφορεῖν ἐπὶ ἀφοσιώσει τῆς παρθενίας, ἵνα μὴ νεμεσηθῶσιν ὑπ' αὐτῆς.* Hoc quid valeat ad *κανηφόρον* firmandam, non video. Etsi pompam nuptialem *κανηφόρος*, vel etiam plures, quod sane fieri potuit, *κανηφόροι* prosequerentur, cur hoc sibi munus praecipuum Venus deposcere voluisset, quae tandem ratio commoda proferetur? At multum ad ejus honorem referebat, si hisce nuptiis, quas ipsa Paridi se conciliaturam esse promittit, victis formae rivalibus, interesset *νικηφόρος*. Gr. Cod. lectionem ita possis refingere: *πρ. γὰρ κἀμὲ νικηφόρον, οἶμαι, ὑμῖν παρεῖναι.* Hemst. Non placet, si codicum auctoritatem respicias. Diall. Mortt. II, 2. Lehm.

Pag. 76. l. 1. *Νικηφόρον*) In Ms. scribitur πρέπει γὰρ κἀμὲ κανηφόρον εἶναι ὑμῖν παρεῖναι· sed vulgatam non damno. GRAEV.

Ead. l. 3. *Τουτουΐ*) Ms. Ox. pro τούτου. SOLAN.

Ead. l. 6. *Βούλει οὖν σοι*) Ms. Ox. habet τέ σοι. *J.* οὖν. Desunt in *Fl. H.* et *Wech.* Ego hanc inde concinnavi scripturam. SOLAN.

Ibid. *Ἐπομόσομαι*) Conspirant edd. cunctae: nihilominus legendum ἐπομόσωμαι propter ἵνα, quod intelligitur: πάνυ γὰρ ἀμαθὲς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἵνα, ἢ ἐὰν, ἢ ἂν, ἢ ὅταν τιθέναι, monente *Thoma Magistro.* Dial. Mortt. X. §. 8. βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων. *Aristoph.* Ran. v. 420. Equit. v. 52. Βούλει παραθῶ σοὶ δόρπον; *Idem* in Timone vitium correximus §. 37. HEMST.

Ead. l. 9. *Ἐπ' αὐτὴν*) Hoc a *Luciano* profectum esse non credo: an ἐπακτήν; ut *Long.* III. p. 81. γυναίκιον ἐπακτὸν ἐξ ἄστεος· imo potius ἔτι αὐτήν. HEMST. Ἐπ' αὐτὴν vel ideo ferri non potest, quod, etsi in ἀκολουθήσειν quadam ratione, in ἀφίξεσθαι tamen minime, Venus eadem, quae in παραδώσειν, Subjectum permanere potuit. Rectissime igitur *Hemst.* censuit αὐτὴν scribendum, ut indicaretur Subjecti conversio. Ἐπὶ autem et ἐπ' saepenumero cum ἔτι commutata a librariis esse, monuimus ad Dial. XVIII. extr. in Varr. Lectt. In re adeo certa et luculenta vix exspectasses, *Schmiederum* servatis ἐπ' αὐτὴν etiam otiosum σοι adjungere potuisse, cui alienae manus nota manifesto inhaeret. *Seyboldus* omnino ejici voluit ἐπ'. Sed *Poppo* optimo jure et sanissima ratione ἔτι tuetur, ostendens, respiciendam in his Veneris verbis esse dubitationem Paridis illam §. 15. Τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἄπιστον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ ἀπολιποῦσαν τὸν ἄνδρα ἐθελῆσαι βαρβάρῳ καὶ ξένῳ συνεκπλεῦσαι. LEHM.

Pag. 77. l. 1. *Πόθον*) Hunc Deum haud temere alibi reperias. Consule *Eust.* Od. *A.* SOLAN. Vid. tamen supra notam *Hemst.* LEHM.

Ead. l. 3. *Ἐπὶ τούτοις λάμβανε*] Haec verba in suspicionem spuriae originis inciderunt, et vere absunt ab O. Neque tamen diffiteor, nullam me fingere posse rationem, qua ea in textum venire potuerint: contra facilius excidere potuerunt. Modo ne legatur cum *Schmiedero* et *Poppone*: δίδωμί σοι, et universa potius constituatur prior enuntiatio, neque vero, ut in interpretatione Latina factum, solennis quaedam ad formulam exacta pactio: et bonam habebis, nec sane inconvenientem, arbitri religiosi, vel potius suspiciosi (amabat enim et diffidebat simul) sententiam. Primum nem-

pe omnino permotus, at secum agens, judicat, si haec ita sint, se sane posse pomum e manu tradere. Mox ad Venerem conversus revera tradit, callide dicens et cum graviori quadam vi: *Sub hac conditione accipe.* Certe magis spero hanc rationem placituram esse subtilibus et aequis judicibus, quam quae a *Van Eldickio* proposita est in Suspicionum Specimine Zutph. 1764. 4. p. 18. qui Venerem dicere jubet: *οὐκοῦν* (melius hoc, quam *οὔκουν*) *ἐπὶ τούτοις δίδως μοι τὸ μῆλον;* et Paridem respondere: *Ἐπὶ τούτοις λάμβανε.* Quamquam ingeniosam hanc conjecturam per se spectatam, ut par est, haud parvi faciendam puto. Lehm.

Ead. l. 23. *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ σειρὰν κ.*) Haec mutuatur ex *Homero* Il. *Θ.* 17. et seq. Cler.

Pag. 78. l. 2. *Συναρτήσας*) Mallem fere *συναρπάσας*· nisi expresserit illum *Homeri* versum Iliad. *Θ.* 25. *Σειρὴν μέν κεν ἔπειτα περὶ ῥίον Οὐλύμποιο Δησαίμην*· nam *συναρτᾷν* est *συνάπτειν*, ut veteres exponunt. Hemst.

Ead. l. 6. *Κἂν τὴν θάλασσαν*) Pone tantum *καί*. diversus est usus, quando iterantur hae particulae, neque huc congruit. Hemst. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 725. legit *καὶ*, nihil monens. Adsentitur etiam *Poppo*, quamquam retinuit *κἂν* in textu. Lehm.

Ead. l. 8. *Εὐφήμει*) *Apul.* Miles. I *Parce, inquit, in feminam divinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas.* ibi *Pricaeus* p. 25. et hoc ipsum et plura similia notavit. Hemst.

Ead. l. 13. *Ὁ Ποσειδῶν* etc.) Narrat, Neptunum, Junonem et Minervam conspirasse in Jovem, eumque constituisse in vincula conjicere, utque metu hujus coitionis Jupiter perculsus in varias se formas verterit. Respicit ad *Homeri* locum, in Iliad. A. v. 399.

Ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη τ' ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

Cum ipsum vincire Dii alii voluerunt, Juno et Neptunus et Minerva. Graev.

Ead. l. 14. *Ἐπεβούλευον ξυνδ.*) Ed. *J.* pro *ἐπεβούλευσαν*, quod in reliquis est. Solan. Opinabar olim supplendum *ξυνδῆσαι αὐτὸν βουλόμενοι*· frustra: verbi *ἐπιβουλεύειν* haec structura satis est familiaris. *Aristoph.* Plut. v. 1112. — *ταῦτ' ἐπιβουλεύει ποιεῖν Ἡμᾶς.* — *Demosth.* in Lacr. p. 952. D. *ἐπεβούλευον μηδὲν ὑγιὲς ποιεῖν.* *Aristocles* apud *Schol. Theocr.* ad Eid. XV, 64. *τὸν Δία μυθολογεῖ ἐπιβουλεύειν τῇ Ἥρᾳ μιγῆναι*· perperam editur *μιγνῦναι*. Plura suppeditabit *H. Stephanus.* Hemst. In Jov. Trag. c. 40. de eadem con-

juratione: ὡς ἐπεβούλευον ξυνδῆσαι αὐτὸν ἡ θυγάτηρ etc. (Similiter *Sallust.* B. Cat. c. 52, 24. *Conjuravere nobilissumi cives patriam incendere.*) *Xenoph.* Sympos. IV, 52. αἰσθάνομαι γάρ τινας ἐπιβουλεύοντας διαφθεῖραι αὐτόν. Scilicet construitur hoc verbum cum Infinitivo, quia per se significat velle, cupere, conari, moliri aliquid (facere) clam, occulte, insidiose, in damnum alterius; altero inscio et invito aliquid facere conari insidiis structis. Et sic optime convenit Infinitivus. Ad eandem normam revocabis illud Dial. XIX, 2. αἱρεῖν διώκουσα. De voce παντοῖος haec *Hemsterhusius* in minori editione adnotavit: „Παντοῖος dicitur εἶναι, qui metu perculsus varias induit formas emoti et trepidantis animi indicia: egregiam horum picturam habes apud *Nostrum* Eunucho c. 11. Βαγώας δὲ μᾶλλον ἐταράττετο, καὶ παντοῖος ἦν εἰς μυρία τραπόμενος χρώματα καὶ ψυχρῷ τῷ ἱδρῶτι ῥεόμενος. Similiter *Tatius* lib. V. Τούτοις ἐντυχὼν πάντα ἐγενόμην, ὁμοῦ ἀνεφλεγόμην, ὠχρίων, ἐθαύμαζον, ἠπίστουν, ἔχαιρον, ἠχθόμην. et ad initium lib. VIII. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Θέρσανδρος παντοδαπὸς ἦν, ἤχθετο, ὠργίζετο, ἐβουλεύετο etc." Conferri meretur locus Nigr. c. 4. Inprimis haec phrasis denotat studium vehemens, periculum effugiendi, ubi manibus pedibusque, ut ajunt, contendas, ut elabaris. Sic occurrit de Socrate a Cerbero vi in Orcum abstracto Diall. Mortt. XXI, 2. Sic *Herodot.* IX, 109. de Xerxe nihil non tentante, quo promisso officio solveretur. LEHM.

Pag. 80. l. 1. Ἐξ ἔρωτος] Lectio ἐξαίρετος, quamquam non omnis auctoritatis expers, tamen multo vulgatae posthabenda videtur. *Locella* ad *Xenoph. Eph.* p. 185. explicat: *extra ordinem tibi natus, id est, e furtivo insuperque naturae non convenienti concubitu.* At prius horum jam inest in μοιχίδιος, alterum h. l. dictum non convenit, quia postea demum haec res Mercurio declaratur. Omnino dubito de hoc vocabuli ἐξαίρετος usu Lucianeo. *Nostro* ἐξαίρετος est *exquisitus, eximius.* Vid. Indic. Contra ἐξ ἔρωτος aptissime dictum: *adulterinus sum, amoris tui foetus.* Blande loquitur bellus filius ad reluctantem patrem. LEHM.

Ead. l. 9. Μήπου ἔλαθον etc.] Verto: *Insciusne forte ego capram stupravi? Ich habe doch nicht etwa* etc. Sed hoc non inest vulgatae voci ἦπου, quae significaret: *num forte, habe ich etwa* — In talibus autem *Lucianum*, et omnino bonos scriptores, non ἦ usurpare, sed ἤ, satis, opinor, a nobis demonstratum ad Diall. XIV, 1. Itaque certe scribendum erat ἤπου, *an forte*, uti Lipsiensis ed. habet; quamquam Diall. Mortt. IX, 4. et XXVII, 9. ἦπου in similibus

nexibus mutari nolim. At scribe meo periculo μήπου, quod Coll Gal exhibent. Scilicet particula μὴ, ubi interrogationi inservit, ut Latinum — *ne*, cum horrore quodam et aversatione ejus, quod interrogatur, usurpari solet; quod ut in natura hujus particulae inest, ita confirmatur etiam veterum tantum non omnium usu, quamquam ab interpretibus saepe vel ignorato, vel neglecto. Somn. §. 17. μὴ ὀνείρων ἡμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπείληφεν; *somniorumne forte nos habet interpretes?* er hält uns doch nicht etwa für Traumdeuter? Lehm.

Ead. l. 12. *Δακὼν τὸν δάκτυλον*) Hoc est, *quid unguem mordes?* Multi solent unguem admordere, cum quidpiam animo quaerunt, quod non possunt illico invenire. *Horatius* de poëta versus non facile faciente I. Sat. 10.

— in versu faciendo

Saepe caput scaberet, vivos et roderet ungues. Cler.

Ead. l. 13. *Τὴν Ἰκαρίου λ. Πηνελόπην*) Hujus mulieris filium etiam *Hyginus* facit CCXXIV. Cujus Icarii filia fuerit, non reperio. Spartana erat. Solan. Hinc poëtis Ἰκαριώνη. *Propertio Icariotis:*

Quaeque ferunt fastus, Icarioti, tuos,

III. El. 11. *Icarum* dicas, *Icarium* an *Icarionem*, nihil est horum, quod veterum auctoritate destituatur: maxime tamen *Homero* duce vulgatum *Icarius*. Generis origo nobilissima, quaeque vel ab Aeolo, vel altius ab Atlante, aut, si mavis, ipso Jove repeti potest. Prius exponit *Apollodor.* I. p. 27. inter Aeoli et Enaretes filios Pericrem recensens. Ex isto Periere, qui Messenem obtinuit, et Gorgophona Persei filia natus est Icarius cum fratribus Aphareo, Leucippo et Tyndareo p. 43. notat ibi, multos non Aeoli facere filium Pericrem, sed Cynortae; διόπερ, inquit, τὰ περὶ τῶν Περιήρους ἐκγόνων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ γένει δηλώσομεν. Praestitit fidem lib. III. p. 211. totamque gentis seriem ab Atlante, vel Taygete Atlantis filia et Jove deduxit. Verum ab iis, quae p. 215. scribuntur, *Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες Ἀφαρέα μὲν καὶ Λεύκιππον ἐκ Περιήρους γενέσθαι τοῦ Αἰόλου. Κυνόρτου δὲ Περιήρην· τοῦδε, Οἴβαλον· Οἰβάλου δὲ καὶ Νηΐδος νύμφης Βατείας Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκαρίωνα*, quanquam neminem illa suspicio tetigerit, ne *Meursium* quidem in Regn. Lacon. c. III. ab iis, inquam, recidenda sunt, nisi plane fallor, *Περιήρην, τοῦδε·* inseruit aliquis, quem diligentia parum felix decepit, ex praecedentibus, ubi sane *Κυνόρτου δὲ Περιήρης·* sed meminisse debuerat, diversam aliorum in hoc loco commemorari sententiam, qui Aphareum et Leucippum Periere natos esse Aeoli filio referebant; his certe auctoribus Cynortae non Pe-

rieres, sed Oebalus fuit filius; itaque *Paus.* III. p. 203. 204. neque mirum; quippe qui simul tradant, eandem utrosque Gorgophonem habuisse uxorem, teste *Pausan.* IV. p. 233. unde jam planius intelligitur, quod ait p. 204. *εἶναί τε Ἀφάρεα τὸν Περιήρους ἀδελφὸν Τυνδάρεω πρὸς μητρός.* Hac de re scriptorumque dissidio componendo quae poterant observari multo plura, lubens praetermitto. Icarius ergo seu Perieris sive Oebali filius in matrimonio habuit vel nominibus diversis unam, vel plures uxores: Dorodochen Orsilochi, aut, ex Pherecyde, Asterodiam Eurypyli filiam ipsi jungit *Schol. Homer.* ad Odyss. O. 16. Periboeam, *νύμφην Νηΐδα* (nihil erat ista aetate nympharum connubiis familiarius) *Apollodorus*, ex ea natos enumerans quinque masculos, unam feminei sexus Penelopen: sororem ejus Iphthimen, Eumelo nuptam colligunt ex Od. *Δ*. 797. nescio quam recte: mihi quidem ratio constat, cur olim in *Homero* scriptum fuisse statuam, *Εἴδωλον ποίησε, Μέδη δ' ἤϊκτο γυναικὶ Ἰφθίμῃ, κούρῃ μεγαλήτορος Ἰκαρίοιο.* Ulysses vero, qui inter Helenae procos nomen fuerat professus, Tyndareo mirum in modum fluctuanti pollicetur, si nuptias Penelopes sibi conciliet, tale se consilium adlaturum, quod metum ejus omnem ac dubitationem expediat: rem totam persequitur *Apollod.* III. pag. 217. HEMST.

Pag. 81. l. 6. *Τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν*) Ita *Philargyr.* ad *Virgil.* Ecl. II, 32. *Hic autem natus est Mercurio in arietem converso, et Penelope uxore Ulyssis, Schol. Theocr.* ad Eid. VII, 109. et *Serv* ad Aen. II, 44. Sed quia non immerito paullo quis acutior miretur, quomodo pulcherrima eademque castissima Penelope adduci potuerit, ut hirco se submitteret, admodum solerter tantae difficultati vel *Nonnus* vel *Maximus* mederi conatus est in *Συναγ. Ἱστ.* ad *Gregorii Nazianz.* Stel. I. p. 141. *καὶ ἐννοήσας αὐτὴν μαγείᾳ εἰς ἔρωτα αὐτοῦ ἐκίνησε, καὶ ὠχεύθη ὑπὸ τοῦ τράγου·* nonnihil sane Penelopes honori consultum vides, quae culpam praestare non tenetur, quam fascinata magicis artibus ac mentis non compos admisit. Pater Mercurius, ne nescias, tertius est, tertio quoque Jove natus et Maja, ut monet *Cicer.* de N. D. III. §. 56. filius Pan, quem hic *Lucianus* inducit, omnium Panum ultimus: nam venerandae vetustatis multo plures exstiterunt, aliisque orti parentibus: vide modo *Schol. Theocr.* ad Eid. I, 3, 125. scriptorem Arg. I. ad Pythion. *Pindari*, quorum alter ad alterum emendandum juvat, *Apollodor.* I. p. 13. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 772. Noster hicce cum Hercule Alcmenes filio Deorum apud Graecos agmen clauserunt, quod credere li-

cet adfirmanti *Herodoto* II, 145. cum contra Aegyptiorum antiquissimus esset Pan, *καὶ τῶν ὀκτω τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν·* et *Herodotus* quidem, qui studio vetustatis barbaris adversus Graecos saepe favisse deprehenditur, quanti Deorum huncce novissimum fecerit, haud obscure declarat c. 146. *καὶ Πανός γε πέρι οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν (οἱ Ἕλληνες) ὅπῃ ἐτράπετο γενόμενος·* mirandum sane, fabulam alias excogitandi quidvis foecundissimam hac in parte claudicare: Athenienses tamen, dummodo sit iste Pan idem, qui noster, quod dubitare nonnullos scio, quis esset quamque salutaris apud Marathonem adjutor, haud ingrati didicerunt. At grande mortis ejus arcanum patuit demum sub imperatore Tiberio: cum enim ex insula Paxis audita vox esset, magnum Panem obiisse, eaque res Romam relata cunctorum animos ipsiusque Tiberii advertisset, philologi, momento gravissimae quaestionis expenso, conjectarunt, hunc esse Mercurii et Penelopes filium; ut refert *Plutarch.* de Orac. Defect. p. 419. Nolo sagacissimis hominibus adversari, tametsi qua fortuna, quove consilio in Paxos, Arcadia relicta, devenerit moribundus Pan, ignorare me fatear; nisi quod desertis locis, atque insulis etiam, eum valde delectatum fuisse ferant: vide *Aeschyl.* Pers. v. 447. et Schol. Cur autem *κερασφόρος* fuerit et *τραγοσκελής*, commoda plane caussa est, et probabilis, quam a matre acceptam Mercurio patri exponit: haec figura Aegyptio juxta et nostro Pani communis; utrumque enim *γράφουσί τε δὴ καὶ γλύφουσι αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα*, teste *Herodoto* II, 46. talemque carmine depinxit *Sil. Ital.* XIII, 326. Hinc Pan *δικέρως* Thespidi Tragicorum vetustissimo apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 570. D. at tu Thespidem observa quadraginta vel quinquaginta minimum annis pugnam Marathoniam praecessisse, post quam primum cognitus, et in civitatem familiamque Deorum numerosissimam ab Atheniensibus adscitus fuit Pan: vel Thespis igitur ritus in Arcadia solennes descripsit, vel fabulae ipsi tributae falsum nomen mentiebantur, quod voluit vir maximus. *Κεροβάτου* vocabulum ad caput Panis an ad pedes pertineat, quamque virtutem habeat propriam, valde dissentiunt Grammatici, quos lege ad *Aristoph.* Ran. v. 232. ego *cornipedem* reddere non verear: excidit Etymologo, quem vix est, ut intelligas, nisi reposueris p. 504. v. 2. *Κεροβάτης, ὁ τὰ ἀκρωτήρια τῶν ὄρεων βαίνων* etc. *κερώνυξ* pari ratione *Dionysio* Perieg. v. 995. ubi itidem nescio quid *Scholiastes* et *Eustathius* tricantur. *Plato* superne glabellum fecit, qualis, inferiore saltem corporis parte obtecta, vel Penelopae place-

re potuisset, in Crat. p. 280. E. *Πὰν αἰπόλος, διφυὴς Ἑρμοῦ υἱὸς, τὰ μὲν ἄνωθεν λεῖος, τὰ δὲ κάτωθεν τραχὺς, καὶ τραγοειδής.* Porro, si *Lucianum* audis, Ulyssi nullam injuriam fecit Penelope, quippe in Arcadia virgo compressa, antequam nuberet: imo in Lyceo templum esse Panos, in quo natus adseratur, scripsit *Lactantius* ad *Statii Thebaid.* II, 206. secus *Herodotus* sensit: nam si *Πανὶ τῷ ἐκ Πηνελόπης ἐλάσσω ἔτεά ἐστι τῶν Τρωϊκῶν*, ut ait II, 145. eum oportet in lucem prodiisse finito bello Trojano, dum longinquis erroribus jactatus Ulysses domo aberat: in eadem illi opinione fuerunt versati, quorum absurdam interpretationem *Virgilii* Georg. I, 16. profert *Servius*, cujus adnotatio, ut intelligi possit, levi manu paruinper adjuvari debet: *Nemus linquens patrium*] *Pindarus Pana ex Penelope Ulyssis filium dicit:* (hoc, ne credas inauditum, commemorat etiam *Schol. Theocriti*) *unde multi patrium pro paternum accipiunt, eo quod Pan non Arcas sit, sed Ithacesius; ut a patre, non a patria, vox haec videatur detorta. Vel, quia in Arcadia genitus.* adde *Serv. Daniel.* ad Aen. II, 44. Jam praeterea si quis forte paullo severior *Luciano*, quod hunc Penelopes filium Bacchi sodalem ac consortem faciat, minus observatae temporum rationis dicam scribat, excusationem sibi paratam habebit ex aliorum, quos sane multos laudare potest, errore simili: re enim vera Bacchi in Indiam expeditio, cui Pan interfuit furentium copiarum dux, centenis aliquot annis hujus Panis nati aetatem antevertit. Sed in his scilicet fabulosis intra veniam peccare censentur, qui, dum ordinem temporis ac limites refigunt, crimen illud ingenio et lepore compensant. HEMST. Alias etiam ab aliis scriptoribus nominatas fuisse Panis matres, testis est *Natalis Comes* Mythol. L. V. c. 6., in quibus tamen non inveni Dryopen Nympham, quam *Wielandius* ad tuendam Penelopes pudicitiam adfert, neque in Hymno illo *Homerico* XIX. invenio, quem is testimonii loco advocat. Falso intellexisse videtur versum 34. LEHM.

Ead. l. 12. *Μουσικὸς γάρ εἰμι*) Sic in Bacch. et Bis Accus. Copiose *Nonn. Dionys. Interpr. Theocriti*, et *Virgil.* BOURD.

Ead. l. 13. *Πάνυ καπυρὸν*) *Λαμπρὸν, ἡδὺ*, ut in *Schol. Theocrit.* Idyll. 7. *καπυρὸν στόμα, λαμπρὸν, ἡδὺ, μεταφορικῶς. τὰ γὰρ ἐξοπτὰ τῶν ἐδεσμάτων ἡδύνει τὴν γεῦσιν.* Tangit aliam interpretationem, et haec verba *Micyll.* interp. In quibusdam libris legitur *λιγυρόν·* sed *καπυρὸν* verbum rusticum, ut in *Longi* Pastoral. *εὐφημῶς* autem *ἐκάλεσεν καπυρὸν τὸ τραχὺ καὶ τὸ ἄγροικον τοῦ συρίγματος, ὃ ἂν γένοιτο οἷον ἐκ κεραμέου*

σκεύους διατεθρυμμένου. testarum sonitus. Qua de re *Isaac. Casaub.* ad *Suet. Theod. Marcil.* ad *Pers.* Bourd. *Καπυρὸν, dulce.* Guyet. *Theocrit.* Idyll. VII. *Virgil.* Ecl. II. et IV. Solan. *Πάνυ καπυρὸν γελάσας Longus* habet II, pag. 34. ibi *Jungermannum* et *Mollium* hic *Luciani* locus non fugit: quod adfertur ex Epigrammate, *Nossidis* est Anth. III. c. 6. Ep. 16. *Καὶ καπυρὸν γελάσας παραμείβεαι.* Fluctuare viros eruditos in constituenda vocis potestate minime miror, quippe quam adsequi non licet, nisi primam ejus vim atque originem habeas exploratam: eo ne *Salmasius* quidem pervenire videtur potuisse ad *Ael. Spartian.* p. 45. Nobis hic longioribus esse non libet. Hemst.

Pag. 82. l. 3. *'Αθηναίοις συμμ.*) Quod ait *Gilb. Cognatus, Pana majore, quam humana statura, exercitui Graecorum praeiisse,* (vide *Homer.* hymn. in Pana) nusquam alibi reperio. Lapsus fortasse memoriae est: nam id dicitur de Pane in bello Giganteo. Leed. Vide *Paus.* Att. Solan. De Pane Atheniensibus auxiliante *Herodot.* VI, 105. Lehm.

Ead. l. 4. *'Αριστεῖον*) Exstat ea de re *Simonidis* epigramma, quod statuae illi inscriptum fuisse videtur:

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν 'Αρκάδα, τὸν κατὰ Μήδων
Τὸν μετ' 'Αθηναίων στήσατο Μιλτιάδης.

Pott. 306. f. et 390. f. V. et A. G. IV, 871. Innotuisse tum primum Atheniensibus docent *Clem. Alex.* p. 18. C. et *Noster* Bis Acc. cap. 9. *Μακραὶ* dicebatur spelunca: vide omnino *Eurip.* Io. p. 697. B. Solan.

Ead. l. 7. *Τοῦτο*) Id est, *Πᾶνα.* Guyet.

Ead. l. 9. *'Ερωτικὸς γάρ εἰμι*) Sic Pan dictus *φιλοπάρθενος, Achill. Tat.* lib. VIII. et *ἐρωτικὸς, Long.* lib. II. Bourd.

Ead. l. 11. *'Επιχειρεῖς*) Ex A. P. et ed. J. nisi quod in hac mendose legitur *ἐπιχορεῖς.* In reliquis est *ἐπιβαίνεις.* Vide Dial. sq. finem et Epist. Div. ad Saturnum. Echo cur fingatur Pana amasse, vide *Polyaen.* Strat. I. p. 10. Meminit et *Moschus* apud *Stob.* in Grot. *Flor.* 247. Solan. Probissimam lectionem *ἐπιβαίνεις* nullus equidem mutavero cum *ἐπιχειρεῖς.* De Pane non aliter jocatur Mercurius, quam si totus foret hircus. In hac re propria sunt *βαίνειν* et *ἐπιβαίνειν Poll.* V, 92. *Long.* III. p. 79. *οἱ κριοὶ ἔβαινον ἄλλος ἄλλην,* et *ἐπαναβαίνειν Athen.* XIII. p. 605. F. *Pausan.* V. p. 448. solet quidem *Aristoteles ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὴν ἵππον·* sed apud alios saepius invenias *ἐπιβαίνειν τὴν ἵππον* vel *τῇ ἵππῳ·* utrumque in Hippiatricis: p. 57. *ἐὰν κακογενὲς ὀχεῖον ἐπιβῇ· inscendere* Rei Veterinariae Scriptores. Hinc *βάτης* et *ἀναβάτης* idem qui *ὀχεύτης·* nam *ἐπιβάτης* vix usitatum credo. Hemst. De

asino, ἐπιβήσεται ταῖς ἵπποις Luc. s. Asin. cap. 27. et sic saepius in isto libello. Lehm.

Ead. l. 12. Τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ) Hinc Pan ὀρεσσαύλου πόσις Ἀχοῦς Anthol. IV. p. 476. a *Theaeteto* dictus; ubi *Brodaeus* hujus loci meminit, et praecedentium. Pinus amatae et in arborem versae fabula nihil est notius. Quod praeter ed. J. nonnulli Codd. pro Πίτυϊ praebent Πυθοῖ, id quidem quale sit, non percipio: recte jamdudum monuit *Jungermann.* ad *Long.* p. 215. hunc *Luciani* locum proferens: *ubi male quidam cusi Πυθοῖ.* Eundem vide p. 207. At si unius literae mutatione vitiosam scripturam expoliveris Πειθοῖ, praeferenda videri potest receptae, atque ab ipso *Luciano* profecta: Pitho sane in comitatu Magnae Deae, cujus μεγάλας θεοῦ κύνα παντοδαπὸν Panem vocavit *Pindarus* apud *Aristotel.* Rhet. II. p. 111. ideoque junguntur in re sacra faciunda. *Demosth.* Πρ. Δημ. LXIII. ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ Πειθοῖ καὶ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν καὶ τῷ Ἀπόλλωνι. *Hermesianacti* Gratiarum una Pitho, teste *Pausania* IX. p. 781. Pan vero σεμνῶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν, quod ex *Pindaro Scholiastes* ejus ad Pyth. III, 139. Imo, ne de nuptiis hisce vel minimum dubitetur, Iynx Panis et Pithûs filia: *Schol. Lycophr.* ad v. 309. Ἡ Ἴυγξ γυνὴ ἦν πρότερον, θυγάτηρ Πειθοῦς ἢ Ἠχοῦς καὶ Πανός. plures adnotavit testes *Kusterus* ad *Suid.* in Ἴυγξ. Echo, quae sibi jus matris itidem vindicet, nihil hic moramur. Jam suspicari non absurdum est, librarios solenni facinore Πειθοῖ ignotius immutasse in Πίτυϊ. Quae paullo post leguntur, ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν ταῦτα, mihi sane non placent, neque adeo videntur integra. Hemst. Cum gravitate quadam et spiritu altiori haec satis ridicule quidem, at personae suae haud inconvenienter, loquitur Pan, veluti magnam aliquam rem gerendam sibi exspectans, ut nec ego possim, quin cum *Poppone* mirer *Hemsterhusii* de his verbis judicium. Neque intelligo, qui *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 463. dicere potuerit, nihil quidquam referre h. l. sive ἴδωμεν, *viderimus*, sive εἰδῶμεν, *sciverimus*, capias. Unice convenit deliberandi notio, atque adeo lectio ἴδωμεν, *viderimus*, ut nec de Merc. Cond. c. 6. pro φέρ' οὖν ἴδωμεν, εἰ ἀληθῆ λέγουσι dici potuisset: φέρ' οὖν εἰδῶμεν. Quodsi altera ratio praeferenda videretur, corrigendum foret ἡμεῖς δὲ εἰδείημεν ἄν, ut Char. c. 4. σὺ ἄν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδείητε. Quod autem paullo superius *Belinus* pro χαρίσῃ scribi voluit ἂν χαρίσαιο, nullo modo placet. Cf. Diall. Mortt. XIII, 6. Οἶσθα ὃ δράσεις; ubi *Kusterus* sine idonea caussa δρᾶσον conjecit. Facilior essem erga *Popponem*, Atticam formam

χαρτῇ praeferendam putantem, qua forma et alibi *Noster* utitur, ut Qu Hist. Conscr. c. 12. Tox. c. 29. Phalar. I. c. 11., nisi optimi libri h. l. contrarium clamarent. Ob eandem vero caussam cum eodem *Poppone* facio, qui conjecturam *Hemsterhusii* Πειθοῖ, quamqum haud sane infelicem, reprobat. Notiorem enim par est a *Luciano* commemoratum esse Panis amorem, non ignotiorem; et credibilius adeo, e Πίτυϊ, quam e Πειθοῖ, ortam esse perversam scripturam Πυθοῖ. LEHM.

Ibid. Πίτυϊ) *Suid.* in Pitys: *Nonn. Dionys.* lib. II. *Propert.* lib. I. Male in quibusdam Πυτοῖ. In Anglic. Πυθοῖ. BOURD. Pityn ajunt puellam fuisse, a Pane simul et Borea adamatam, quae quoniam Pani magis favebat, a Borea illisa in scopulum mortem obibat: at ne tota periret, Tellus ex eo, quod reliquum erat, arborem produxit, quam Latini adpellant *pinum*, cujus ramos coronatus pastorum Deus gestare amat. LEED. Πυθοῖ Angl. P. L. et ed. J. Reliqui Πίτυϊ. SOLAN.

Pag. 83. l. 16. Τί ἂν λέγοιμεν ὁμ.) Non aptissime cohaerent; distinctione separanda censeo, τί ἂν λέγοιμεν; ὁμομητρίους ἀδελφοὺς εἶναι. Alioqui non absurde scribi poterat, Τίς ἂν λέγοι ὁμομ. etc. De his fratribus dissimillimis vide *P. Burmann.* ad *Ovid.* Metam. IV, 288. ubi *Luciani* meminit: de Hermaphrodito *Diodor. Sic.* IV. p. 150. B. HEMST. In textu ipso erat: Τί ἄν; λέγοιμεν ὁμ. haud dubie operarum culpa, cujus non debebant Bipontini participes fieri. LEHM.

Pag. 84. l. 2. Πέρα τοῦ εὐπρεποῦς) Διὰ τὸ ὑπερμέγεθες τοῦ αἰδοίου. Dixi alibi: vocant ἀκροπόσθια· de qua dictione alibi. BOURD. De Salt. c. 21. idem Priapus πέρα τοῦ μετρίου ἀνδρικός. LEHM.

Ead. l. 14. Ἦν τις Ἕλλην) Orestis fabulam tangit, cum quo aufugit. *Eur.* SOLAN.

Pag. 85. l. 4. Ὑποβεβρεγμένοι) Sic in Gall. βαθείας ἤδη ἑσπέρας ὑποβεβρεγμένος. *Heliod.* lib. 1. et 2. *Casaubon.* ad *Athen. Herald.* ad *Mart.* BOURD. Inter cognatae significationis verba primo loco ponit *Poll.* VI, 25. ὑποβεβρέχθαι, διαθερμαίνεσθαι, σεσεῖσθαι μέθῃ, μεθύειν. *Long.* II. pag. 60. γέροντες ὑποβεβρεγμένοι· ibi plura *Jungermann.* p. 213. *Luciani,* in quo saepius occurrit, bene memor: *Mollius* inverecunde, quem plane descripsit *Des. Heraldum* ad *Martial.* I. Ep. 71. nec satis intellectum, ne nominare quidem fuit dignatus. *Heliodoro* διαβεβρεγμένοι ἤδη καὶ πρὸς τὸ ὑβριστικώτερον παραφερόμενοι, qui jam ulterius provecti vino permaduerunt, V. p. 255. Eleganter *Alexis* loquendi modum parumper infle-

xit, *Θασίοις καὶ Λεσβίοις οἰναρίοις τῆς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχειν μέρος* apud *Athen.* II. p. 47. D. *Thasiis Lesbiisque vinulis, quod dici reliquum est, commadefacere,* sive, *quod superest dici, Thasiis vinulis largiter hauriendis ducere.* Quae autem paullo ante praecedunt, *πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος*, ad Bacchum retulerunt interpretes, quos sum secutus: de Priapo si quis malit intelligere, non valde refragabor; neque etiam si porro vertendum existimet, *nuper Lampsaci natus:* revera enim ea in urbe hi natum, nutritum alii Priapum tradiderunt. Vid. *Schol. Apollon. Rhod.* ad I, 932. *Etymol.* in *Ἀβαρνίδα*, *Serv.* et *Philargyr.* ad *Virgil.* Georg. IV, 111. Idem est, qui Bacchus, ex quorundam sententia: Bacchi filium ex Venere sunt qui faciant, cujus gravidae ventrem cum manu veneuata Juno tetigisset, hunc scilicet improbae naturae puerum edidit; quem tamen utcunque *πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸν* verecundae Nymphae nunquam reformidarunt. Alias matres tribuit *Schol. Theocriti* ad Eid. I, 21. de patre res non minus est incerta: in hoc quidem dialogo nusquam Bacchus hunc sibi honorem vindicat. HEMST. Verba *πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος*, quo minus ad Priapum referantur, vel nexus et ordo membrorum impedit, ut recte observavit *Poppo;* nisi forte parenthesin dupliciter complicatam statuere velis, qua verba *Ὁ μέντοι Πρίαπος — πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος — ὁ δὲ ὑποδεξάμενος* primum verbis *γελοῖον γάρ τί σοι διηγήσομαι*, deinde his: *ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν* interrupta, vel potius lacerata, cogitentur. Simplicior multo, quamquam et ipsa paullo liberior, membrorum structura est ea, qua *γενόμενος* cum *διηγήσομαι* connectitur. Exemplum similis narrandi cum adfectu rationis supra adfuit Dial. XIV, 2. ubi vid. Adnot. Paullo aliter locum disposuit *Schmiederus: Ὁ μέντοι Πρίαπος* . . . . (ridet) *γελοῖον γάρ τί σοι διηγήσομαι. Πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος, ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν, ὁ δὲ* etc. LEHM.

Ead. l. 9. *Τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐγέλασα;*) V. *Clem. Alex.* 16. C. SOLAN.

Ead. l. 10. *Εὖγε, τὸ μὴ*) Scribendum est, *εὖγε, ὅτι μὴ χαλεπῶς*. HEMST. Frequens quidem *Nostro εὖγε*, sequenti *ὅτι*. In familiori vero confabulatione etiam insolentior ratio ferenda. *Abreschius* p. 78. Dilucc. Thuc. supplet: *εὖγε* (*ἐποίησας*) *τὸ μὴ χ. μ. ἀγρίως* (*αὐτὸν ἀποδέξασθαι*). Mallem *ἀπωθήσασθαι*, vel, quod *Scholiastes* Paris. subaudit, *ἐνεγκεῖν*. Sic fere etiam *Poppo* censuit. LEHM.

Ead. l. 13. *Καὶ νήφοντα*) Sic Thraso apud *Terent.* *Ego istum Eunuchum vel sobrius.* VORST.

Ead. l. 15. Ἐπιχειρήσει) Sic bis antea dixit ἐπείρα. Sic *Eustath.* l. V. Ism. et Ism. καί τι δρᾷν ἐπεχείρουν ἐρωτικώτερον. *Heliod.* lib. I. ἐπειρᾶτο τινὸς τῶν ἀθεμίτων. Sic Latinis *tentare* sic Dial. XXII. ταῖς αἰξὶν ἐπιβαίνεις. Cod. doctissimi *Golmani* ἐπιχειρεῖς. Bourd.

Pag. 86. l. 5. Ἐστὶ) Hic Dialogus omnino turbatus in Mss. Bourd.

Ead. l. 13. Ἡμεροδρομοῦντα) Significat Mercurius, se non meliore esse conditione, quam sint Graecorum ἡμεροδρόμοι· qualis notissimus ille Phidippides, vel Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας, cujus etiam *Noster* meminit in libello Pro Laps. in Sal. c. 3. Δρομοκήρυκας *Harpocration* interpretatur ἡμεροδρόμους, jure merito propterea reprehensus ab *Henr. Valesio*: est enim sine dubio diversum genus, quod *Lambinum* etiam fugit ad *Corn. Nepot.* Miltiad. c. 4. Ne *Livius* quidem satis adcurate, censente *Valesio*, lib. XXXI. c. 24. *speculator, hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium.* Summi scriptoris verba fere usurpavi, ut *Luciani* mentem, quod satis erat difficile, vertendo aliquatenus adsequerer. Hemst.

Ead. l. 14. Νεώνητον) Jure vocat Ganymedem, cujus rapti pretium dederat Jupiter vel equos immortales, ut cum *Homer.* Il. E. 265. et *Apollod.* II. p. 123. plerique tradunt; vel vitim auream, ut ex Cycli poëtis refert *Schol. Euripid.* ad Orest. v. 1392. Hemst.

Pag. 87. l. 1. Νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον) *Alcaeus* et *Sappho* huic muneri Mercurium inter Deos praefecerant, ut *Athenaeus* docet I. p. 39. A. X. p. 425. D. quae ab *Eustathio* sunt descripta ad Il. Υ. p. 1205. Od. I. p. 1633. Si ab hoc ministerio Mercurius abiit post Ganymedem in coelos sublatum, sibi non consentit *Lucianus*, quando in initio Charontis dicentem facit, γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν· multo serius haec scena est acta. Hemst. Temporibus scilicet Cyri majoris et Solonis. Lehm.

Ead. l. 3. Ψυχαγωγεῖν) Hinc Mercurius ψυχαγωγὸς, νεκρόπομπος, ψυχόπομπος, πομπαῖος, πομπεύς· quod facere credebatur virtute virgae, de qua Dial. Deor. VII. Mortuor. XXIII. *Jul.* Imp. passim. Eadem virtus Plutonianae virgae, *Pindar.* Od. 9. Olympion. Eadem Horarum virtus: *Theocr.* Idyll. 15. Bourd. Νεκραγωγεῖν dicitur hoc ministerium Charon. c. 2. et propterea ibid. c. 1. Charon Mercurium vocat suum ἑταῖρον, καὶ ξύμπλουν, καὶ ξυνδιάκτορον. Lehm.

Ead. l. 6. Κηρύττειν) Unde id munus Mercurio adsignavit tot in locis *Lucianus*. Solan.

Ead. l. 7. *Τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν ᾅδου εἰσὶν*) Non satisfacit *Benedictus, Ledae filii alternis vicibus apud superos atque inferos versantur*; vel, ut alii, *alternis inter ipsos vicibus agitant.* Etsi enim vera ista, tamen non ad *Lucianum*, qui exprimere destinata tempora voluit, nempe *alternis diebus.* Quod nisi constaret, ac sic definite loqueretur, non posset infra Diogenes Polluci dicere, *σὺν γάρ ἐστιν οἶμαι τὸ ἀναβιῶναι αὔριον*, velut dubitans de certo tempore, sed certe scire se dixisset aliquando reversurum in vitam: non Mercurius Apollini, *ὁ μὲν χθὲς ἡμῖν ξυγγενόμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν.* Mox pessime in hac editione repetitum ex prava Salmuriensi *καὶ ὁ μὲν 'Αλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱὸς*, cum sequatur *γενόμενοι εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες*, et recte habeant priores *οἱ υἱοί.* Gron. De dictione *παρ' ἡμέραν* et similibus vid. *Viger.* p. 650. et *Schaefer.* ad *Long.* p. 339. 340. Sententia autem haec est: Ledae filii alternis diebus uterque in Coelo et in Orco sunt, h. e. uterque uno die in Coelo est, et in Orco altero die. Unde patet, lectionem trium codd. *ἢ ἐν ᾅδου* temere a *Schmiedero* genuinae esse praelatam. Lehm.

Ead. l. 10. *Οἱ μὲν 'Αλκμ. καὶ Σεμ. υἱοὶ*) *B.* 2. *οἱ — υἱοί.* quod a *Gronovio* monitum. In reliquis *ὁ — υἱός.* Parvi refert, utro modo legas. Solan. Si in poëta quopiam dithyrambico versaremur, aut ex ejusmodi carmine verba forent desumta, tolerari posset Alcmanicum schema: nunc nihil est expeditius, quam ut eam lectionem amplectamur, quam lex orationis prosae flagitat. Hemst. *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 411. in miram incidit conjecturam *ὁ μὲν — υἱοὶ*, minime illam omnium admittendam. Certa est emendatio, ubi lectionem B. 2. *οἱ μὲν — υἱοὶ* et codicum duorum Pariss., qui *οἱ μὲν* habent (nam *ὁ μὲν* apud *Belinum* videtur errori tribuendum) et *υἱοὶ* omittunt, inter se contuleris. Patet *υἱοὶ* pro glossemate ejiciendum esse, quod et ipsum fecerunt *Matthiae* et *Poppo.* *Schmiederus* ut suspectum notavit. Lehm.

Ead. l. 12. *Καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος παρὰ τῆς Κάδμου θυγατρὸς, ἐφ' ἣν πέπομφέ με, ὀψόμενον ὅ, τι πράττει ἡ παῖς*) Haec non quilibet intelligat. Est enim fabula, quam tangit, non ex protritis et pervulgatis. Narrant et Jovem cum ex femore Dionysum peperisset, sublatum jussisse ad Inonem Cadmi filiam, Semeles sororem, perferri, et *ὡς κόρην*, *pro puella* ibi educari: vid. *Apollod.* III. Biblioth. Itaque dicit Mercurius, se nunc eo missum esse a Jove visum, quid ageret illa puella, nimirum Dionysus. Graev.

Ead. l. 13. Ἀπὸ Σιδῶνος) Fabulam illam, quam voluit *Graevius*, si tetigerit *Noster*, nihil est, quod prius credamus, quam illum intelligi noluisse: quae enim acies quantumvis perspicax per hanc satis planam orationem ad illud arcanum pervadat? Imo vero facile potest probari, nihil *Luciano* fuisse minus in mente, cum haec scriberet: apud *Apollod.* III. p. 171. Jupiter enixus Bacchum Mercurio tradit, ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ καὶ Ἀθάμαντα, καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην· atqui Athamas et Ino procul aberant Sidone, ut ex *Pausania* atque aliis est manifestum. Vel haec esse valde corrupta oportet, vel, quod potius credo, *Lucianum* memoriae vitio, dum his ludicris animum relaxat, parum adtentum pro sorore Cadmi filiam posuisse. Hemst.

Ibid. Τῆς Κάδμου θυγατρὸς) Ἀδελφῆς forte: id est, τῆς Εὐρώπης τῆς Ἀγήνορος. Guyet. Possit etiam Ἀγήνορος conjici pro Κάδμου. Sed non est nostrum, *Lucianum* corrigere, qui non ignorans quidem rationes *Europae* genealogicas (vid. Diall. Marr. XV.) memoria h. l. lapsus est, quod huic scriptori in rebus historicis et mythologicis vel tradendis, vel adhibendis, passim accidisse, haud pauca Charonis et Diall. Mortt. loca docent, de quibus suo tempore. Modo restituimus e tribus codd. formam patronymicam τῆς Ἀτλαντίδος, in qua aliquanto plus est magnificentiae, et nescio quid poëtici fastus; quod quidem h. l. egregie convenit, quia sic illae δύστηνοι γυναῖκες gravissime opponuntur. Lehm.

Pag. 88. l. 1. Ἀντιόπην) Vide 192. C. et Not. Lyci Thebarum regis uxor fuit Aesopi filia, vel, ut alii volunt, Nyctei. Hanc Jupiter in Satyrum conversus gravidam fecit, quae Zethum et Amphionem ex eo compressu peperit. Leed.

Ead. l. 2. Ἀπηγόρευκα) *Erasmus*, *Benedictus*, alii, quod mireris, *se pariturum negare, recusare*, Latine reddiderunt; quae significatio ne unquam apud Graecos in hoc verbo haereat, magnopere vereor. Alibi melius in ipso *Luciano* res est gesta: notissima virtus verborum ἀπαγορεύειν, ἀπειπεῖν, ἀπειρηκέναι, ἀπαυδᾷν, quando quis labores ac pericula sustinere nequit, eorumque gravitate fatigatus et victus succumbit, animumque despondet. Praeter Lexicographos cumulum exemplorum collegit *Petr. Faber* Agon. I. c. 8. Hemst.

Ead. l. 3. Ἡδέως ἂν ἠξ. πεπρᾶσθαι) Ut servi ob nimiam dominorum asperitatem possint petere, ut vendantur, Antoninus Pius constituit §. 1. Inst. L. 2. D. *De his qui sui vel alien. jur. s.* Quod antea quoque Athenis obtinuisse docet *Grot.* Flor. Spars. ad d. §. 2. Vorst. Athenis servo justa de caussa πρᾶσιν αἰτεῖν licebat, et dominos iniquos ut se ven-

derent adigere. Solan. Servis apud Athenienses, si nimis immiti dominorum atque intolerabili saevitia premerentur, concessum fuit postulata venditione dominum mutare. Hoc erat *πρᾶσιν αἰτεῖν* vel *αἰτεῖσθαι*, teste *Poll.* VII, 13. qui quando monet, ὃ δὲ *ΟΙ ΝΥΝ φασὶ τοὺς οἰκέτας πρᾶσιν αἰτεῖν* etc. ostendere videtur, formulam loquendi veterem post Antonini Pii rescriptum in communem usum rediisse. Cur autem *Plutarch.* περὶ Δεισιδ. p. 166 D. scribat, *ἔστι καὶ δούλοις νόμος ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι, καὶ δεσπότην μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον*, mihi quidem non satis expeditum, qui parum videam, quid eo pertinere possit consequendae libertatis desperatio; nisi forte *δούλους τὴν ἐλευθερίαν ἀπογνόντας* ampliore paullo sensu capiamus servos crudelitate dominorum atque injuriis eo redactos, ut de libertate omnino desperent, atque ob intolerabilem saevitiam vendi cupiant. Inter leges Atticas ex hoc solo loco *S. Petitus* p. 178. reposuit; praetermisit, studione an temere, *J. Meursius* in Themide: *Plutarchus* certe non aliter loquitur, quam de re sui temporis et nota et usitata, parique modo *Philo Jud.* de Vit. Cont. p. 892. C. Therapeutae, ut quiete fruantur, non mutant urbes, *ὥσπερ οἱ πρᾶσιν αἰτούμενοι παρὰ τῶν κεκτημένων ἀτυχεῖς ἢ κακόδουλοι*, (*Noster* adpellat *κακῶς δουλεύοντας*. *Eunap.* in Aedes. p. 81.) *δεσποτῶν ἀπαλλαγὴν οὐκ ἐλευθερίαν ἑαυτοῖς ἐκπορίζοντες*· ad accuratius examen ista revocare nunc quidem non lubet. *Luciani* meminit ad *Pollucem Kuhnius*, et *Th. Marcilius* ad § 1. Instit. *de his qui sui vel al. j. s* ipsius rei *Is. Casaub.* ad *Sueton.* Jul. Caes. c. 2. *Fabrottus* ad *Theophil* Hemst.

Ead. l. 8. *Ὀξύχολοι οἱ ἐρῶντες*) Sic in Contempl. c. 1. Cetera hujus Dialogi pete Catapl. c. 1. Bourd.

Ead. l. 21. *ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.*) Binos, qui sequuntur, dialogos, quos longe hinc in volumen secundum primae edd. dimoverant, recte posteriores in hanc commodam sedem revocarunt: ordo scriptorum *Luciani* in vetustis Codd. ab edito multum diversus. Si quis nec Bavium odit et Maevium amat, illum legere jubeo descriptam Phaëthontis fabulam apud *Nonnum* Dionys. lib. XXXVIII. utilius opera *Manilio* dabitur I, 733. taceo *Lucretium* V, 298. ubi *Lambinus* adeatur, et ingenium *Ovidii* hac in parte plus etiam soli o luxurians. Tragici tam diligenter in hoc fuerunt argumento versati, ut ab iis fabulae notitiam esse petendam moneat *Schol. Homer.* ad Od. *P.* 208. ubi vide *Barnesium*. *Proclus* ad Tim. *Plat.* p. 33. 34. fabulam, sive, ut ait, historiam Phaëthontis *φυσικῶς* et *φιλοσόφως* explanavit. Hemst.

Pag. 90. l. 2. Ἀναβιβασάμενος) *Scheffer.* de Re Vehic. I, 17. p. 232. posito *Luciani* loco hunc in modum pergit: *Micyllus ita vertit*, In currum impositum submonui, quo pacto oporteret insistere viae. *Verum ἀναβιβασάμενον non est impositum; nec ad Phaëthontem refertur, sed ad Solem. Quare mallem:* tollens vero ipsum in currum etc. *Philostratus pro eo usurpavit ἀναθέμενον.* Non miror censuram iniquam hominis quidem docti, et de re literaria bene meriti, sed qui Graeci praesertim sermonis indolem habebat minime perspectam. Alia quaedam hujus dialogi tangit p. 221. 222. 224. Ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαι *Herodot.* I, 60. ἀναβιβάσαι τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, cap. 63. *Plato* Pol. V. p. 662. ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὰς ἀπήνας τέκνα καὶ γυναῖκας, *Apollod.* III. p. 197. ἀναβιβάζειν ἐπὶ τὸν τρόχον τοὺς ἀπογραφέντας, *Andocid.* de Myst. p. 6. sed horum exempla sunt obvia. Illud in interpretibus, opinor, justius reprehendere licet, quod βεβηκέναι dederint *viae insistere*, cum sit, *firmo certoque gradu nixum consistere, illum corporis statum componere, qui ab equis animosis et fraena mordentibus non facile turbetur:* ἑστηκέναι βεβαίως *Aristidi* T. III. p. 427. A. Ita non tantum εὖ βεβηκέναι a Graecis, verum et βεβηκέναι per se sumitur, hinc ἐν γόνασι βεβηκώς, genubus innixus: ἀνὴρ βαρὺς vel ἑδραῖος καὶ βεβηκώς, σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγγελίαν καὶ βεβηκώς, μόνιμος καὶ βεβηκυῖα μάχη, σύνθεσις ἀξιωματικὴ καὶ αὐστηρὰ καὶ στιβαρὰ καὶ βεβηκυῖα· ἡ κεφαλὴ ἐβεβήκει ἐπ' αὐχένος, ejusque generis apud optimos scriptores multo plura, quorum potestas genuina saepe in versionibus obscurata delitescit. HEMST.

Ead. l. 8. Τοσούτον) Par. mendose τοσοῦτον. SOLAN.

Ead. l. 12. Αὐτὸς εἴχετο τῆς ἄντυγος) *Micyllus, jugum currus:* hoc ferre non potuit *Benedictus*, substituens, *gyrum rotae.* Credo Phaëthontem metu occaecatum, et quid ageret in miserrimo casu nescium, eo manus admovisse, unde vitae periculum erat manifestum. Quid ἄντυξ esset, ignorarunt: exponit *Schol. Homer.* ad Il. E. 262. — ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνων) Ἐξάρας (lege ἐξάψας) τὰς ἡνίας τῆς τοῦ ἅρματος περιφερείας· λέγει δὲ τοῦ κύκλου τοῦ παραπεπηγότος ἐν τῷ ἅρματι πρὸς τὸ ἀνατείνειν (nihil hactenus succurrit melius, quam πρὸς τὸ ἡνία τείνειν, quod ab *Homero* sumtum) τῷ ἐπιβάτῃ· v. 728. ubi poëta magnifice describit coelestem Junonis currum — δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγες εἰσὶ, quae scilicet τὸν δίφρον vel sellam curulem superne ambiant: *Schol.* αἱ περιφέρειαι τοῦ ἅρματος αἱ παραπεπηγυῖαι· τὰ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡμικύκλια, ὅθεν καὶ τὰ ἡνία ἐξάπτονται· αἱ περιφέρειαι τοῦ ἁρματίου δίφρου. Eadem ἐπιδιφριάς, ad quam Rhesi equos *Homerus*

adligavit Il. K. 475. ibi quoque e *Scholiis* eximendum est leve vitium, *Etymologo* duce. Ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης) Ἐκ τοῦ ἐσχάτου μέρους τοῦ ἁρματείου δίφρου τῆς περιφερείας, ἣ (scilicet περιφέρεια· prave legitur ὃ, quasi pertineret ad μέρος) καὶ ἄντυξ καὶ ἐπιδιφριὰς καλεῖται. Est ergo ἄντυξ orbiculus summae curuli sellae additus eamque cingens; sed proprie tamen ejus cacumen aliquod eminentius ex anteriore parte, vel, geminum ad utrumque latus, cui, si consistere currum oporteret, habenae circumligari possent. *Euripid.* Hippol. v. 1188. Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ᾽ ἄντυγος· vid. *Scholiast.* σχιστὰν ἄντυγα vocat in Rhes. v. 1373. Hinc jam patet, non aliam Phaëthonti fuisse caussam, cur ἄντυγα missis habenis adpreheuderet, quam ne excuteretur: δεδιὼς, inquit *Lucianus*, μὴ ἐκπέσῃ. Plus una vice vocabulum occurrit apud *Nonnum* in ejusdem casus enarratione: sed istius quidem hominis auctoritati nihil tributum volo, qui non tantum voces inauditas et ridiculas ipse fingit ac componit, sed veteres etiam perlicenter in aliam longe, quam olim fuerint usurpatae, significandi ditionem migrare jubet. De ἄντυγι perquam jejune *J. Scheffer.* R. V. I. c. 7. p. 74. Porro in *Luciano*, quanquam sententia sit perspicua, orationem onerare mihi videntur οἶμαι et αὐτός. Multa similia *Diodor. Sic.* IV. p. 210. A. et verbis propemodum iisdem: τὸν μὲν Φαέθοντα ἐλαύνοντα τὸ τέθριππον μὴ δύνασθαι κρατεῖν τῶν ἡνίων, τοὺς δὲ ἵππους καταφρονήσαντας τοῦ παιδὸς ἐξενεχθῆναι τοῦ συνήθους δρόμου. Ejus generis, si hoc ageremus, aut eorum usus aliquis adpareret, magna proferri poterat copia. HEMST. Et *Ovidii* cum *Nostro* in hac fabula consensum insignem, ad verba quoque illum interdum pertinentem, notavit *Wielandius*, colligendum hinc ratus, aut *Ovidiana* a *Nostro* passim decerpta, aut utrumque scriptorem saltem uno eodemque fonte usum fuisse. Verba οἶμαι et αὐτὸς tantum abest, ut aspera vel otiosa habeam, ut potius optimo consilio et satis polite ab auctore interposita videantur. Scilicet οἶμαι, sive ad antecedentia cum *Abreschio* Dilucc. Thuc. p. 465. referatur, significat patrem non narrare, ut vere res facta sit, sed ut factam opinetur; sive, quod et ego cum ceteris maluerim, cum sequentibus nectatur, explicat per conjecturam magnam istam consilii imprudentiam et animi absentiam, qua puer habenis, quas vel firmiter tenere, vel antygi certe circumligare oportuerat, dimissis, ipse antygem prehensam manibus tenuerit. Nam αὐτὸς nunc cum *Abreschio* et *Poppone* cum sequenti εἴχετο conjungo potius, quam ut olim visum erat, cum ἐκπέσῃ· oppositum scilicet ταῖς ἡνίαις. LEHM.

Pag. 91. l. 4. Ἐπὶ τῷ πάθει) Dederant interpretes, *prae dolore:* parum adcurate. Πάθος est ipsius Phaëthontis fulmine icti praecipitatique casus. *Pausan.* I. p. 10. καὶ σφίσι (Γαλάταις) διὰ τῆς χώρας ῥεῖ ποταμὸς Ἠριδανὸς, ἐφ᾽ ᾧ τὰς θυγατέρας τοῦ Ἡλίου ὀδύρεσθαι νομίζουσι τὸ περὶ τὸν Φαέθοντα τὸν ἀδελφὸν πάθος. Rem describit *Apollon. Rh.* IV, 507.

Ἔνθα ποτ᾽ αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς στέρνα κεραυνῷ
Ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν etc.

hunc si contuleris, statim adparebit, unde fuerit translatus *Varronis Atacini* versus, quem *Quinctilianus* servavit I. O. I. c. 5. p. 56.

Cum te flagranti dejectum fulmine Phaëthon.

Plura *Noster* de Electr. ubi nonnulla dicemus. Hemst.

Ead. l. 22. *ΑΠΟΛ. ΚΑΙ ΕΡΜ.*) Hic Dial ex *Theocrito,* ut et seq. totus fere est in his Dialogis *Theocritus.* Bourd.

Pag. 92 l 4. Ὅτι οὗτος μὲν etc.) Pollucem intelligit; sic enim *Homerus* canit Iliad. *Γ.* 237.

Κάστορά θ᾽ ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα·

Adde *Plut.* 363. et Od. *Λ.* 229. et *Nostrum* Amorr. 16. ἑτερημέρους vocat *Hom.* Odyss. *Λ.* 302. Solan. Falsissime *Wielandius* τούτων de utroque fratre intelligens opinatur, ut rem sic implicatam expliceet, modo Polluce ex inferis reverso, jam Castorem in eo esse, ut illuc descendat. Quippe non vidit, sic sequentia non congruere, nec congruere ea, quae §. 2. Apollo dicit: Οὐ ξυνετὴν, ὦ Ἑρμῆ, τὴν νομήν· οἵγε οὐδ᾽ ὄψονται οὕτως ἀλλήλους. Πότερος τούτων est *uter horum,* quorum unum scilicet hic videmus adesse. Alter vero, Castor, aberat. Lehm.

Ead. l. 5. Τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων) *Caestuum cicatrices Tertullianus* dixit de Spectac. c. 23. et propius *caestuum vestigia,* de quibus ad lib. de Pall. notavit *Salmas.* p. 306. nam *caestuum vulnera* egregie *Plinio* restituta H. N. XXI. c. 19. a *J. Fr. Gronovio,* sunt recentia, quae cicatricem nondum duxerunt; ibi hunc ipsum *Luciani* locum vir summus, quanquam haud plane commodum, protulit. Sunt autem ἴχνη et *vestigia* vulnerum aut flagellorum vel aperta et adhuc cruore manantia, ut in *Livio* II, 23. *ostentare tergum foedum recentibus vestigiis verberum;* vel jam sanata et cicatricibus obducta; quemadmodum Alexander apud Macedonas gloriatur: οὐδὲ ὅπλον τί ἐστιν ἢ ἐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφιεμένων οὗγε οὐκ ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω· *Arrian.* Ἀ. Ἀ. VII. p. 286. Eleganter *Augustin.* Epist. XLVIII *Quasi vero si quisquam vir fortis pro patria dimicans multa adversa vulnera exciperet, et peritissimo medico, qui haec ita curare valeret, ut cicatrices nullae adparerent,*

ipse potius diceret, sic se velle sanari, ut magis essent in corpore suo vestigia vulnerum, tanquam tituli gloriarum. Utrovis modo sumere licet in *Poll.* VIII, 79. *Ἔχων ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν πληγῶν, τὰ σημεῖα τῆς ὕβρεως, τὰ δείγματα* etc. *Aeschin.* in Ctesiph. p. 84. v. 22. de Demosthene: *τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τῶν τοῦ Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά.* Saepius etiam de verberum flagellorumque notis, quae mancipiis haerent inustae. *Plato* in Gorg. p. 357. C. *μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν, καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλὰς ἐν τῷ σώματι ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ἄλλων τραυμάτων.* *Petron.* c. 126. p. 600. *matronae, quae flagellorum vestigia osculantur.* Venuste Zeno apud *Diogen. L.* VII, 23. *τῶν γνωρίμων τινὸς παιδάριον μεμωλωπισμένον θεασάμενος, πρὸς αὐτὸν, Ὁρῶ, ἔφη, σου τοῦ θυμοῦ τὰ ἴχνη·* sic *ἴχνη τινὰ καὶ μώλωπες,* junguntur ab *Arriano* Epict. II, 18. p. 224. *Noster* quoque in Catapl. §. 24. *ἴχνη καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων· στίγματα* praecesserunt. Haec tamen non impediunt, quo minus juxta cum eruditissimis viris *Cujacio* et *Schultingio Ulpianum* in Fragm. Tit. I. §. 11. corruptum existimem, loquendique modum, *quibus vestigia scripta fuerunt,* tolerari non posse. Castoris et Pollucis similitudinem formae celebrarunt veteres: ideo *Devonius* etiam de Bell. Troj. II, 177.

— noverat alter
Cum Polluce error —.

In tabulis tales et statuis fingebantur. *Aelianus* apud *Suid.* in *Διόσκουροι· νεανίαι μεγάλοι, γυμνοὶ τὰς παρειὰς ἑκάτεροι, ὅμοιοι τὸ εἶδος·* ubi *γυμνοὶ τὰς παρειὰς,* quibus nulla genas lanugo vestit. HEMST.

Ead. 1. 6. *Ὑπὸ τοῦ Βεβρ. Ἀμύκου*) Quidam Castorem a Lynceo occisum tradidere. V. *Theocr.* Idyll. XXVII. vel XXII. Cogn. 23. *Val. Flacc.* Argon. IV.

Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis. SOLAN.

Ead. 1. 10. *Τὸ ᾠοῦ τὸ ἡμίτ.*) De pileo intellige. SOLAN. Cum singularem in enumerandis Dioscurorum insignibus ac ministeriis curam *Lucianus* adhibuerit, alienum non videbitur, si nos ejus exemplo invitati, quaedam paullo saltem reconditiora promamus: nam Meursianae diligentiae sectatori justi voluminis materia suppeteret. Pileos intelligi *τοῦ ᾠοῦ τὸ ἡμίτομον,* quod primo loco ponit *Lucianus,* quibus Castores utebantur, in aperto est positum, indeque *Catullum* adpellasse *pileatos fratres:* figura sane pileorum dissectum per medium ovi putamen referebat. Hinc remedium est *Apuleji* petendum Metam. X. p. 254. *Castor et Pollux, quorum capita cassides obatae stellarum apicibus insignes contegebant:* tu si scripseris *ovatae,* quemadmodum *ovata species*

Plinio H. N. XV, 21. et XXXV, 1. *ut oculus esset Numidicus,* quam manum agnoscet Afer, et lubens suis auctoribus donabit membranarum *orbatae*; vetustarum cdd. *acratae*; *Brantii*, *jubatae*: ingerebat C. Fl. ipsam veritatem, quam tamen unius solum literae solenni mutatione obscuratam, *Elmenhorstius*, nescio quo pacto ad *obbam* delatus, expedire non potuit: atque haec tam plana videtur emendatio, ut, quin aliis itidem in mentem venerit, vix dubitem. (Vidit hunc errorem scripturae, sustulitque Cl. *Salmas.* Plin. Exerc. p. 392. E.) Castores autem Spartani jure pileos insigne patrium gestabant: ovi similitudinem quid credibilius est, quam ab eorum fabulosis natalibus, quos *Homerus* quidem ignorat, certe nusquam commemorat, fuisse derivatam? vide *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 506. *Ὧν ὀστράκου στρόβιλος ἐντετμημένος Κόρσην σκεπάσει* —· qui locus vetat, ne cum *Pollux* in versu 89. *Κελυφάνῳ στροβίλου* (ita legendum puto) *ὠστρακωμένην*, interpretando de cochlea cogitemus: *ὄστρακα* poëtis, ut Grammatici veteres docent, vel ova, vel ovorum testae: *Hesych.* *Ὀστράκων· Ἀπτῆνα, τυτθὸν, ἔστι γυμνὸν ὀστράκων· ἀντὶ τοῦ ὠῶν, τινὲς δὲ κελύφων·* eo modo constituendus est hic *Lexyli*, quod ex *Photii* Lexico didicimus, locus, neque aliter existimasse *Salmasium* pateret, si genuinam summi viri manum operi suscepto longe impar *Schrevelius* fuisset adsecutus. Haec etiam caussa, cur ova per se Dioscuros, ut notum, indicarent. *Tertull.* de Spect. c. 8. in Hippodromo Constantinopolitano locus *τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακείμενος κούροις, ἔνθα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες* (*καμπτοὶ* ediderat *Dousa*) *δηλοῦσι τὰ τῶν ἐφόρων γνωρίσματα διὰ τῶν ἐπικειμένων ὠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις*, teste *Codino* in Orig. Const. p. 6. B. Imo, ne miraculi fides apud posteros ullam in partem laboraret, in Leucippidum templo Spartae ovum erat e lacunari suspensum, taeniis, quippe res sacerrima, velatum: *εἶναι δέ φασιν ὠὸν ἐκεῖνο, ὃ τεκεῖν Λήδαν ἔχει λόγος·* nimirum ad aetatem usque *Pausaniae* perduraverat vivacissimus ille cortex, III. p. 247. Veruntamen eam ab ovo sumtam rationem invertit prorsus *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 91. fabellam natalium exinde videri confictam statuens, quod toti ex ovo dissecto, id est, ex pileolis, quae gestant, prodire videantur. Sane subtilissimum eum fuisse fabellarum consarcinatorem oportet, qui ab initio tam tenui processerit ad commentum originis mirificae penitus singulare. Jam quod ibidem adfirmat, apud Spartanos pileum non libertatis tantum, uti apud Romanos et Macedonas, sed et nobilitatis fuisse indicium, id quidem leve, at minus tamen adcuratum; fefellerunt vi-

rum magnum Excerpta *Sorani* de Vit. *Hippocrat.* qui pileatum in multis simulacris Hippocratem ideo conspici testatur, quia pileus sit *παράσημον εὐγενείας*, non secus quam in Ulysse: atqui Spartanorum haec *εὐγένεια* omnium erat communis atque eadem, non familiae cujusdam aut gentis propria: pileo distinguebantur ab Hilotibus, quos *κυνῆν* gestare voluerant: similiter *Schol. Aristot.* ad Rhet. I. jungit *ἐλευθερίαν καὶ εὐγένειαν· ἐν Λακεδαίμονι τὸ κομᾶν*, inquit, *σημεῖον ἐλευθερίας καὶ εὐγενείας.* Pileis Castorum ovatis impositus *ἀστὴρ ὑπεράνω·* talem ornatum pulchre nummi praeferunt, quos ex ditissima soceri mei *Jac. Wildii* numismatotheca jam olim depromtos iterari jussit ad *Sext. Empir.* p. 558. *J. Alb. Fabricius.* Si caussam quaeras, ipsa rationum, quae reddi possint, copia rem primo adspectu liquidam obfuscant. Stellulas, quae in gravissimo tempestatis furore transtra navium et antennas persultant, prosperi cursus salutares praenuntias, Castorumque numini sacratos, *Διοςκούρους* adpellarunt: *Hesych.* *Διόςκουροι, ἀστέρες οἱ τοῖς ναυτιλλομένοις φαινόμενοι·* feruntur quoque in Lysandri navi conspectae, cum ad pugnam illam memorabilem, vel potius victoriam, qua res Atheniensium adtritae conciderunt, prodiret: *Plutarch.* T. I. p. 439. *ἦσαν δέ τινες, οἱ τοὺς Διοςκούρους ἐπὶ Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τοῦ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄστρα τοῖς οἴαξιν ἐπιλάμψαι λέγοντες·* quod adeo non sprevit, virtutive suae adversum censuit Lysander, ut in rei bene gestae memoriam Delphis dedicaret *χρυσοῦς ἀστέρας τῶν Διοςκούρων*, qui omine sinistro paullo ante Leuctricam cladem diffugerunt, eodem teste *Plutarcho* T. I. p. 443. T. II. p. 397. F. Hinc *fratres Helenae lucida sidera; gemina Ledae sidera; Λακεδαιμόνιοι ἀστέρες Callimacho Α. ΙΙ.* v. 25. et, quod inusitatius, *stella* pro Tyndaridis apud *Ovid.* in Ib. v. 514. modo locus iste vitio careat. Neutiquam abhorret, ut praecipui muneris insigne capitibus impositum ostentarint. Nec tamen non stella videri potest signum *ἀποθεώσεως* honorumque divinorum, quos, si *Apollodoro* constat fides apud *Clem.* Strom. I. p. 322. B. adepti sunt anno tertio et quinquagesimo, postquam in Deorum ordinem adscriptus fuit Hercules. Referat aliquis, nec minore juris specie, ad originem a Jove ductam, quem sunt, qui tradiderint adsumta stellae forma Ledam vitiasse: obviam raro fabulam discimus ab auctore Homil. *Clem.* V. §. 13. Jupiter *ἀστὴρ γενόμενος Κάστορα καὶ Πολυδεύκην ἐξέφηνεν·* ne vero testem in tanto miraculo solitarium graveris, *Tzetzen* adjungam, sive magis *Scholiasten Lycophronis* antiquum ad

v. 88. 511. *ἐκ τῆς Λήδας ἐγεννήθησαν Κάστωρ μόνος καὶ Πολυδεύκης, ἐν ἀστέρος μορφῇ μιγέντος αὐτῇ Διός*· quid jam propius, quam ut parentem stella designet? Verum alio ducunt, et arcanum nobis abstrusius recludunt ipsi veteres: dignus est, quem audiamus, *Sext. Empir.* IX. §. 37. ut Hercules, inquit, Thebanus in priorum Herculum, sic Tyndaridae sese in priscorum nomen et titulos Dioscurorum inseruerunt: *καὶ τοὺς Τυνδαρίδας δέ φασι τὴν τῶν Διοσκούρων δόξαν ὑπελθεῖν πάλιν νομιζομένων εἶναι θεῶν*· hic, quae saepe sibi vicissim nocent, voculae sunt commutatae; legendum enim *πάλαι*. Deinde vetusti sapientes supernum hujus universi infernumque hemisphaerium dixere *Διοσκούρους*· idque adeo poëtam, in cujus adyto sapientiae, quicquid ipsi fuerint commenti, nullo negotio reperiunt, subindicasse, cum eos *ἑτερημέρους* vocat Od. *Λ*. 302. cum his ferme conspirat *Philo Jud.* de Decal. p. 752. B. *καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων ἑκάστου τὰς ἐπωνυμίας μυθογράφοι παρέδοσαν* (perperam ediderunt *μυθογράφοις*· sic autem vocat poëtas, praesertim Orphicos) *οἱ πρὸς ἀπάτην ἀκοῆς εὖ τετεχνασμένα πλάσματα συνυφαίνοντες ἔδοξαν περὶ τὴν τῶν ὀνομάτων θέσιν κεκομψεῦσθαι, τόντε οὐρανὸν εἰς ἡμισφαίριον τῷ λόγῳ διχῇ διανείμαντες, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς, τὸ δ' ὑπὸ γῆς Διοσκούρους ἐκάλεσαν, τὸ περὶ τῆς ἑτερημερίας αὐτῶν προστερατευσάμενοι διήγημα*· eum in modum ex C. Ms. postrema cum *D. Hoeschelio* sunt legenda ad *Phrynich.* p. 111. neque alio spectat *Euripidis Scholiastae* locus ad Orest. v. 465. ubi postquam exposuerat, quomodo Pollucis precibus inductus Jupiter Castori quoque tribuerit immortalitatem, eosque *παρ' ἡμέραν ζῆν ἀμφοτέρους*, addit, *οὓς καὶ ἀλληγοροῦσιν εἰς ἡμέραν καὶ νύκτα*. Verum est, priscos seu Theologos, sive Philosophos, justorum coeli motuum, quod eorum pace dixerim, haud quaquam peritos, in hemisphaeria divisisse mundum bina, quae alii fixa et stabilia, Jovis Plutonisque regno discreta, in quibus orbes suos sidera conficiant, alii rotatione volubili circumacta crediderunt: utrovis pacto nihil admodum obstat, dummodo per utrumque axis verticem dissecta ponas, quo minus Dioscurorum, quos sapientes illi vocarunt, *ἑτερημερίαν* alternasque vices animo informes. *Julianus* tamen Orat. IV. p. 147. cujus locus *Eustathium* non fugit ad *Homer.* p. 410. 1686. nihil hanc rationem eo valere contendit, opinionemque illam exagitat tanquam inanem atque ex Theologis perverse intellectis haustam: in ejus explicanda mente, quam intricatiorem et maculis aliquot pravae lectionis insuper obscuratam *Petavius* certe non percepit, operam haud abutemur: nunc satis est ad rem nostram,

si hoc quoque teste *Empirici* fides adfirmetur. Ab Orphicorum autem haec emanasse scriptis eo minus est dubitandum, quod illi mundi figuram esse statuerunt ovatam, ᾠοειδῆ, ut praeter alios *Achill. Tatius* docet in Isag. p. 127. B. 130. C. quomodo hemisphaerium ingentis illius ovi erit ἡμίτομον· nam primigenium istud ovum, rerum omnium originem, quod eadem sacerrimorum hominum secta venditavit, quamvis huc pertineat, prudens omitto: illud potius observandum videtur, *Alexidis* venustissimi jocum in *Athen.* lib. II. p. 60. A. B. minus patere, nisi eorum, quae modo tradidimus, adjumento aditus aperiatur. *Sextus* porro, ut eo redeamus, *πίλους*, ait, *τ' ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀστέρας, αἰνισσόμενοι τὴν ἡμισφαιρίων κατασκευήν.* Ergo Ledae filiorum in pileis cur stellae micuerint, frustra quaerimus, si haec jam olim insignia Dioscurorum veterum sibi vel ipsi vindicarint, vel liberali poëtarum dono acceperint. Et sane alios ante Tyndaridas exstitisse Dioscuros, ex *Cicerone* manifestum est de N. D. III. §. 53. quem locum dubito an hunc in modum distingui oporteat et legi: *Primi tres, qui adpellantur Anaces Athenis, ex Jove Rege antiquissimo et Proserpina nati, Tritopatres* (vel *Tritopatores*) *Zagreus, Eubuleus, Dionysus. Tritopatreus*, quod vulgatur, unius fuisse nomen, induci non possum, ut credam: de Tritopatoribus autem, quos restituendos esse auguror, quique Athenis eximia religione culti, quam diversae fuerint sententiae, demonstrat insignis *Suidae* locus in *Τριτοπάτορες*· similia plane, sed paullo brevius, in *Etymologo*: emendationi vero stabiliendae quae faciunt plura, nunc praetereo. Eosdem fuisse Tritopatoras, qui *θεοὶ μεγάλοι*, Samothraces, Corybantes, Cabiri, ut liquido adfirmare non sustineo, ita suspicari licet: *ἀνάκων* vel *ἀνάκτων* commune nomen: refert *Pausan.* X. p. 896. Amphissenses *ἄγειν τελετὴν Ἀνάκτων καλουμένων παίδων*· quinam hi sint, parum ait constare, dum nonnulli Dioscuros, alii Curetas, alii, qui supra ceteros sapere sibi videantur, Cabiros putant: horum orgia qui celebrant sacerdotes, eximie nominari *Ἀνακτοτελέστας*, ostendit *Clem.* Protr. p. 12. C. Ea res utcunque definiatur, hoc tamen est satis exploratum, *θεοὺς μεγάλους* Samothracum, sive Cabiros, jam diu ante quam Tyndaridae nascerentur, et dictos fuisse *Διοσκούρους*, et existimatos. Notus in publicum *Philonis Byblii*, quem *Eusebius* servavit, locus Praep. Evang. p. 36. A. 37. D. 39. C. ibi nascuntur *ἐκ τοῦ Σύδυκ* (*Σάδυκον* vel *Σάδοκον* adpellat *Damascius* apud *Phot.* p. 573. *Σανδόκον* *Apollodor.* III. p. 239.) *Διόσκουροι, ἢ Κάβειροι, ἢ Κορύβαντες, ἢ Σαμοθρᾷ-*

κες· eosdem in honore fuisse non vulgari apud Atticae regionis incolas, multis indiciis deprehendi potest; nam *Κεφαλῆσιν*, ut docet *Pausan.* I. p. 77. *οἱ Διόσκουροι νομίζονται μάλιστα· μεγάλους γὰρ σφᾶς οἱ ταύτῃ θεοὺς ὀνομάζουσι·* jam vero per pagos quae colebantur numina, fuisse vetustissima nobis compertum est. Idem illud antiquitatis Graecae penu Methapum testatur Atheniensem *καὶ Θηβαίοις τῶν Καβείρων τὴν τελετὴν καταστήσασθαι* V. p. 281. Apud *Gruter.* p. 319. Insc. 2. Gaji mentio reperitur Acharnensis *ἱερέως γενομένου θεῶν μεγάλων Διοσκόρων Καβείρων.* Unde autem hic cultus Cabirorum ad Atticos pervenerit, facile potest investigari, si vera sunt, ut equidem arbitror, quae scribit *Herodot.* II, 51. Pelasgos, *Ἀθηναίοισι συνοίκους γενομένους ἐν τῇ χώρῃ*, initia Deorum Samothracum instituisse primos: fieri sane vix potuit, quin Atheniensibus, cum quibus tanto tempore vixerunt, eadem impertiverint sacra, quae postea nescio quis error traduxit ad Tyndaridas; eorum profecto in Hymnis Orphicis, qui vetustioris Theologiae disciplinam continent, ratio habetur nulla: nam quod in *Εὐχῇ* v. 21. legitur,

Καὶ μεγάλους σωτῆρας ὁμοῦ, Διὸς ἄφθιτα τέκνα,

falluntur, qui ad Castoras trahunt: quales *σωτῆρες* intelligendi sint, declarat Hymnus in Curetas XXXVII. ubi

— κόσμου σωτῆρες ἀγανοὶ,
Οἵ τε Σαμοθράκην ἱερὴν χθόνα ναιετάοντες
Κινδύνους θνητῶν ἀπερύκετε ποντοπλανήτων·

illaque inprimis observanda. *Κουρῆτες, Κορύβαντες ἀνάκτορες, εὐδύνατοί τε, Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἄνακτες, ὁμοῦ Ζηνὸς κόροι αὐτοί. Πνοιαὶ ἀέναοι, ψυχοτρόφοι, ἀεροειδεῖς, Οἵ τε καὶ οὐράνιοι Δίδυμοι κλήζεσθ' ἐν Ὀλύμπῳ.* Verum ne Samothraciae quidem, quam optimo titulo videbantur tenere, possessionem Cabiris integram Tyndaridae reliquerunt; opinione saltem vulgi, quam velut compertam secutus est *Ovid.* I. Trist. X, 45.

Vos quoque, Tyndaridae, quos haec colit insula, fratres,
Mite, precor, duplici numen adeste viae:

forte etiam *Plutarch.* in Aemil. p. 267. F. Perseus Macedoniae rex victus *διέπλευσεν εἰς Σαμοθρᾴκην, καὶ διαφεύγων ἐπὶ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν·* quanquam in hac historia sub initium lib. XLV. *Livius* nullum Samothracum Deorum nomen, sive rem incertam tutius in medio relinqui censens, sive religione deterritus, commemoret; nisi quis in eam suspicionem veniat, Dioscuros c. 6. librariorum opera in Deos abiisse: *fortunam Dioscurosque, quorum in templo erant, nulla ope supplicem juvantes, adcusans.* Attamen istam vulgi persuasio-

nem merito repudiat *Varro* de L. L. IV. p. 17. *Nam neque, quas Ambracia* (nondum cur scriptura vetus mutari debeat, rationem invenio *)) *ante portas statuit duas virileis species aheneas, Dei magni; neque, ut volgus putat, hi Samothraces Dii, qui Castor et Pollux.* Non solos autem Cabiros, sed Castores etiam Magnos Deos inscriptiones praebent, et saepius usu venit, ut vix, utri sint intelligendi, discernere queas; quemadmodum apud Clitorios quod fanum esse memoratur *Διοςκούρων, καλουμένων δὲ θεῶν μεγάλων*, a *Pausan.* VIII. p. 639. Sed Cabiris ne in coelo quidem per Tyndaridas esse licuit quietis, nihilque propius est factum, quam ut de signo Geminorum coloni veteres proturbati plane dejicerentur: adfuerunt injustae caussae auctores saue graves, *Eratosth.* Catast. c. X. quem *Hyginus* paene interpretatur Poët. Astron. II. cap. 22. et *Caesar Germanicus:* ut *Tertullianum*, *Isidorum* et alios momenti minoris praeteream. Qui pro Diis Samothracibus propugnent, illi longe quidem pauciores, at, si pondus testium, non numerum, aestimes, minime spernendi, *Onomacritus,* sive quis alius Orphicorum Hymnorum scriptor placeat, et *Nigidius*, Astronomiae veteris consultissimus, apud *Schol. German.* quibus *Ampelium* adjungo lib. Mem. c. III. sed ut in transitu vix digno beneficium tamen demtae maculae conferam: *Gemini, qui Samothraces nominantur esse,* (haec ejus aetati in barbariem vergenti condonanda est Latinitas) *quorum argumentum nefas est pronuntiare praeter eos;* (*aliis praeter eos;* nisi malis *praeter eis*, hoc est, praeterquam iis, quomodo non raro solent Latini recentiores) *qui initiis praesto sunt:* juvit nos *Schol. Germanici*, ex quo fere descriptum illud *Ampelii* caput corrigi pluribus in locis potest. Nos hac vice cum Tyndaridis actione legitima non experiemur, pro tempore contenti, si satis fuerit probatum, nullam in se temeritatis culpam suscepisse *Sextum Emp.* qui dicere non veritus sit raptos ab iis honores alienos. Nunc ad insignia *Luciano* commemorata revertimur. Spicula praeferunt itidem nummi et monumenta lapidum: de equis albis notatum est a *J. Davisio,* viro doctissimo, ad *Cicer.* de N. D. II, 2. p. 105. hujus etiam loci non oblito. Equos iis a Mercurio distributos *Stesichorum* docere *Tertull.* de Spect. c. 9. plenius ex eodem vate, et nominibus quatuor equorum ad-

*) Mutanda est, si *Servium* ducem sequimur ad Aen. III, 12. qui *Varronem* testem citat, ex quo praeterea legendum foret *ante portum statuit.* Vide *G. Cuperi* Obs. IV, 9. p. 103.

ditis, *Etymol.* et *Suidas* in *Κύλλαρος*, qui sibi collati mutuam operam praestant: in illo pro *Ἥραν δ' Ἐξάλιθον*, quo nomine nullum equum noverit antiquitas tota, repone *δὲ Ξάνθον*, sponsore *Philargyrio*, qui pro Grammatico satis arroganter scribit ad Georg. III, 89. *poëtas Graeculos fabulari*, Xanthum et Cyllarum equos Neptunum Junoni dedisse, illam Castori et Polluci. Verba *Polyaeni*, quia vitio carere non videntur, producam: is Aristomenem cum facinoris socio, ut Lacedaemonios mentita specie falleret, sumsisse Castorum habitus refert II. c. 31. §. 4. *λευκῶν ἵππων ἐπέβησαν ἄμφω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιεθηκάτην χρυσοῦς ἀστέρας·* perspicuum est, deficere vocabulum aliud, cui convenire proxime debeat *περιτιθέναι·* nam *κεφαλαῖς περιτιθέναι ἀστέρας*, quamvis *ξίφος περιεζῶσθαι* me non fugiat, plane durum est: jam si *πίλους* interjungas, *ταῖς κεφαλαῖς πίλους περιεθηκάτην καὶ χρ. ἀ.* res erit in vado; sicut *Homer.* Il. *M.* 320. — *ἔδουσί τε πίονα μῆλα οἶνόν τ' ἔξαιτον* — de quo genere plura docet *Eustath.* p. 907. confirmat similis *Pausaniae* locus, ubi, quod hic Aristomeni ejusque amico, Messeniis Gonippo et Panormo tribuitur lib. IV. p. 344. *Philo Jud.* L. ad C. p. 1003. *πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐλάμβανε, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους·* neque solet aliter *Polyaenus, πίλιον κεφαλῇ περιθέμενος* VI. c. 12. Porro salutaris eorum, quam navigantibus praestiterunt, cura, ut est quidem illa, praesertim apud poëtas, cognitissima, sic tamen, unde ad eos quamve ob caussam defluxerit, parum constat. Initio sciendum est, eandem obiisse Deos Samothracas provinciam: praeter Hymnum Orpheum, cujus supra meminimus, *Apollonium Rh.* I, 918. ejusque *Schol.* plena testatur tot tabulis votivis Samothracia, quas Diagoras ille Melius, homo sapiens, irridebat, adspernatus tam futile divinae providentiae documentum. Quid ergo? an denuo Castoras imminuti Cabirorum juris reos tenemus? Hac quidem in parte succurrit aliquantum *Diodor. Sic.* IV. p. 172. A. et tanti criminis invidiam deprecatur: operae pretium est rem memoratu dignam cognoscere. Cum orta tempestate Argonautae summo versarentur in discrimine, Orpheus dicitur solus initiatus *ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχάς· εὐθὺς δὲ τοῦ πνεύματος ἐνδόντος, καὶ δυοῖν ἀστέρων ἐπὶ τὰς τῶν Διοσκούρων κεφαλὰς ἐπιπεσόντων*, omnes stupore defixos divinitus existimasse praesentissimum periculum esse depulsum: *διὸ καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις παραδοσίμου γενομένης τῆς περιπετείας ἀεὶ τοὺς χειμαζομένους τῶν πλεόντων εὐχὰς μὲν τίθεσθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ, τὴν δὲ τῶν ἀστέρων παρουσίαν ἀναπέμπειν εἰς τὴν τῶν Διοσκούρων ἐπιφάνειαν·* id quidem a posteris non

adeo fuit observatum, quin plerique obliterata velut Samothracum Deorum memoria, ad Dioscuros preces ac vota solos adlegarent. Narrationem vero, quam sine dubio *Diodorus* ex vetusto quodam expeditionis Argonauticae scriptore hausit, amplectitur etiam *Valer. Flacc.* I, 570. is enim, quandoquidem prior *Varro Atacinus Apollonium* paene de verbo ad verbum verterat, ut non ex *Quinctiliano* tantum, *alieni operis interpretem* eum adpellante, sed pluribus etiam indiciis, iisque certissimis, exploratum habemus, alios sibi, quorum imitatio celebri argumento novitatis gratiam conciliare poterat, auctores delegit. *Strabo* discrepat I. p. 83. ideoque τοὺς Διοςκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης λεχθῆναι, καὶ σωτῆρας τῶν πλεόντων, statuit, quod primi longas navigationes instituissent: addit insuper *Ampelius, eos principes mare tutum a praedonibus praestitisse:* nimirum uterque secutus est illorum auctoritatem, qui, cum merito post fabulas latere rerum veteri memoria gestarum ordinem putarent, non una rate Argonautas, sed classe instructissima maria prius inaccessa perlustrasse arbitrabantur: ab his pelagi tentandi rudimentis ausos fuisse Graecos nobilem illam in Trojam expeditionem suscipere. *Hygini* fides si potior est, Neptuno debent Dioscuri honestissimae curae beneficium: nam *equos, quibus utuntur, donavit, et dedit potestatem naufragis saluti esse:* quod sane non potest non verisimillimum videri; quis enim credat invito vel inconsulto Neptuno tantum in mare ac tempestates cuiquam potuisse juris concedi? Paullo tamen aliter *Serv.* ad Georg. I, 12. *Castor et Pollux, quia eorum velocissimae stellae sunt, equos in tutela habere dicuntur.* Verum *Isocrates,* ut quaesitissimis Helenam suam encomiis excoleret, sorori Tyndaridas acceptum referre voluit, non solum quod Deorum in numerum sint adscripti, sed hujus etiam administrandae provinciae decus p. 218. B. Helena jam divinos honores adepta πρῶτον μὲν τοὺς ἀδελφοὺς ἤδη κατεχομένους ὑπὸ τῆς πεπρωμένης εἰς θεοὺς ἀνήγαγε· βουλομένη δὲ πιστὴν ποιῆσαι τὴν μεταβολήν, οὕτως αὐτοῖς τὰς τιμὰς ἐναργεῖς ἔδωκεν, ὥςθ' ὁρωμένους ὑπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνευόντων σώζειν, οἵτινες ἂν εὐσεβῶς αὐτοὺς ἐπικαλέσωνται. Haec ille; poëtis tamen, quorum fingendi licentiam ferme superavit, iratis, *Euripide* certe, in cujus Hel. v. 1680. Castores, quam ipsi a Jove jam fuerant consecuti, sorori promittunt immortalitatem: neque secus in Orest. v. 1637. et 1690. Helenam in coelum subvehit Apollo

Κάστορί τε Πολυδεύκει τ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς
Σύνθακον ἐσομένην ναυτίλοις σωτήριον, et,
Σὺν Τυνδαρίδαις τοῖς Διὸς υἱοῖς

Ναύταις μεδέουσαν θαλάσσης.

A reliquis *Euripidem* dissidere, notat *Scholiastes*: Ὅτι ἡ Ἑλένη τοῖς χειμαζομένοις κατὰ θάλατταν ἐπήκοος ἐστὶ κατὰ Εὐριπίδην σεσημείωται· ὁ μέντοι Σωσίβιος ἔμπαλιν οἴεται οὐκ εὐμενῶς αὐτὴν ἐπιφαίνεσθαι. Equidem haud sane commemini, an quisquam praeterea Helenam in hac cura fratribus adsociarit: quin contra dirum ejus sidus, quando solitarium adparet, navigantibus esse perniciosissimum scribit *Solin.* c. 1. nec nisi menstruo cruore solo averti posse: prius a *Plinio* confirmatur H. N. II, 37. alterum non dixerim an ab ullo alio. *Stat.* Theb. VII, 791.

Non aliter caeco nocturni turbine Cori
Scit peritura ratis, cum jam damnata sororis
Igne Therapnaei fugerunt carbasa fratres.

merentur adscribi, quae *Lutatius* observat: *Quia nautae, cum stellam Helenae viderint (quae Urania dicitur *), cujus tanta est vis incendii, ut malum cavet, et navis ima pertundat, ut etiamsi aes sit, hoc calore solvatur) ergo si haec stella navi insederit, sciunt se nautae sine dubio perituros: contra Castorum sidera sunt navigantibus salutaria.* Ad eum *Papinii* locum *Barthio Euripidis* emendandi conatus male successit. Ergo minime dubitandum, quin navis in mari deprensa Dioscurorum tutius, quam Helenae, praesidio committatur: credere fas est oculato testi, et philosopho quidem *Maximo Tyrio* ad finem Dial. XXVII. εἶδον δὲ καὶ Διοσκούρους ἐπὶ νεὼς, ἀστέρας λαμπροὺς, ἰθύνοντας τὴν ναῦν χειμαζομένην. Tragicus autem, fabulae in quamcunque formam vertendae libertatem sibi vindicans, ut scenae serviret, Helenae munus tribuere non fuit veritus, cujus alibi ne verbo quidem usquam fecerat mentionem; cum de solis tamen Tyndaridis saepissime testetur: vide Electr. v. 1241. egregie Chorus v. 992.

— *βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις*
Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες,

exquisita loquendi formula, quae aliud quiddam indicat, quam vulgatum illud τιμὰς ἰσοθέους ἔχειν· ut enim Sacas *Xenophonteus* Cyrop. I. p. 6. τιμὴν ἔχει προσάγειν τοὺς δεομένους Ἀστυάγους, sic et Dii τιμὰς ἔχειν dicuntur, *munus aliquod obire ad hominum utilitates comparatum*, quo diligenter admini-

*) Praeter *Lutatium* meminit *Olympiodorus* historicus in *Photii* Bibl. p. 112. v. 14. et philosophus ad *Aristot. Meteorol.* I. f. 4. b. *Τούτους δὲ τοὺς τυφῶνας καὶ σίφωνας καλοῦσι διὰ τὸ καὶ ὕδωρ πολλάκις ἀνασπάσαι· καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ οὐρανίαν ἰδιωτικῷ ὀνόματι.*

strato cultum eorum demereantur: non aliter in *Isocrate*, τιμὰς ἐναργεῖς διδόναι, *Aristot.* Polit. VII. c. 16. θεῶν ἀποθεράπεια τῶν εἰληχότων τὴν περὶ τῆς γενέσεως τιμήν· multum ab hac elegantia capienda interpretes abfuerunt. Quam itaque noster irrisor vocat ἀγαθὴν καὶ σωτήριον τέχνην, illae sunt Scenico philosopho τιμαὶ σωτῆρες βροτῶν· σωτῆρες autem τιμαὶ similiter, atque χθόνα σωτῆρα κακῶν in Med. v. 360. νυμφαὶ σωτῆρες *Sophocl.* Phil. v. 1467. λωβητῆρες Ἐριννύες Antig. v. 1086. ubi vide *Schol.* Ceres μαστὴρ *Carcin.* apud *Diodor. Sic.* V. p. 201. A. in *Alexandri Aetoli* versu apud *Macrob.* Saturn. V. c. 22. Ὧπιν βλητῆρα ὀϊστῶν malim prae eo, quod *Salmasius* dedit βλήτειραν ὀϊστῶν, etsi mollius hoc ad aures accidat: addenda est praeclara *Jos. Scaligeri* observatio ad *Manil.* V, 632. cujus vestigia pressit dicam an suppressit *Salmas.* ad Ov. *Simm.* p. 246. A procuratione navigantium tam utili σωτῆρες eximie dicti sunt Castores, ut jam pridem est observatum: *Sext. Empir.* IX. §. 86. τοὺς Διοσκούρους ἀγαθούς τινας εἶναι δαίμονας, σωτῆρας εὐσέλμων νεῶν· ubi, qui quidem obtuso non sit sensu, et parum exercitato, vetusti poëtae verba facile quis odorabitur. Neque hic solum, sed saepius alibi, quando de Dioscuris fit sermo, loca vatum antiquorum adhiberi deprehendes, quae, quantumcunque eos, qui supersunt, excusseris, frustra quaeras: velut in *Plutarch.* T. II. p. 1103. C. μήτε τοὺς Διοσκούρους αὐτοὺς ἀφίξεσθαι ἐπερχόμενόν τε μαλάξοντας βίαιον πόντον, ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπάς· in *Aristide* T. I. p. 83. ubi Asclepiadas celebrat, quorum de genere humano merita constent non minora, quam Castorum, Διοσκούροις ἰσομοίρους, οἳ πολλὰς μὲν ἤδη τρικυμίας κατεπαύσατε, πολλοὺς δὲ καὶ στιλπνοὺς λαμπτῆρας ἔν τε νήσοις καὶ κατ' ἤπειρον ἀνήψατε· utrobique vestigia se produnt orationis ligatae, et supra sermonem pedestrem surgentis. Quin etiam Grammatici, homines in nugis acuti, Graecum Pollucis nomen eo trahunt: id enim continere πολὺ δεῦκος, multam dulcedinem suavitatemque beneficiorum, quae ab iis et viventibus et dein coelestium ordini adscriptis ad mortales permanarint: ista memorantem *Apollonii Scholiasten* ad I, 1037. *Etymologus* excerpsit in Ἀδευκής. Verum ne quis ita existimet, nullo delectu quibusvis hominibus, modo implorarentur, adjutores praesto fuisse Castoras; imo probis, ut par erat, justisque solis operam navabant: *Schol. Pindar.* ad Nemea I, 103. δοκοῦσι γὰρ ἐπιφαινόμενοι κατὰ τὸ πέλαγος σώζειν τοὺς δικαίους quod si cui levior hujus Grammatici videatur auctoritas, audiat ipsos Dioscuros, *Euripide* interprete, in Electr. v. 1350.

Διὰ δ' αἰθερίας στείχοντε πλακὸς
Τοῖς μὲν μυσαροῖς οὐκ ἐπαρήγομεν·
Οἷσιν δ' ὅσιον καὶ τὸ δίκαιον
Φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν
Ἐκλύοντες μόχθων σώζομεν.

Neque porro nimium erant faciles, nec virium suarum in quotidianis periculis inconsulto prodigi; sed ad incitas plane redactos oportebat, et mersa paene navi fundum petentes, qui salutarem eorum opem essent experturi: quapropter vocat eos *Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων* *Theocrit.* Eid. XXII, 6. et 17.

Ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς τε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶας
Αὐτοῖσι ναύταισιν ὀϊομένοις θανέεσθαι·

quod omnino videtur *Horatius* imitari voluisse IV. Od. VIII, 31.

Clarum Tyndaridae sidus ab infimis
Quassas eripiunt aequoribus rates.

Propius etiam ipsum sacrificii genus, quod in mare porrici moris erat ad auxilium eorum implorandum, descripsit Homeridarum aliquis Hymn. XXXII. Hinc ducta figura historiae veritatem *Libanius* obumbravit in Paneg. Jul. p. 176. B. *ὅτε δὴ τῆς θαλάσσης ἀναταραχθείσης ἐκ πνευμάτων συκοφαντικῶν, καὶ σκάφους τοῦ μὲν καταδύντος, τοῦ δὲ περικλυζομένου, καὶ τοῦ κύματος ὑπὲρ τῶν τοίχων αἰρομένου* (interpres mirifice: *fluctu jam muros superante*: lege *ὑπὲρ τὸν τοῖχον*, *fluctu jam latus navis superante*) *Διοσκούρους ἄνωθεν ἐκ κοινοῦ βουλευτηρίου πέμψαντες ἐξήρπασαν τοῦ κλυδωνίου τὸ πλοῖον·* quae ex rerum gestarum monumentis illustrare tempus nos vetat: alterum potius addam *Libanii* locum p. 624. B. qui, antequam intelligi possit, sanandus est hunc in modum: *Ἴσμεν δὴ καὶ τοὺς Διοσκόρους, οἷς ἂν ὦσιν εὐμενεῖς, μέχρι λιμένων παραπέμποντας αὐτούς τε καὶ τὸν γόμον· ἀλλ' οὐ τοῦ μὲν ῥύονται κλυδόνος, τῷ δὲ προΐενται·* interpres, qui sentinam errorum paucis virtutibus excusare nequit, non versionem hic, sed monstrum peperit. sententia *Libanii* talis: *norimus etenim et Castoras, quibus sint propitii, ad portus usque prosequi et ipsos et navim mercibus oneratam; non autem eos solent ex hoc fluctu liberare, isti mergendos permittere.* Inde caussa nobis est comperta, cur abscessus, quas medici *παρωτίδας* adpellant, cum sub ipsis auribus post graves morbos oriuntur, salutis praenuntios, *Διοσκούρους* etiam dixerint; nam qui rationem a numero repetunt, et *gemellos* interpretantur, longe aberrare certum est. *Galen. Ορ. Ιατρ.* *Παρωτίδες εἰσὶ παρὰ τοῖς ὠσὶν ἀποστήματα· ταῦτα ἔνιοι Διοσκούρους ἐκάλεσαν·*

ἐπὶ πυρετοῖς γινόμεναι τὰ πολλὰ τῶν πυρετῶν ἀπαλλάσσουσι. Hoc est *βιβλίον* illud *ἰατρικὸν*, unde usum illum vocis *Διόσκουροι* medicum adnotavit *Eustath.* ad Il. *Γ.* p. 410. non *Cassius*, ut visum fuit *Joh. Meursio* Misc. Lacon. I. p. 21. Prorsus autem perverse Dioscuris additum fuisse nomen *παρωτίδων* sibi persuasit *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 289. quanquam hoc quidem leve est peccatum atque ignoscibile prae eo, quod commisit *G. Cuperus* in *Harpocr.* p. 148. haec scribens: *Quin et παρώτιδες, i. e. anguli oculorum, qui aures spectant, vel forte tegmen, quo aures muniebant pugiles, quod ex auctoribus et statuis eleganter illustrat eruditissimus Fabrettus, quia Pollux pugilatu et caestibus spectatus fuit, Διόσκουροι vocantur:* in quibus ea, quae monui, nihil inesse sani satis demonstrant. Illud insuper non videtur praetereundum, fieri non raro, ut, cum stellae Castorum ab antiquis commemorantur, Grammatici vix expediant, utrum, quae per transtra navium et antennas adhaerent, sint intelligendae, an Gemini: sic fluctuare videas commentatores *Horatii* veteres ad I. Od. III. et XII. lib. III. Od. XXIX, 64. Pro geminis facit *Germanicus:*

Sunt Gemini, quos nulla dies sub Tartara misit,
Sed coelo semper nautis laetissima signa
Ledaeos statuit juvenes pater ipse Deorum.

Denique nonnihil Achilli debent Castores, qui particulam occupatissimae curae in se derivari fuerit passus: eos saltem, qui prope insulam Achilleam tempestate jactati laborabant, in fidem suam recepit, iisdemque, quibus illi, signis numen praesens indicare non fuit dedignatus. Audiamus *Arrianum* testem gravissimum Per. P. E. p. 14. qui, dum in Achillis insulae descriptione liberalissime versatur, haec inter alia instituto nostro minime aliena prodit: *οἱ δὲ καὶ ὕπαρ λέγουσι φανῆναι σφίσιν ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ, ἢ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ κέρως τὸν Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους· τόσον δὲ μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὸν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς πανταχοῦ πλωϊζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται· ὁ δὲ τοῖς πελάζουσι ἤδη τῇ νήσῳ.* Non dissimilis exstat *Maximi Tyrii* locus Diss. XXVII. cum quo si *Philostratum* contuleris Her. c. XVI. operae non poenitebit: *Arriani* ad *Maximum* jam meminerat *D. Heinsius.* Ceterum de stellulis istis salutaribus, quae Castorum apud Graecos, postmodum apud Pontificios Sanctorum nominibus insigniri meruerunt, naturalibusque earum caussis multa subministrat *Fromond.* Meteorol. II. c. 2. Haec paullo uberius tradere visum fuit, ut curas juveniles expolirem: nec fraudi mihi fore spero, si in eadem denuo palaestra desudarim, in qua jam ante viri lite-

rarum laude praestantes, *L. Bisciola* Hor. Subs. IV, 16. *G. Joh. Vossius* de Orig. et Progr. Idol. *Raph. Fabrett.* ad Columm. Traj. *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* aliique plures exerceri voluerant. HEMST.

Ead. l. 14. *'Εξ ἡμισείας*) Hic Fl. distinguit, quasi jungi deberent a sequentibus separata *οὐκ ἄμφω, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας·* parum commode. Notissimus est *Homeri* locus Od. *Λ.* 302. sed in cujus intellectu veteres discrepant: sunt, qui diebus alternis stationem coeli inferorumque inter se mutasse Castorem ac Pollucem arbitrantur; atque ita fere Latini poëtae. *Virgil.* Aen. VI, 121. *Ovid.* Fast. V, 717.

Quod mihi das uni, coelum partire duobus: mox,
Dixit, et alterna fratrem statione redemit.

signate *Sil. Italic.* XIII, 804. de Scipione, quem veteres heroas spectatum ad inferos miserat:

Victuram hinc cernit Ledaei Castoris umbram;
Alternam lucem peragebat in aethere Pollux:

ubi vide *Drakenborch.* idem paene voluit IX, 295. sed, quo vitio nonnunquam laborat, molesto atque intricato dicendi genere mentem vix expediens:

Alternusque animae mutato Castore Pollux.

ingenio *Minucius Felix* indulsit, breviter, ut solet, compacta sententia, *Castores alternis moriuntur, ut vivant.* meminit hujus opinionis *Eustathius*, eamque tanquam minus probabilem repudiat: *ἕτεροι*, inquit, *οὐ πάνυ πιθανῶς νοοῦντες.* Alii utrosque simul Castores per dierum vices alternasse statuunt vitae mortisque conditionem: hi magno se auctore tueri possunt *Pindaro* Nem. I, 103. quanquam alio ducat, sed perperam, *Benedicti* paraphrasis: observat ibi *Scholiastes*, Lyricorum principem *περιπεπτωκέναι τοῖς ἐν τῇ Νεκυομαντείᾳ λεγομένοις περὶ τῶν Διοσκούρων·* et prolatis poëtae versibus, *ὥστε κατὰ μὲν τὸν ΔΙΕΣΚΕΥΑΚΟΤΑ παρ' Ὁμήρῳ παρ' ἡμέραν αὐτοὺς ἀποθνήσκειν* etc. quae nunc quidem, tametsi nodos habeant vindice non indignos, aliorum industriae commissa diligentius perscrutari non juvat: accedit *Apollod.* III. p. 219. *Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν καὶ ἐν θεοῖς εἶναι καὶ ἐν θνητοῖς ἔδωκε.* Parvus *Homeri Commentator* judicium suum non interponens utriusvis explicationis lectori potestatem fecit: *Ἑτερήμεροι) παρ' ἡμέραν ἀμφότεροι, ἢ μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν ζῶντες;* modo tamen has partes fuerat secutus: *ὥστε παρ' ἡμέραν ἀμφοτέρους ὅτε μὲν ἐν Ὀλύμπῳ διατρίβειν, ὅτε δὲ ἐν Ἀϊδωνέως.* Fuere viri docti, quos dissidium illud antiquorum non perspectum in errorem impulit. Subscribere priori sententiae *Samosatensis Noster* idcirco debuit, ne sub Apollinis per-

sona irridendae partitionis acumen amitteret. Similiter ac *Lucianus* ἐνείμαντο τὴν ἀθανασίαν, *Schol. Homeri* νείμασθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀφθαρσίαν. Fraternam illam animorum conjunctionem Castoris ac Pollucis multi celebrarunt: *Pindarum* et *Ovidium* inter se si compares, hic quem fuerit imitatus, non amplius ambiguum erit: ita versatur in eadem re *Philo* περὶ 'Αρ. καὶ Πρ. p. 1004. A. ut Judaeum haud ferme agnoscas. Alio spectat elegans Alcibiadis dictum apud *Aelian.* V. H. XIII, 38. Hemst.

Pag. 93. l. 1. Οἵ γε οὐδ' ὄψονται] Vulg. εἴγε, nonnulli etiam εἴτε habent. Veram lectionem debemus codd. tribus Pariss. Scilicet ὅς et ὅς γε amat *Noster* praecedentibus etiam laxiori quodam vinculo adnectere, ubi non adcuratissima ejusdem personae notatio praecessit. Timon. c. 8. Mercurius ad Jovem: Χρηστότης ἐπέτριψεν αὐτὸν (τὸν Τίμωνα), καὶ φιλανθρωπία, καὶ ὁ — οἶκτος· ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ, ἄνοια, καὶ εὐήθεια, καὶ ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους· ὅς οὐ συνίει etc. i. e. *quippe qui. quum is* etc. referendum ad superius αὐτόν. Ibid. c. 25. dixerat Mercurius: *Deceptus ergo est Jupiter, existimans te (Plutum) eos ex ipsius decreto ditare, quotquot opibus dignos judicasset?* cui Plutus: Καὶ μάλα δικαίως, ὦ 'γαθὲ, ὅς γε τυφλὸν ὄντα εἰδὼς ἔπεμπεν etc. supple: δικαίως ἐξηπάτηται, ὅς γε etc. Ibid. c. 52. Πῶς, ὦ Δημέα, ὅς οὐδὲ γεγάμηκας etc. Exple ex antecedentibus: Πῶς ἂν ἀγαγεῖν υἱὸν παρ' ἐμὲ δυνηθείης, ὅς etc. Cf. supra Dial. XVII, 2. Char. c. 24. ubi vid. Adnot. Ergo h. l. οἵγε refer ad ἐνείμαντο, quod voce νομὴν innuitur. Quod quum insolentius visum esset, de mutatione, vel saltem explicatione, cogitatum est et scriptum εἴγε, et hinc etiam vitiosum illud εἴτε factum. Quae deinde sequuntur, πῶς γὰρ, ὁ μὲν παρὰ τοῖς θεοῖς, ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; facili opera sic expleveris: πῶς γὰρ ἂν καὶ ὄψοιντο (vel ἴδοιεν, ut *Poppo* et *Matthiae* malunt) ἀλλήλους, ὁ μὲν etc. atque ad hanc normam interpunxi: minus diligenter alii editores. In his *Matthiae*, qui alioquin recte verba intellexit, minus tamen adcurate sic edenda curavit: ὅπερ ἐπόθουν, οἶμαι, μάλιστα, (πῶς γάρ;) ὁ μὲν — ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; Nam illud πῶς γάρ; si comma post μάλιστα ponatur, atque ad hanc interpunctionem adcommodate verba recitentur, facilius ad ἐπόθουν, quam ad ὄψονται, referatur, Ellipsi sic expleta: πῶς γὰρ ἂν καὶ ποθήσειαν τοιοῦτόν τι; Et si verba πῶς γάρ; pro parenthesi habueris, unde tum tibi illa interrogatio, cujus signum post φθιτοῖς ὤν *Matthiae* fecit? Nam verba ὁ μὲν — ὁ δὲ etc. sic cohaeserint cum recta oratione:

οἵ γε οὐδ' ὄψονται ἀλλήλους. De ipsa autem locutionis *πῶς γάρ;* vi et usu vid. *Hemsterh.* ad Timon. c. 2. LEHM.

Ead. l. 7. *Οὗτοι δὲ τί π. ἡμῖν*) Invectum videtur illud *δὲ* ab iis, qui non intelligebant, haec ordine orationis perpetuo superioribus esse adnectenda; pendent enim ab isto initio, *πλὴν ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ* etc. *οὗτοι τί ποιήσουσιν ἡμῖν;* ubi patet, vacare prorsus *δέ·* malit tamen aliquis *δὴ*, quod, quia commode ponitur, neque ego repudio. Munus Dianae virginis obstetricium haud sane jocis, et asperioribus quidem, caruit. *Noster* pro amore, quo numina Gentilium prosequebatur, singulari Junonem ipsam fecit hoc in negotio salse ridentem D. XVI. neque Patres Ecclesiastici praeterire potuerunt, quin officium, intactae puellae parum, ut videbatur, decorum perstringerent. Attamen modo nata nihil egit prius, quam hoc ipsum, quasi salutarem artem in utero fuisset commeditata. *Apollodorum* audi I. p. 13. Latona *γεννᾷ πρώτην Ἄρτεμιν, ὑφ' ἧς μαιωθεῖσα ὕστερον Ἀπόλλωνα ἐγέννησε·* quantum eo nomine sorori debuerit Apollo, adcurate *Libanius* exposuit T. II. p. 662. A. verbo quidem lectissimo, *προσεκτρέχει μὲν Ἄρτεμις τοῦ Ἀπόλλωνος*, ne ejus, quae puerperis opem esset latura, difficilem fuisse partum credas: non dissentit *Servius* tum aliis in locis, tum ad Ecl. *Virgilii* IV, 10. ubi Lucinam accipit Dianam, advocato *Terentio*, cujus est in Andr. A. III. Sc. 1. *Juno Lucina fer opem*: in Comoedia Graeca *Menander* ibi posuerat *Ἄρτεμιν*, testibus *Donato* et *Eugraphio*. Haec adeo visum fuit observare, ut, si forte, succurram *Tatiano* istis in verbis §. 12. p. 31. quae ad Lucianea valde congruunt: *Ἀφροδίτη δὲ γάμου πλοκαῖς ἥδεται· μάγος ἐστὶν Ἄρτεμις· θεραπεύει ὁ Ἀπόλλων.* Dianam magam fando quis audivit? Hecaten si scripsisset, nihil erat, quod nos moraretur: quamvis enim pro eadem utramque Theologi veteres habeant, multum tamen abest, ut munia longe disparata poëtae aliique scriptores confundant: simili modo Dianam etsi Lunam interpretentur, fuitne tamen unquam repertus, qui Dianam Endymionis amore captam dixerit? Non me fugit, quorsum tendat *Gisb. Cuperus* in Inscr. et Marmor. illustr. p. 270. sed ego, ut quidem mihi videor, meliorem a *Tatiano* gratiam inibo, si suum Dianae munus reddam, proque maga secundis totius antiquitatis suffragiis obstetricem esse jubeam: *μαῖα δ' ἐστὶν Ἄρτεμις·* caussa corruptelae proxima recentioribus literarum *γ* et *ι* pronuntiatio, quo mendi genere vix dici potest, quot adhuc veterum loca laborent; ut in *Hesychio*, *Παῖον, ἀσφαλὲς, βέβαιον·* pro *Πάγιον· Λοῖα, ὀλέθρια·* pro *Λοίγια·* *ἦγε* et *ἧιε*, *ἀγὼν* et *αἰὼν* in

membranis saepe commutata: ἔργωλας nullius pretii vocabulum in *Apollon. Rhod.* I, 1132. pro ἐριώλας, quod usurpat ipse IV, 1778. Sed exemplis parco. Hemst. Si particulae πλὴν ἀλλὰ deinceps statim exciperentur a verbis οὗτοι δὲ τί ποιήσουσιν ἡμῖν; offenderet sane δὲ, et jure videretur ejiciendum. Atqui compluribus membris interjectis illud πλὴν ἀλλὰ paene in oblivionem abiit, ut jam post varia Subjecta opus esse auctori videretur δὲ interponere, quo primarium Subjectum οὗτοι gravius et clarius ab illis distingueretur. Neque adeo placet δὴ corrigi, quamquam ita et *T. F. Benedicto* visum est in Observv. de quibusdam *Luciani* locis p. 5. Nam δὴ post complura quidem et longiora incisa locum suum habet, ut filum orationis tantum non solutum ad sequentia revinciatur; ita tamen, ut vox prior suspensa relicta in posterioribus repetatur; quod quidem in nostro loco hunc in modum fieri debuisset: πλὴν ἀλλὰ οὗτοι, ὥσπερ ἐγὼ, — ὁ δὲ Ἀσκληπ. etc. οὗτοι δὴ τί π. ἡμ. quamquam ne sic quidem orationis forma placitura esset. In Mercurii responso verba dedi ad vulgarem rationem exacte. Licet enim sciam, δὴ, quod codex Par. 3011. exhibet, probantibus *Belino*, *Schmiedero* et *Jacobsio*, facile nec raro cum δεῖ esse commutatum, cujus quidem erroris supra adfuit exemplum Dial. VI. extr. vereor tamen magnopere, ne καὶ — δὴ in hoc sententiarum nexu alienum occupet locum: exspectassem potius καὶ καθιππεύειν γε τὸ πέλαγος, quo ὑπηρεσία illa jam planius definiretur. Sic etiam *Poppo* statuisse videtur. Tanto minus intelligere possem, qui judicium de lectione δὴ olim a me his verbis conceptum: *Corrumpitur sic bella orationis structura*, aenigmatis naturam habere huic magno Apollini videri potuerit, nisi de hujus tripodis indole constaret. *Van Heusdii* vero emendationem δεῖ equidem importunissimam et auctore suo eruditissimo plane indignam judico. Denique particulam ἂν pro ἐὰν positam minime a Lucianeo stylo abhorrere, rectissime observavit *Poppo*. Exemplo ei, quod Vir Doctus e Dial. XX, 2. in eam rem laudavit, alia adjicere piget. Lehm.

IN DIALOGOS MARINOS.

Pag. 94. l. 6. Ἐπιμεμηνέναι σοὶ) Commode *Lucianus* eam locutionem adhibuit, quae gravissimi amoris, furorique proximi vim contineat: nam vetustus ille Polyphemus, ut testis est *Theocrit.* Eid. XI, 10. qui hoc in genere auctoritatis est inprimis luculentae, cum Galateam amaret,

Ἤρατο οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδὲ κικίννοις

(tueri lectionem illam ut possis, blanditur tamen *D. Heinsii* σελίνοις, quae et praecedentibus aptius conveniunt, et personae Cyclopis)

Ἀλλ' ὀλοαῖς μανίαις. —

Ergo recte quadrat ἐπιμεμηνέναι τῇ Γαλατείᾳ. Usus verbi frequentissimus et *Homero* notus Il. Z. 160. perinde ac περιμαίνεσθαι τινὰ vel τινὶ, ἐμμαίνεσθαι, περιμανῶς, ἐπιμανῶς, ἐμμανῶς ἔχειν. *Luciano* Doris una Nereidum, in quo sequitur *Homerum* Il. Σ. 45. aliis eodem nomine Oceani filia, Galateae mater:

At mihi, cui pater est Nereus, quam caerula Doris
Enixa est. —

Ovid. Metam. XIII, 742. consentiens cum *Hesiodo.* Fabulae, cujus in *Homero* et *Euripidis* Cyclope nullum exstat vestigium, auctorem Philoxenum tradidit *Duris* (Θοῦρις editur) apud *Schol. Theocr.* ad Eid. VI, 7. Polyphemus διὰ τὴν εὐβοσίαν τῶν θρεμμάτων καὶ τοῦ γάλακτος πολυπλήθειαν Galateae fanum ad Aetnam dedicarat: rationem ejus rei cum Philoxenus Cytherius in Siciliam delatus ad Dionysium exputare non posset, finxit Polyphemum ἐρᾷν τῆς Γαλατείας· certe Galateam istius poëtae drama, sive Cyclopem veteres laudant, quod unum fuerit opus, an duplex ac diversum, disquirendi locus non est: vide *Athen.* I. p. 6. 7. ubi narratiunculam invenies haud inficetam de Philoxeno ad mullum in mensa adpositum in aurem loquente. Porro, quemadmodum *Euripides* et *Noster,* sic cujuscunque ordinis scriptores Polyphemum ad Aetnam collocare solent: hoc ab *Homero* prorsus abhorret, si *Cluverium* audimus, qui multis contendit, in opposito Siciliae latere sub Eryce monte Cyclopas consedisse: cum vid. Sicil. Ant. II. c. 15. Hemst.

Ead. l. 7. *Δωρὶ*) Nymphae nomen, filiae Oceani, et uxoris Nerei. *Hesiod.* in Theog. Interdum pro ipso mari accipitur. *Virg.* Ecl. X.

Doris amara suam non intermisceat undam. Cogn.

Pag. 95. l. 8. *'Απὸ τῆς σκοπῆς*) Mss. L. et Ox. et ed. J. rectius, quam quod in reliquis σκοπιᾶς. Solan. Σκοπὴ et σκοπιὰ tam pari sunt atque eadem prope potestate, ut ubi membranae dissentiunt, quod in his vocibus fieri saepius animadverti, utra fuerit a scriptoribus profecta, discernere non liceat. Σκοπὴ et ipse prospectus apud *Nostrum* in Charon. et specula, unde acies oculorum quaquaversum emitti possit: τις τῶν ὀξυδορκούντων ἀπό τινος σκοπῆς. *Strab.* VI. p. 409. C. ἀπὸ σκοπῆς θεωρεῖν, κατιδεῖν *Plutarcho* frequens: ita verbum σκοπιωρεῖσθαι in *Aristoph.* Vesp. v. 360. Hermippum exponere, monet *Scholiastes.* Neque tamen *Luciano* ignotum, minusve usitatum σκοπιά· apud *Platonem* ejusque imitatores ὥςπερ ἀπὸ σκοπιᾶς proverbii habitum accepit, de quo commodius alibi dicetur: *Anyta* Anth. VI. c. XXIV. Ep. 6.

Φριξοκόμα τόδε Πανὶ καὶ Αὐλίασιν θέτο Νύμφαις
Δῶρον ὑπὸ σκοπιᾶς

(melius erit ὑπὸ σκοπιᾷ vel σκοπιάν· nisi forte malis ἐπὶ σκοπιᾷ)

Θεύδοτος οἰονόμος.

Theocrit. Eid. IX, 7. et *Schol.* Propius etiam accedit, quod Eid. I, 69. Αἴτνας σκοπιὰν usurpet, περιφραστικῶς, ait *Scholiast.* ἀντὶ τοῦ τὴν ὑψηλὴν Αἴτνην· quomodo *Dionysius Perieg.* σκοπιὴν 'Ερυμάνθου, 'Αρακύνθου. Haec mihi ratio constitit, cur Fl. plurimarumque edd. scripturam non putaverim postponendam. Descriptio τῶν προπόδων τῆς Αἴτνης protensique juxta litoris vera locique naturae conveniens: Αἴτνης παρωρείας dixit *Philippus Thessal.* in Epigr. apud *Salmas.* ad Solin. p. 73. Hemst. Σκοπιὰ etiam in libello de Dom. c. 2. Nihilominus codicum optimorum auctoritas jubebat praeferri lectionem σκοπῆς, qua forma etiam crebrius utitur *Noster.* Lehm.

Ead. l. 9. *'Εν τοῖς πρόποσι*) Ut in Tim. ἐν τῇ ὑπωρείᾳ, et alibi. Bourd.

Ead. l. 12. *'Εμοὶ*) Abundat. Solan.

Ibid. *Ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ*) *Heliod.* lib. I. Bourd.

Ead. l. 14. *'Ενδεεῖ τὴν ὄψιν*) Voces illas, quia Codd. addicebant, sedem commutare jussi. Vel in ordine vulgato ἐνδεεῖ jungendum erat ad τὴν ὄψιν· nam ἐνδεὴς per se positum nullius hic est usus. Paullo ante, οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν,

ἢ εἰ δύ' ἦσαν. Hemst. Cf. *Xenoph.* Memorr. III, 6, 13. ἵνα μὴ τοῦτό γε λάθῃ σέ ποτε ἡ πόλις ἐνδεὴς γενομένη, ubi *Stephanus* et *Leunclavius* temere scribi maluerunt τούτου. Nam τοῦτό γε est *in hac quidem re*, ut τὴν ὄψιν, *in visu*, *quod ad visum adtinet.* Lehm.

Ibid. Τὴν ὄψιν) Ms. Ox. et P. τὴν ὄψιν non cum καλὴ conjungunt, sed cum praecedenti ἐνδεεῖ, quod probarem, nisi vulgatam tuerentur plurima alia apud *Nostrum* loca; ut mox et supra Diall. Deor. c. 7. et Ver. Hist. II. c. 36. Imag. c. 3. et Charid. c. 10. ex quibus constat, familiarem hanc *Luciano* phrasin, quam et ideo hic servatam volui. Sic etiam *Polyaenus* Strat. VIII. p. 602. C. τὴν ὄψιν ἀστεῖαι. Juntina καλὴ τὴν ὄψιν. Solan.

Pag. 96. l. 2. Καὶ γάλακτι) Τρόπος ἐτυμολογικός. Bourd.

Ead. l. 3. Οἵα τυγχάνεις οὖσα τὴν ὄψιν) Negat quidem *Servius*, ex mari effigiem ullo pacto posse reddi: sed *Lucianus* hic aliter sentit, et in Halcyone, *Nonne vides*, inquit, *ut superiora sint serenitate conspicua, fluctibus autem sedatum mare ac tranquillum*, ὅμοιον, ὡς εἰπεῖν, κατόπτρῳ, id est, *speculo, ut sic dicam, consimile. Theocrit.* in Bucol. Eid. VI.

Καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν, ὥς με λέγοντι.
Ἦ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα.
Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δ' ἐμὶν ἁ μία κώρα etc.

Quod est hujusmodi:

Nec sum tam forma turpis, quam dicor: in unda
Nuper enim vidi ipse meos de litore vultus,
Cum nulli flarent tranquilla per aequora venti.

Hinc illud *Maronis* sumtum est:

— nuper me in litore vidi,
Cum placidum ventis staret mare —. Cogn.

Ead. l. 4. Εἴποτε γαλήνη εἴη) Apud *Theocrit.* Eid. VI, 35. Cyclops:

Ἦ γὰρ πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον· ἦς δὲ γαλάνα.

dubito, an *Noster* eo respexerit: modo certe, ubi nihil in Galatea, quod jure laudaret, habuisse Polyphemum adseverat Doris, praeter candorem, tum ipsum Galateae nomen, tum illud *Theocriti* cogitavit Eid. XI, 20. Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν· quod *Ovidius* ingenio suo magis confisus, quam imitandi successu, paullisper immutavit,

Mollior et cygni plumis et lacte coacto.

Qui Galateae toti, ejus utique lacertis convenit candor: tales pinxisse *Valerium Flaccum* omnino mihi persuadeo I, 135.

Hanc Panope, Dotoque soror, lactataque fluctu
Prosequitur niveis pariter Galatea lacertis:

Antra petens Siculo revocat de litore Cyclops:
nam quod cum Codicibus edd. habent, *nudis*, nihil aliud est, quam nudum epitheton, nullaque venustate Galateae lacertos exornans. Tum *antra petens* ita distinxi, ut copulandum sit cum Cyclope, quod *Pius* satis recte explicuit: miror aliter fuisse visum *N. Heinsio*, viro sagacissimo. Hemst.

Ead. l. 13. Ἀφροδίτη φίλη) Leg. Ἀμφιτρίτη, ut Reviv. c. 47. Cetera ex *Theocr.* Potuisset retineri Ἀφροδίτη· sed verius est marinas nymphas aliud dixisse. Bourd. Non magis recte h. l. emendaveris Ἀμφιτρίτη φίλη, ubi de re amatoria agatur, quam Ἀφροδίτη φίλη in Reviv. l. l. Lehm.

Ead. l. 14. Οἷα;) Facili medicina, sic interpungendo, credo sanatum locum: cui geminum si requiras, adi Philops. cap. 25. Solan. *Graevius* ad Dial. Deor. VII. legendum esse statuit accentu mutato, αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς οἷα κρανίον ἐλάφου· quod interpretatur, *ipsa lyra solummodo erat cranium cervi.* Vellem hinc manum vir egregius abstinuisset: diu nobis erit exspectandum, interea dum locutionem esse Graecam probet; ne dicam, parum concinne voculam, quae propria sit poëtis, in orationem prosam intrudi. Recte, quod et ipse jam pridem videram, doctiss. *Solanus* sola distinctione nativum huic loco lumen reddidit. Apud *Theocritum* et *Philostratum* fistula canit Cyclops: *Naso:*

Sumtaque arundinibus compacta est fistula centum:
ne scilicet ad corporis modulum longus junctarum tot arundinum ordo non responderet; quibus tamen si vel mediocriter ludere scivit Polyphemus, artificem cum habuero non vulgarem. Citharam huic monstro tradiderat *Philoxenus,* teste *Schol. Aristoph.* ad Pl. v. 290. istiusmodi forte, qualem hic irridet *Lucianus.* Hemst. Scilicet h. l. πηκτὶς est e genere *lyrarum:* paullo inferius dicitur ἡ λύρα. Sed *Suidas* ex *Aristophanis* Thesmophorr. hanc πηκτίδα ad *citharoedica* instrumenta refert. Et *Hesychius* tradit hoc fuisse ὄργανον μουσικὸν, πανδούριον, ψαλτήριον. Quid, quod in Epigrammate quodam, quod *Suidas* adfert, sic sonante:

Ἁδὺ μέλος νὴ Πᾶνα τὸν Ἀρκάδα πηκτίδι μέλπει
syrinx, quin alibi etiam *tibia*, sub hac voce intelligi potest. Facile itaque patet, latere sub ea notionem antiqui et simplicis, sine multa arte compositi, vel potius compacti, instrumenti musici, et serioribus, iisque cultioribus, temporibus e. g. ab *Aristophane* et vero etiam *Luciano*, hanc vocem contemtim usurpatam fuisse de omnis generis instrumentis male compositis et turpissimos edentibus sonos. Et enim πηκτὶς a

πηγνύναι, atque adeo omnino vertere possis *machinula*; vernacule *ein Kasten*, *eine Schachtel*. Lehm.

Ead. l. 16. Κόλλοπι) Id est, *clavicula*. Guyet.

Pag. 97. l. 2. Ἄλλο δ' ἡ λύρα ὑπ.) V. *Anacr.* Od. I. Solan. Ὑπήχει non apte respondere antecedenti βοῶν judicat *T. F. Benedictus*, et conjicit scripsisse *Lucianum* ὑπηχοῦσα. Ex Scylla scilicet in Charybdin! Nam minus etiam apte sic Participium ὑπηχοῦσα responderit verbo suo finito ἐμελῴδει. Imo vero ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπήχει est structurae inversio, qualis apud *Nostrum*, familiaris sermonis sectatorem, haud raro occurrit. Simile prorsus exemplum Diall. Deor. XII, 1. — περιπολοῦσιν· ἡ μὲν, ὀλολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ· οἱ Κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτῶν. τέμνεται etc. Adde Diall. Marr. III, 2. ποῦ τὴν Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὢν, ἡ δὲ ἐν Συρακούσαις ἐστίν; Lehm.

Ead. l. 7. Ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα) Vid. *Paul. Leopard.* Emend. II. c. 6. Ἀθύρματα non tantum catuli Melitaei, atque ejus generis animalia oblectamenti caussa delicatius habita, sed et Deorum ἀθύρματα, quibus sibi consecratis delectari putabantur. Polyphemi formam ursi decebant, ludicrum venustissimum; ingenium, quod eos non sibi, sed dominae Galateae servaret. Apud *Theocrit.* Eid. XI, 41.

— τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νέβρως,
Πάσας ἀμνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.

In *Ovidii* Metam. XIII, 834. perquam facete:

Inveni geminos, qui tecum ludere possint,

(expressit ἀθύρματα)

Inter se similes vix ut dignoscere possis,
Villosae catulos in summis montibus ursae;
Inveni, et dominae, dixi, servabimus istos.

Unum ursi catulum, quem in ulnis ferret, sufficere putavit *Lucianus*, suos sine dubio secutus auctores. Tum καὶ minus opportune positum: scripserat *Noster*, κατὰ τὸ λάσιον etc. Saepe λάσιος in hoc dialogo Polyphemus; neque diffitetur ipse apud *Theocritum*,

Αἰ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼ δοκέω λασιώτερος ἦμεν.

Illum ego versiculum ab ea sede, quam in edd. mihi saltem visis occupat, retractum immigrare jubeam post versum tertium et trigesimum, ubi melius sententiae serviat: nam quo loco nunc haeret, viciniam plane conturbat. In *Philostrati* Cyclope Icon. II. c. 18. multa sunt similia. Prope finem dialogi cur non, κινάβρας ἀπόζων, ὥσπερ οἱ τράγοι; Hemst. Eandem ob caussam, opinor, ob quam ἡ ἀλκυὼν Halc. c. 1. ὁ παράσιτος Paras. c. 2. ἡ διψὰς de Dipsadd. c. 4. etc. de bai-

cyonum, parasitorum, dipsadum, genere. *Καὶ* autem illud, quod et ipsum ab *Hemsterhusio* tentatur, mihi quidem etiamnum longe magis placet, quam, quod ipse substitui vult, *κατὰ*, quamquam a *Matthiaeio* receptum. Videlicet *καὶ* denotat h. l. universam Cyclopis cum ursulo similitudinem, *κατὰ* vero hanc ad hirsutorum capillorum cogitationem restringit. Illud magis convenire videtur. Lehm.

Ibid. "*Αρκτου σκύλακα*) Vide omnino *Theocritum* Id. XI, 41. Sed et totum perlege venustissimum poëmatium huc adprime faciens. *Ovid.* Metamorphoseon XIII, 834. Solan.

Ead. l. 14. *Κινάβρας ἀπόζων*) Sic philosophus *Lucianeus* *κινάβραν ἀποθέμενος* Dial. Mort. X. §. 8. Sic *κινάβρας ἀπόζοντα*, Dial. Meretr. *Κινάβρας, δυςωδία τῶν τράγων. Hesych. Interpr. Aristoph.* ad illud Plut. *Αἰγῶν τε κιναβρώντων μέλη*, vult etiam *κινάβραν* esse *τῶν μαχαλῶν δυςωδίαν.*

Valle sub alarum trux habitare caper,

κινάβρας. *Catull.* Bourd.

Pag. 98. l. 13. *Ὦ πάτερ*) Hic Dial. ex *Homero.* Bourd.

Ead. l. 17. "*Ἔξω ἦν βέλους*) *In tuto, citraque periculum.* Hoc proverbium frequens est apud *Lucianum* in Vot., in Baccho, in Dial. Ven. et Cupidinis. Cogn.

Pag. 99. l. 3. *Ἐπεὶ δὲ ἔθηκα*) Lege, ut bene Codex antiquus prae se fert, *ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πτῶμα.* Dein idem liber procul dubio rectius pro vulgato *ἐπιβουλευτότατος*, scribit *ἐπιβουλότατος·* sic et apud *Synes.* *ἐπιβουλότατα·* sed alibi quoque apud *Lucianum* hoc vocabulum occurrit, nusquam, si recte memini, *ἐπιβουλευτός·* sed *ἐπίβουλος* non infrequens est Graecis scriptoribus. Graev. Restituendam putavi Gr. Cod. lectionem tum alias ob caussas, tum propterea maxime, quod illud *ἐπιτιθέναι Homericum* sit Od. I, 240.

Αὐτὰρ ἔπειτ' ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν ὑψόσ' ἀείρας·

mox,

— πέτρην ἐπέθηκε θύρησι·

v. 313.

Ῥηϊδίως ἀφελὼν θυρεὸν μέγαν. αὐτὰρ ἔπειτα
Ἂψ ἐπέθηχ', ὡς εἴτε φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη.

Ἐπιτιθέναι de claudenda janua Graecis usitatum, *τιθέναι* non item. *Τὸ πῶμα* (in *πτῶμα* non ipsas membranas, sed *Graevii* manum aberrasse suspicor) quod ad exitum antri fuit admotum, *θυρεὸν* poëta vocat, qua de voce, quae postmodum in aliam longe significandi ditionem migravit, multa Grammatici. Hemst. Remanserat e pristina lectione *δὲ* importuna interpretatio Latina, quam correxi. Probaturus scilicet Cy-

clops, peregrinos istos homines insidiari haud dubie voluisse ipsius gregibus, affert jam documenti loco haecce: „*Nam*, inquiens, ubi foribus objeci operculum etc. manifesto conabantur illi sese abscondere.“ Argumentatio, quae fit a celandi studio ad pravi consilii conscientiam, et ab hac ad jus vindictae. Lehm.

Ead. l. 9. Ἐπιβουλότατον) Agnoscunt hanc scripturam ed. J. Ms. Gr. et P. sic scribitur etiam sub Tim. c. 33. In vulgatis ἐπιβουλευτότατον. utrumve apud *Xenoph.* legitur, nempe ἐπιβούλευτος, Cyrop. VIII. p. 130, 37. et 388, 24. δυςεπιβ—. Solan. Quem tibicinem voci ἐπιβουλευτότατον solum supposuerat *H. Stephanus*, intervertunt libri veteres offerendo ἐπιβουλότατον. Est quidem in compositis ἐπιβούλευτος per sane quam familiare: *Xenoph.* Cyrop. VIII. p. 130. v. 37. ὡς εὐεπιβουλευτοτέρας ταύτης οὔσης (τῆς ἀριστερᾶς χειρός) Hipp. p. 561. v. 42. δυςεπιβουλευτότεροι εἰσὶν ἀφανεῖς ὄντες· de Ages. p. 388. v. 24. ubi cumulata videas ejusmodi vocabula: νομίζων ἐν τῷ τοιούτῳ τό, τε ἀτρεμὲς καὶ ἀνεκπληκτότατον καὶ ἀθορυβητότατον καὶ ἀναμαρτητότατον καὶ δυςεπιβουλευτότατον εἶναι. *Synes.* de Regn. p. 13. A. τίς δὲ ἰδιώτης καὶ μικρὰ πράττων ἀδεέστερός τε καὶ ἀνεπιβουλευτότερος ἐκείνου βασιλέως etc. Verum extra compositorum hanc formam simplex ἐπιβούλευτος reperire non dabitur; quod in quam plurimis aliis usu venit. Si quis θορυβητὸς, ἁμαρτητὸς, quorum in *Xenophonte* composita vidimus, ostenderit, illi per me licebit in *Lucianum* revocare ἐπιβουλευτότατον. Interim nihil alienum me facturum existimavi, si certissimae fidei verbum scriptori nostro redderem. In Tim. cap. 56. τὸ κάκιστον τοῦτο καὶ ἐπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλοῦτος. *Stob.* e *Dione Chrys.* διαβολὴ κακὸν καὶ ἐπιβουλότατον. *Idem* Or. X. p. 144. D. ὡς ἔχθιστον καὶ ἐπιβουλότατον. Hemst.

Ead. l. 13. Ἀποξύσας τὸν μοχλὸν) Ex *Budaeo H. Steph.* in Th. L. Gr. T. II. p. 1134. Ἀποξύω, *extenuo*, *derado*, *acuo*. *Lucianus*, ὁ δὲ ἀποξύσας τὸν μοχλὸν καὶ πυρώσας γε προςέτι, κατετύφλωσέ με καθεύδοντα. Quibus addit de suo, *sed videndum est, an ἀποξύω possit etiam pro ἀποξύνω accipi, id est, acuo*: quidni? modo potestate secundaria, *deradendo*, quemadmodum in lignis fieri debet, *exacuo*. Vereor tamen, quanquam lectioni vulgatae controversiam non moveo, ne *Lucianus* reliquerit ἀποξύνας ab *Homero* sumtum Od. I, 326.

— ἀποξῦναι δ' ἐκέλευσα·

mox:

— ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστὰς
Ἄκρον, ἄφαρ δὲ λαβὼν ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ.

Euripid. Cycl. v. 455.

Ὃν φασγάνῳ τῷ δ' ἐξαποξύνας ἄκρον
Εἰς πῦρ καθήσω —.

Illud *Homeri* ἐθόωσα *Scholiastes* interpretatur, ἀπώξυνα· tum ἐπυράκτεον, ἐπύρουν εἰς τὸ δαλὸν ποιῆσαι. Distinctionem, quae perperam in nonnullis edd. posita *Benedictum* deceperat, recte collocavit *Budaeus*: ceterum unde promserit κατετύφλωσε, quod in earum edd. quas tractamus, nulla comparet, equidem ignoro: *Stephanus* certe verbum istud compositum, tametsi probae notae, in Thesauro nusquam recensuit. Hemst.

Ibid. Μοχλὸν) *Palo. Virgil.* Aen. III.

— *et telo lumen terebramus acuto.* Cogn.

Ibid. Πυρώσας γε, προσέτι ἐτύφλ.) Καὶ πυρώσας γε προσέτι, ἐτύφλ. *Exacuto recte et praeterea igne succenso.* Sic est interpungendum et vertendum. Cler.

Pag. 100. l. 5. Οὐ γὰρ ἄν, εὖ οἶδ' ὅτι, ἐδυνήθη] Sic insertas illas voces εὖ οἶδ' ὅτι a reliquis sejunxi, quo clarius pateret, ἂν pertinere ad ἐδυνήθη, quam quidem observationem plane neglexerunt interpretes Latini, qui vim hujus particulae prorsus nihil habuerunt, interpretantes: *non potuit.* Imo est, *non potuisset*, si scil. tu prudenter cavisses. Quamquam etiam *non potuit* quodammodo idem significare possit. Sed in insignem errorem per hunc ipsum neglectum incidit *T. F. Benedictus*, qui pro ὅτι legi voluerit ὅ, τι, vertens: *quid potuerit amovere.* Sed res ipsa est liquida. Lehm.

Ead. l. 8. Καὶ καθίσας) Usque ad μόνα aberant a Ms. Bourd.

Ead. l. 11. Μανθάνω ὑπ' ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν) Sic inepte distinguit haec editio ex Salmuriensi; at debebat μανθάνω, ὑπ' ἐκείνοις ὅτι γε ἔλ. Gron. Haec interpunctio, qua Fl. caret, a posterioribus est profecta: si quid esset in ea momenti, debuerat scribi, μανθάνω ἀπ' ἐκείνων, *ex iis quae narras, intelligo.* Ut *Gronovius* voluit, ita plane *V.* 2. et ferri potest ὑπ' ἐκείνοις, scilicet προβάτοις· sed potius habuero ὑπ' ἐκείνῳ, nimirum κριῷ, ut *Homero*, cujus paene verba *Lucianus* expressit, sit consentaneum: vid. Odyss. IX, 444. *Nonnus* sive *Maximus* Συναγ. Ἱστ. ad *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 172. διέδρασε δὲ μεθύσας τὸν Κύκλωπα, καὶ τυφλώσας αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τὸ ἔριον ἑνὸς κριοῦ κατακρεμάσας ἑαυτὸν, καὶ ἐξελθὼν σὺν τῷ κριῷ οὕτως ἀπέδρα. Hemst. Hac tanta auctoritate olim nimium captus accepi illud ὑπ' ἐκείνῳ, ceteris ad lectionem codicis 3011. sic formatis: *Μανθάνω*, ὑπ'

ἐκείνῳ ὅτι γε ἔλαθεν ὑπεξελθών· σὲ δὲ ἀλλὰ etc. Nunc vereor magnopere, ne magis, quam par erat, Homericis inhaeserimus, quum constans deprehendatur librorum omnium lectio ὑπ' ἐκείνοις. Paullo itaque jam mutata mente retinebam pluralem ὑπ' ἐκείνοις ita, ut etiam pluralem ἔλαθον ὑπεξελθόντες e cod. Par. reciperem, vocem vero σὲ, eodem Cod. duce, cum sequentibus conjungerem, addita ex eodem particula δέ. Jam loco sic constituto: *Μανθάνω, ὑπ' ἐκείνοις ὅτι γε ἔλαθον ὑπεξελθόντες· σὲ δὲ ἀλλὰ τοὺς ἄλλ. γ. Κύκλ. ἔδει ἐπιβοήσασθαι ἐπ' αὐτόν·* hic sensus exsistit, Neptuni loco, quem credo non legisse *Homerum*, et omnino tantum rem ex modo auditis conjicere, quam maxime conveniens: *Intelligo*, (quid jam factum sit) *sub illarum nempe praesidio* (Sic recte *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 303. Gall. sous faveur; Diall. Mortt. XII, 3. Alexander ὑπ' Ἀριστοτέλει παιδευθεὶς, *sub regimine Aristotelis:* similiter ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις Dial. Deor. II, 2. XVIII, 1. Cf. Tim. c. 46.) *clam elapsi sunt: te vero certe tamen oportebat reliquos Cyclopas advocare contra ipsum.* Particulas ἀλλά γε etiam in media sententia eleganter poni, hac quidem vi: *certe tamen*, quae erui debeat ex ellipsi antitheseos, erudite docuit *Weiskius* de Pleonasmm. p. 173. sq. Cf. infra VI, 2. σὺ δὲ ἀλλὰ δελφῖνά μοί τινα etc. Nam ἀλλὰ etiam simpliciter sic adhibetur. Video nunc demum, postquam haec scripsi, *Matthiaeium* eodem prorsus modo locum edidisse. In subsequenti Cyclopis narratione cum *Schmiedero* e codd. Pariss. scripsi τοῦ ἐπιβουλεύσαντος τοὔνομα pro τοῦ ἐπιβουλεύοντος τὸ ὄν. Scilicet quaerebant Cyclopes de nomine ejus, *qui insidiatus fuisset*, non ejus, *qui insidiaretur.* Lehm.

Pag. 101. l. 8. *Τὰ σώζειν αὐτ. καὶ ἀπολλύναι*) Haec male cohaerent, et subaeratum quiddam tinniunt; neque adeo dubito, quin primum in margine a studioso lectore adpicta deinde perrepserint in contextum orationis. Laborant itidem ἐπ' ἐμοὶ πρόςεστι· si scriptum foret, *τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ ἐστὶ*, *mea in manu ac potestate fortuna navigantium est*, nihil ultra desideraremus. *Ἐμοὶ πρόςεστι*, abjecto ἐπὶ, satis quidem Graecum, verum ad sententiam hujus loci neutiquam opportunum: nec fieri tamen potuisse non credas, ut ex utraque lectione varia vulgaris illa fuerit conflata. Nihil tamen expeditius arbitror, quam ut πρὸς ortum putetur ex πάντως, cujus in vetustis libris tale est scripturae compendium πτως. Ergo vel genuinum erit, vel *Luciano* saltem non indignum: *τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ πάντως ἐστί·* horum sensum ut explanaret, addidit aliquis, τὸ σώζειν αὐ-

τοὺς καὶ ἀπολλύναι, quae nunc dilucide patet quam sint nullius pretii, si quadratae orationi interjiciantur. Hemst. Hoc per se verissimum judicium extrinsecus quoque aliquantum praesidii accipit e duorum codd. Pariss. lectione τά γ' οὖν τῶν πλεόντων ὅτι τὸ σώζειν ἀπ' ἐμοῦ. Unde hoc certe patet, verba τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι suspectae esse originis, et πρόςεστι recte ab *Hemsterhusio* damnari: utrum vero prorsus delendum, an mutandum sit in πάντως, adhuc ambigas. Priori rationi codd. Pariss. favere videntur. Nihilominus alteram cum *Hemst.* et *Matth.* praetuli, quippe, unde πρόςεστι oriri et in textum nostrum venire potuerit, non intelligens, nisi praesumta voce, cui originem suam deberet spurium πρός. *Abreschii* Dilucc. Thuc. p. 111. 112. vagam de h. l. disputationem equidem capere non poteram. Fabulatur scilicet nescio quid de προςέτι. Lehm.

Pag. 102. l. 6. *Τί τοῦτο* etc.) Hic secutus est poëtarum fabulas, qui Arethusam venatricem Dianae comitem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam; cui cum ille vim adhibere pararet, eaque effugere non posset, Dianae miseratione in fontem sui nominis esse conversam, occultissimisque meatibus et per subterraneos cuniculos, ne amatoris undis pollueretur, in Siciliam usque fugisse, tandemque in ea parte Syracusanae urbis, quae Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse, Alpheumque amatae Nymphae desiderio eodem esse insecutum. *Virgil.* III. Aen.

— Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.

Verum haec fabulosa esse constat, cum Alphei aquae nusquam absorbeantur, ut docet *Strabo* lib. VI. ejusque ostium manifeste videatur inter Ichthyn promontorium et Haliartum oppidum. Ceterum fabulam Alphei et Arethusae refert *Ovid.* Metam. V. et *Lucanus* ejus meminit in III.

— Populisque per aequora mittens
Sicaniis Alpheus aquas —.

Silius Ital. lib. XIII.

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alpheon, sacrae portantem signa coronae.

Sed longe venustissime *Papinius* in Epith. Stell. et Viol. v. 203.

— Tumidae sic transfuga Pisae
Amnis in externos longe flammatus amores
Flumina demerso trahit intemerata canali,
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo

Ore bibat fontes. Miratur dulcia Naïs
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.

Cogn. Mirum est, quod de Alpheo flumine narrat *Achill. Tat.* lib. I. ὅταν οὖν ἡ τῶν Ὀλυμπίων ἑορτὴ, πολλοὶ μὲν εἰς τὰς δίνας τοῦ ποταμοῦ καθιᾶσιν ἄλλος ἄλλα δῶρα, ὁ δὲ εὐθὺς πρὸς τὴν ἐρωμένην κομίζει, καὶ ταῦτά ἐστιν ἕδνα ποταμοῦ. Bourd. Multa notari poterant, quae diligentiam aliorum effugerunt; sed contenti erimus indicio *Ph. Cluverii,* qui Sic. Ant. p. 156. 157. quicquid fere ad hanc fabulam a veteribus est traditum, pro solita sedulitate studiose collegit. Quae plurimis est Arethusa, Dianam nonnulli dixerunt: insignem enimvero temeritatem fluvii cum maximis minime comparandi, qui tam nobiles nuptias et supra sortem suam sperare fuerit ausus! Vide *Schol. Pindar.* ad Nemea I, 1. quod si habuisset in promtu *Fulv. Ursinus* in *Virgil.* cum Gr. Scr. C. p. 275. cavisset sibi, ne Telesillae versum apud *Hephaest.* p. 36.

Ἁ δ' Ἄρτεμις, ὦ κόραι, φεύγοισα τὸν Ἀλφέον,

mutatum iret in

Ἁ δ' Ἀρέθουσ', ὦ κόραι.

Ἀλφειώα vel *Ἀλφειοῦσα* Dianae cognomen, de quo *Is. Casaubon.* Anim. ad *Athen.* VIII. c. 7. Hemst.

Ibid. Ἀλφειὲ) Alpheus fluvius in Elide Peloponnesi regione, per quam funditur, quem *Pausanias* lib. V. tradit occultis meatibus subter mare labi, et in Arethusam Siciliae fontem desinere. *Suidas* multo luculentius ejusdem fluminis naturam, cursum et αὔξησιν describit. Cogn.

Ead. l. 7. Οὔτε ἀναμίγνυσαι etc.) V. *Philostr.* Imag. pag. 812. et *Pausan.* Eliac. oraculum Apollinis in eam rem adferentem p. 153. Solan.

Ead. l. 8. Οὔτε ἀναπαύεις) Ex ed. Salm. male distinctum puto οὔτε ἀναπαύεις, σεαυτὸν διαχυθεὶς, cum rectius non distinguatur ab *Bourdelotio.* Neque sane id potest notare *neque diffusis aquis te ipsum cohibes;* nam qui se diffundit, quomodo is se cohibet? sed *diffusus te reficis.* Ludit enim in notione et Graeci verbi διαχυθῆναι et Latini *diffundere,* nempe pro exhilarare. Quae tota est elegantia hujus loci. Gron. *Gronovio* remittimus acumen illud quaesitum in διαχεῖσθαι, quod si *Luciano* potuisset in mentem venire, multo minus elimata forent, quam nunc sunt, ejus scripta. Non alia τοῦ διαχεῖσθαι est potestas, quam quae Geographis, ubi de fluminibus in mare labentibus habetur sermo, familiarissima. *Strab.* VI. p. 416. B. de hoc ipso Alpheo: τό, τε διὰ τοσούτον πόρου συμμένειν τὸ ῥεῖμα τοῦ ποταμοῦ μὴ διαχεόμενον τῇ θαλάττῃ etc. παντελῶς μυθῶδες. V. p. 315. C. Padus διαχεύ-

μενος εἰς πολλὰ μέρη κατὰ τὰς ἐκβολάς. Tum συμμένειν in *Strabone*, quod *Luciano* ξυνεστηκέναι· ἀμιγὴς itidem, cum de Alpheo loquuntur, frequens: ἐντεῦθεν διήκειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας ἀμιγὲς τῇ θαλάττῃ διασῶζον τὸ πότιμον ὕδωρ. *Strabo. Liban.* T. I. p. 4. A. φυλάττων ἀμιγὲς καὶ ἐν θαλάττῃ τὸ ῥεῖθρον. perquam elegantem orationis figuram hinc traxit T. II. pag. 345. A. qui Ionen in Syria condiderunt Argivi μετ' εὐδαιμονίας ἁπάσης ᾤκουν ἐν μέσῃ τῇ βαρβάρῳ πόλιν Ἑλλάδα, παρεχόμενοι καὶ τηρήσαντες τὸ ἦθος καθαρὸν ἐν τοσαύτῃ νόσῳ τῇ κύκλῳ, κατὰ τὸν ἐπ' Ἀλφειῷ νενικηκότα μῦθον, ὃς ἐκ Πελοποννήσου πρὸς Σικελίαν ἄγει τὸν ποταμὸν διὰ θαλάσσης μέσης ἀπομιγῆ πρὸς τὴν θάλατταν. HEMST.

Ead. l. 10. Οὐκ οἶδ' ὅπου) Hoc Neptunum praeterire non poterat maris universi dominum: quapropter malim, οὐκ οἶδ' ὅπως. Ἀναφαίνειν retinui: multis enim doceri potest exemplis, quae alibi proferentur, juncta per copulam καὶ verba non semper temporibus concordare. Mox suspectum mihi est ἔλεγχε· nihil in Neptuni verbis, quod criminationem ullam redoleat: tale quiddam potius requiritur, quale ad finem est hujus dialogi, ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον· id enim aegre videtur ferre Alpheus, Neptunum molesto colloquio sua gaudia morari: tu me properantem, ait, certe debebat, ne interpelles; nosti mores amantium et festinationem, ut qui saepe jam eodem igne contabueris. HEMST. Hoc ipsum vult μὴ ἔλεγχε. Esse autem ἐλέγχειν nonnunquam etiam *adcurate rem et quasi cum pulvisculo explorare, examinare, percontari*, passim a Grammaticis observatum. Ad *Euripidis* versum Hippol. 271.

Οὐκ οἶδ' ἐλέγχουσ' · οὐ γὰρ ἐννέπειν θέλει.

haec habet *Scholiastes:* ἐλέγχουσα) ἐρωτῶσα, ἐρευνῶσα, ἀνακρίνουσα, ὅπερ ἐστὶν ὑπερβολή· τὴν γὰρ ἐπίμονον ἐρώτησιν ἔλεγχον ὠνόμασεν. Plura de hac verbi significatione, non solum a veteribus interpretibus, sed etiam a *Belino* et *Wielandio* in h. l. ignorata, suppeditabunt *Abreschius* ad *Aeschyl.* p. 492. sq. et *Sturz.* Lex. Xenoph. s. h. v. Ἀνακύψειν et ἀναφαίνειν quum h. l. nonnihil duri habeat, eo lubentius amplexus sum *Jensii* conjecturam, cujus vestigia etiam in A. 2. et in marg. A. 1. Lips. Senat. invenerim. Quamquam et in ipso nostro scriptore mixtorum temporum exempla haud rara esse scio. Verba vulgata οὐκ οἶδ' ὅπου jam *Nachtgallus* verterat: *nescio quo pacto*, sentiens certe ὅπως legendum esse. Nam ὅπου ut per se nunquam, ita h. l. minime, significare poterat *quo pacto*. Adsentiebar ergo *Hemsterhusio*, sic corrigenti. *Wakefieldii* conjecturae ad *Moschum* VII, 6. prolatae,

ἀναπλύνεις pro ἀναπαύεις, et ξυνεστὸς pro ξυνεστὼς ab ingenio saltem, quod eas excogitavit, dignae, quae laudentur; ceterum nihil habent, quo probentur. Lehm.

Ead. l. 11. Οἱ λάροι) *Larum Gaza* vertit *gaviam*, cujus mentionem facit *Plinius* inter maritimas et aquaticas halcyonem et mergum X. c. 32. *Idem* c. 74. ejusdem libri, *aquaticae anates et gaviae.* Λάρον Latine quidem commode reddi non posse dicit in *Laro hiante Erasmus.* Cogn.

Ibid. Ἐρωδιοὶ) Aves, quarum tria genera ponuntur ab *Aristot.* Haec avis urinatur, sicut et λάρος. Cogn.

Ead. l. 12. Ἀναφαίνειν σεαυτὸν) Filum orationis persuadet omnino *Lucianum* scripsisse ἀναφανεῖν. *Nescio ubi, sicut gaviae et ardeae, demersus in profundum, alicubi videris emersurus, teque ipsum rursus exserturus.* Jens. *Jensii* emendationem in textum recipere visum est. Solan.

Pag. 103. l. 4. Ἡ δὲ ποῦ σοι γῆς αὕτη (πηγὴ) ῥέει) Manifestum est, quandoquidem ἡ δὲ idem significat, quod αὕτη, postremum illud redundare, orationemque satis potuisse subsistere hoc modo, ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς ῥέει; Longe tamen abest, ut hic aliquid resecandum, quamlibet redundans, arbitremur; quin istiusmodi pleonasmus et elegans et frequens est. Sic infra in Cataplo, ubi Megapenthes, ab adsentatoribus suis venenato poculo interemtus, et Clotho apud inferos colloquuntur, Clotho ait, τὸ γὰρ τελευταῖόν σοι πιεῖν ἐνεχθὲν, ἐκεῖνο δευρὶ κατέπεμψέ σε. Patet, τὸ ἐκεῖνο redundare: nam sine hoc sensus est plenissimus, *Ultimum enim tibi datum poculum te huc demisit.* In de Saltatione: Τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς (ὀρχήσεως) καὶ τὸν τελεώτατον καρπὸν ὥσπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετέλεσται, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται. Et hic τοῦτο abundat: sufficit namque, si ita intelligas, *Saltationis vero florem, et fructum absolutissimum, qui nunc cum maxime ad summam perfectionem venit, oratio nostra nunc persequitur.* In de Dea Syria: Ἄλλοι δὲ, Σεμίραμιν τὴν Βαβυλωνίην, τῆς δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτην καὶ τόδε τὸ ἕδος εἵσασθαι νομίζουσι. Hic quoque redundat ταύτην· hac enim ratione constat oratio, *Alii vero Babyloniam Semiramidem, cujus sane multa opera in Asia sunt, hoc etiam templum sacrasse existimant.* Sic in Cynico: Ὑμεῖς δὲ, τῷ δι' ἀπληστίαν τε, καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα, τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε. Omnino et hic non requiritur τὸ τούτῳ ad sensum, qui sine illo satis foret concinnus, *Vos autem maxime similes estis homini, per inexplebilem cupiditatem et intemperantiam omnia diripienti.* Quid plura ex *Nostro* loca adscribam? *Aelianus* quoque non raro eandem amat redundantiam. Sic Var. Hist. lib. XII,

19. *Τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ τὴν Σκαμανδρωνύμου θυγατέρα, ταύτην καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὴν ἀναγράφει.* Planum est, omisso τῷ ταύτην, nihil de sensu detrahi. Sic lib. XIII. c. 1. de Atalanta, *φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβε.* Si et hic simpliciter dicamus, τὸ αὐτὴν redundare, nihil necesse erit cum viris doctis vel aliam lectionem circumspicere, vel id exponere, quasi φυγεῖν ἐθέλουσαν esset Attice pro φυγεῖν ἐθελούσης. Eodem plane modo sequitur illic non multo post, *τὸ δὲ ὑπέρογκον τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦτο εἶχε.* Sic c. 15. *καὶ Κόροιβον δὲ, καὶ Μελιτιάδην καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασίν.* — Quemadmodum Latini in usurpando per pleonasmum pronomine faciant cum Graecis, erudite ad *Livii* XXV, 27. docet ὁ πάνυ *J. Fr. Gronovius.* Cujus exemplis ex *Catone, Livio, Plauto, Caesare, Suetonio, Plinio, Arnobio,* adductis, haec addas licet ex aureo purae Latinitatis flumine, *Cicerone.* Apud hunc in II. de Orat. 63. legas, *Nummium divisorem, ut Neoptolemum ad Trojam, sic* i l l u m *in campo Martio nomen invenisse.* c. 77. *Reliquae duae, sicuti sanguis in corporibus, sic* i l l a e *in perpetuis orationibus fusae esse debebunt;* duae nimirum illae res, *conciliare* et *permovere*, ut praecesserat. Manifesto in duobus his exemplis, in altero *illum*, in altero *illae*, una cum τῷ *sic*, sine ullo sensus intertrimento abesse possint. Clarissime quoque τὸ *haec* supervacuum est in his apud eundem I. de Oratore, 23. *Sin autem ea, quae observata sunt in usu, ac ratione dicendi,* h a e c *ab hominibus callidis, ac peritis animadversa, ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt, (id quod fieri potuisse video) non intelligo, quamobrem* etc. Sic redundat τὸ *ea* in his lib. III. c. 13. *Tantaque insolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet,* e a *obscuritatem et tenebras adferat.* Ita et scriptor ad Herennium IV, 9. superfluum ponit τὸ *ii*, dum ita scribit: *Nam rerum imperiti, qui uniuscujusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt,* i i *per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem.* Iterum *Cicero* bis in una periodo hac loquendi ratione utitur IV. in Verr. 52. *At jam illa omitto, quae disperse a me multis locis dicentur, ac dicta sunt: forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli purum a caede servatum est,* ID *adventu Verris Siculorum innocentium sanguine redundasse: portum Syracusanorum, qui tum et nostris classibus, et Carthaginiensium clausus fuisset,* EUM, *isto praetore, Cilicum myoparoni, praedonibusque patuisse.* Eodem modo et *ibi* redundat apud eundem lib. I. in Verrem 22. *Cum quidem viderent* socii *in foro populi R. quo in lo-*

eo antea, qui sociis injurias fecerant, adcusari et condemnari solebant, ibi esse palam posita ea, quae ab sociis per scelus ablata, ereptaque essent. Nam profecto sine τῷ *ibi* constare haec possit oratio. Hic locus omnino est geminus ejus *Liviani*, ad quem notabat ea, quae dixi, vir magnus. Jens. Ἡ δὲ ποῦ — αὕτη ἐ.) Ut hanc scripturam vindicaret, multa *Jensius*; sed non satis similia. Accedit propius, quod legitur supra, Dial. Ven. et Cup. αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, πότε ἂν ἐκείνη σχολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμὲ, ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ; sed nondum sic acquiesco. Suspicor autem, pro αὐτη, πηγὴ legendum. Adde Necyomant. cap. 15. τοὺς Αἰγυπτίων αὐτοὺς, qui locus mihi etiam suspectus, ut in nota videbis. Solan. Ἡ δὲ non est idem plane, quod αὕτη· sic enim scribendum fuerat, ἥδε δὲ ποῦ σοι etc. Cape, quasi posuisset *Lucianus*, ἡ δὲ Ἀρέθουσα· sequi solet οὗτος in hoc structurae genere creberrime. *Liban.* in Dian. p. 670. A. ὁ δ' ἐπιτετραμμένος τὰς τῶν φοιτητῶν εἰσόδους οὗτος εἰσιὼν πως τότε. *Noster* in de Conscrib. Hist. c. 5. τὸ δὲ (πρᾶγμα) οἶσθά που καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐ τῶν εὐμεταχειρίστων τοῦτ' ἐστι. de Luct. οἱ δὲ τοῦ μέσου βίου πολλοὶ ὄντες οὗτοι. Itaque nullus est suspicioni de vitio locus. Hemst. Elegantem dixit *Jensius* hunc pleonasmum. In qua vero re elegantia illa cernatur, non elucet e farragine locorum, quae is sine ordine et judicio cumulavit. Et ab aliis viris doctis in hac re plura sunt inter se confusa, ut a *Dorvill.* ad *Charit.* p. 288. *Hoogeveen.* ad *Viger.* pag. 173. sq. et ab ipso *Weiskio* in singulari libello de Pleonasmm. p. 76. 3. (cf. eundem ad *Xenophont.* Memorr. IV, 7, 5.) Locum *Sallustii* Cat. 37 4. *Sed urbana plebes, ea vero praeceps ierat multis de caussis,* recte illustravit *Cortius.* Non redundat h. l. neque ἡ δὲ, neque αὕτη, sed utrumque fungitur suo officio, et neutrum recte abesse poterat. Ἡ δὲ dicit Neptunus absolute, excipiens Alphei verba, et significans, de hac Nympha jam sibi quaestionem fore, et alia quaecunque se missa facere: *quod vero ad hanc adtinet*, et pergit: *ubinam tibi tandem haec fluit?* nam de hac potissimum scire cupio, ubinam locorum sit. Haesitationis itaque gradum majorem exprimit Pronominis demonstrativi repetitio. Aliis locis alia est natura. In omnibus vero vis quaedam et gravitas orationis conspicua est. Ut *Xenophon* Anab. VII, 1, 29. cum maxima vi haec ad commilitones verba facit: εἰ βάρβαρον μὲν πόλιν οὐδεμίαν ἠθελήσαμεν κατασχεῖν, καὶ ταῦτα, κρατοῦσαν· Ἑλληνίδα δὲ, εἰς ἣν πρῶτον ἤλθομεν πόλιν, ταύτην ἐξαλαπάξομεν. Praeter hunc locum etiam alia ejus generis ex aliis scriptoribus collegit *Schaefer.* Meletemm. p. 83.

not. **) Ceterum, qui Pleonasmos amant, in h. l. etiam Dativum σοι et vocem γῆς cum ποῦ conjunctam in hanc classem referre solent; quo jure, non est hujus loci disquirere. Lehm.

Ead. l. 8. *Διαυγὴς τέ ἐστι* etc.) Non poterat adcuratius, si spectator adfuisset, quod minime negavero, *Lucianus*. Addam *Senecae* locum egregium ex Consol. ad Marc. c. 17. *Videbis celebratissimum carminibus fontem Arethusam, nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem; sive illas ibi primum nascentes invenit, sive immersum terris flumen integrum subter tot maria, et a confusione pejoris undae servatum reddidit.* Haec quin corrupta sint, nemo dubitat: ad vestigia priscae lectionis, neque minus tamen, quam magnus *J. Fr. Gronovius*, timide, conjicio: *sive illas ibi primum nascens invenit, sive in ipsum penetrans flumen* etc. nam et Qu. Nat. VI. c. 8. similiter fere dixit, *Alpheum, celebratum poëtis, in Achaja mergi, et in Sicilia rursus transjecto mari effundere amoenissimum fontem Arethusam.* Brevius etiam de fontis amoenitate testatur oraculum: "*Ἄνδρας θ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.* *Nonnus Συναγ. Ἱστ.* ad *Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 152. *τὸ δὲ ὕδωρ τῆς Ἀρεθούσης ἀκραυγνές τε καὶ καθαρὸν καὶ γλυκύ.* Ergo merito vitii postulatur *Athenaei* locus II. p. 42. C. *μόνον δ' ἀτέραμνον τῶν ἁλυκῶν τὸ τῆς Ἀρεθούσης·* de quo vide *Casaubonum* in Anim. Hemst.

Ibid. *Ἀναβλύζει*) Inde *ἀναβλύες πηγαί. ἀναπηδᾷ, ἀναβρύει*, *Hesych.* verb. *ἀναπηδᾷ.* Bourd.

Ead. l. 11. *Παρ' ἐκείνης*) *Ἐκείνην* forte. Guyet. Vult haud dubie Alpheus, se ad Arethusam contendere; at verba dicunt contrarium. Apertum itaque mendum, legendumque una litera mutata, *ἐκείνην.* *Παρά τινος ἀπέρχεσθαι* est *venire ab aliquo*, ut supra p. 35. (Diall. Deor. X, 1.) *Παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς*, scil. *ἐκπεμφθείς.* At *παρά τινα ἀπέρχεσθαι* est *ire ad aliquem*, ut paullo post in eodem hoc Alphei et Neptuni dialogo, *Χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην*, et passim. sic in Timone: *Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' αὐτόν. ὁπόταν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός.* In his iisdem Deorum dialogis: *Ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν σελήνην ἀπελθών. Κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρά σε.* Et sexcenties alibi. Jens. Restituimus *ἐκείνην*, secuti ed. *J.* quae sola recte hanc vocem habet: reliquae enim *ἐκείνης*, contrario prorsus et absurdo sensu. Solan. Etiam in A. 2., ut in V. 2. et marg. A. 1. W., legitur *ἐκείνην.* Lehm.

Pag. 104. l. 2. *Συναυλίᾳ μιγνύσο*) Quod Codex unus et item alter praebent *συναναμίγνυσο*, vix crediderim lectionem

esse variam, sed potius vulgatae lectionis interpretamentum: ξυναυλίᾳ μίγνυσο quin rectissimum sit nullus dubito, quippe eruditius, quam ut a *Luciano* non sit profectum. Ξυναυλίαν vocant *tibiarum concentum*, τὴν ὑπὸ δύο ἐπιτελουμένην αὔλησιν· ὅταν γὰρ δύο αὐλῶσι, ξυναυλία λέγεται, ut scribit *Hesych.* hinc apud *Long.* II. p. 62. αὐλῶν τις ἂν φήθη συναυλούντων ἀκούειν. Ejusmodi συναυλίαν, sive συμφωνίαν τινα τῶν αὐλητῶν ἐν Παναθηναίοις συναυλούντων commemorat *Poll.* IV, 83. Strictius alioquin usurpari solet, quando choro cantanti tibiae modos adtemperat choraulus, qui quidem mos apud veteres obtinebat; nam postmodum chori praecinentem tibicinem voce subsequebantur: *Athen.* XIV. pag. 617. C. itaque est intelligendum, quod adjungitur a *Polluce*: οἱ δὲ τὴν συναυλίαν εἶδος προσαυλήσεως οἴονται, ὡς τὴν αὐλῳδίαν· et Segm. 107. vide *Henr. Vales.* ad Exc. ex *Diodoro Sic.* p. 51. Paullo etiam discrepat *Semus*, qui τὴν συναυλίαν τι ποτ᾽ ἐστὶν ἐμφανίζει hunc in modum, teste *Athen.* XIV. p. 618. A. ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος· nisi descripserit ibi, quod verius opinor, certum aliquod συναυλίας genus in sacris Deliis adhibitum; nam quae proferuntur, ex ejus Deliade sunt depromta: sed quae illis in verbis uberiore luce indigent, nunc ne adtingere quidem animus est. *Schol.* ad *Gregor. Naz.* Stel. II. p. 106. Συναυλία ἐστὶν, ἡνίκα δύο ἢ καὶ πλείους αὐληταὶ συναυλοῦσιν ἅμα, εἴτε ὅμοιον, εἴτε διάφορον, ὁ μὲν καλάμῳ, ὁ δὲ κέρατι, ὁ δὲ τῷ χαλκῷ ἐναυλεῖ. Λέγομεν δὲ συναυλίαν καὶ κιθάρας ἅμα συγκρουομένης αὐλῷ καὶ συμφθεγγομένης· haudquaquam absurde, ut cum bono duci obsecutum fuisse facile adpareat: de cithara quod monet, certum est; erant enim et νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηύλουν, meminitque *Athenaeus* τῆς τῶν αὐλῶν πρὸς λύραν κοινωνίας. Hinc pronus ad figuratam orationis formam patet aditus, cum duo pluresve in eandem rem consentiunt, ac mutuis animorum studiis conspirant: quoniam vero tibiae funebres, ideo factum, ut in communi luctu et deploratione praecipue συναυλία ponatur. *Philostr.* Icon. I. c. 11. p. 781. λέγεται γὰρ ξυναυλίαν τοῦ θρήνου τοῖς κύκνοις ὁμολογῆσαι (Ζέφυρος.) *Libanius* de Nicomedia terrae motu subversa pag. 207. B. νῦν ἔδει καὶ πέτραις δοθῆναι δάκρυα, καὶ ὄρνισι νοῦν εἰς συναυλίαν τοῦ πένθους. *Synes.* Ep. IV. p. 159. D. νῦν πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα. Praeiverat iis *Aristoph.* Equit. v. 9.

— δεῦρό νυν πρόσελθ᾽, ἵνα
Ξυναυλίαν κλαύσωμεν Ὀλύμπου νόμον·

ubi vide *Schol.* Diversa in re *Aristid.* T. III. p. 708. B. ὥστ᾽

ἐλεεινὸν τὸ χρῆμα τῆς συναυλίας εἶναι τοῦ τε σοφιστοῦ καὶ τῶν ἑταίρων· praecesserat, καὶ δῆτα ἡδὺς ἦν ὁ κορυφαῖος ἰὼν κατόπιν τοῦ χοροῦ. *Hesychius* adfirmat, ξυναυλίαν dici πᾶν πρᾶγμα δισσόν· quod ita capiendum, si concinant inter se duae res ac congruant. *Lynceus* apud *Athen.* III. p. 109. E. τοιαύτην (ὁ ἐσχαρίτης) ἐνθρυπτόμενος ἔχει πρὸς τὸν γλυκὺν συναυλίαν. *Luciani* quae fuerit mens vertendo declaravi: nam quod priores interpretes dederant, *eodem alveo cum fonte illo miscearis*, aegre, quorsum spectet, pervideas. Aliunde ductum συναυλία, cum *cohabitationem et consortium* significat: veluti de matrimonio *Aristot.* Pol. VII. p. 212. ὁρίσαντες χειμῶνος τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι ταύτην· *Lambinum* in συνουσίαν mutantem repudiamus: tales συναυλίαι γεροντικαὶ, quas bene restituit *Anaxandridae Casaubonus* in *Athen.* II. pag. 48. A. Finitimum est ὁμαυλία et ὅμαυλος. Hemst.

Ead. l. 10. *MEN.* καὶ *ΠΡΩΤ.*) Quare Menelaum hic cum Proteo colloquentem inducat, facile vident, qui *Odyss.* librum IV. legerunt. Solan.

Ibid. ΠΡΩΤΕΩΣ) Proteus Deus marinus, Oceani et Tethyos filius. Iliaci belli tempore, cum Aegyptus rege careret, in regem adsumtus est, quem Aegyptii Cetea adpellabant. Hunc artium peritum fuisse tradunt, *Homer.* Od. IV. et *Virgilius* item IV. Georg. et in varias se formas vertere solitum; ut nunc animal, quandoque arbor aut ignis, aut aqua, aut quid aliud videretur. Quod figmentum *Diodorus* lib. II. secutus *Herodotum*, ad Aegyptiorum regum morem refert, quibus familiare fuit leonis aut tauri vel draconis priorem partem in capite gestare, nec non arborem, quin ignem quoque principatus insignia. Idem *Lucianus* in Comm. de Saltat. Protea illum in varias se demutantem rerum facies non fere alium intelligit, quam saltatorem eximium, ad effingendum quicquid omnino collibuisset, veluti Empusa, docilem. *Heraclitus Ponticus* diversam his colligit allegoriam. A Proteo natum est adagium hoc, Πρωτέως ποικιλώτερος, id est, *Proteo mutabilior*; quod in vafrum et versipellem competit. *Plato* in Ione: ἀλλὰ ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς παντοδαπὸς γίγνῃ, id est, *sed prorsus Protei in morem in omnem speciem verteris, sursum ac deorsum te ipsum distorquens.* Cogn.

Pag. 105. l. 2. *Εἶδον*) Non videt tamen apud *Homerum* Od. IV, 456. et sqq. Sed v. 418. praedixerat futurum. Solan.

Ead. l. 8. *Εἰ δὲ ἀπιστεῖς*) Videtur scribendum esse, εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὴς εἶναι δοκεῖ φαντασία τις πρὸ τῶν

ὀφθαλμῶν ἱσταμένη, *quod si non credis, et haec res tibi videtur falsa quaedam species, quae oculis objicitur.* In vulgatis male legitur πρᾶγμα ψευδές. Graev. Poterat etiam legi ψεῦδος, cujus ἐπεξήγησις, φαντασία τις etc. Sed nihil est caussae, cur commoda verba et aperti sensus solicitemus. *Hesych.* Φαντασία, τὸ μὴ ὂν ἀληθὲς, ἀλλὰ σχῆμά τι. De Proteo, ejusque multiplici in omnes formas conversione, particulam vide Polluceae declamationis, quam *Philostratus* excerpsit de V. S. II. c. 12. ubi sophisticis coloribus miraculum illud *Homeri* pingitur. Hemst.

Pag. 106. l. 1. Πολύπουν) De polypi vario ingenio meminit *Plinius* IX. cap. 29. Praeterea *Plutarch.* in libello περὶ πολυφιλίας, ex *Theognide:*

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ,
Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη·

id est,

Mentem habeas vafri polypi, qui protinus illa,
Se quibus admorit, saxa colore refert.

Idem *Lucianus* in eo, qui de Saltat. inscribitur, ex *Pindaro* opinor: ποντίου θηρὸς πετραίου νόον ἴσχων. Cogn.

Ead. l. 5. Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ) *Aelian.* V. H. princ. *Plin.* IX, 19. XXX, 9. Solan.

Ead. l. 6. Κατὰ τὰς πλεκτάνας) Differunt, si adcuratius loquaris, κοτύλαι, κοτυληδόνες, *acetabula, caliculi* polyporum, et πλεκτάναι, πλόκαμοι, σπεῖραι, τρίχες, recentioribus Graecis καρφία, vel *clavi, crines, cirri, pedes, brachia, flagella,* ut adversus *Hermolaum* egregius ille *Pintianus* observavit ad *Plin.* H. N. IX. c. 29. quod prodesse potuerat *N. Heinsio* minus in hac re circumspecto ad *Ovid.* Met. IV, 267. Attamen, ubi mentio κοτυλῶν vel κοτυληδόνων obvenerit, saepe Grammatici solent interpretari πλεκτάνας. *Schol. Homer.* ad Od. V, 433. *Luciani* ad Musc. Encom. *Oppiani* ad Hal. II, 233. 282. 312. *Hesych.* opportune *Eustath.* ad Od. V. p. 1541. Κοτυληδόνες, αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι ἀπὸ μέρους. τουτέστιν, ἀπὸ τῶν βραχυτάτων κοτυληδόνων, αἱ πρανεῖς ταῖς πλεκτάναις ὑπόκεινται ὅμοιαι οὖσαι κοτυλιδίοις κοίλοις, ἀφ' ὧν καὶ παρονομάζονται· apud eum quae de polypo praecedunt, cuncta suppeditavit *Athen.* VII. pag. 316. 317. ex ejusdem libro XI. p. 479. B. emendandum, quod habet ad Il. X. p. 1182. v. 45. κοτυληδόνες αἱ ἐν ταῖς πλεκτάναις αὐτῶν ἐπιφύσεις· male vulgatur ἐπιχύσεις. Ex ista vero Grammaticorum interpretandi fere perpetua consuetudine suspicio mihi fuit oborta, fieri potuisse, ut κατὰ τὰς πλεκτάνας a margine tandem delatum fuerit in ipsa *Luciani* verba: accedebat vel maxime,

quod hae voces nec sensu nec structura satis viderentur constare: cur enim post ἁρμόζειν τὰς κοτύλας καὶ προςφῦντα ἔχεσθαι onus illud orationis limpidae supervacuum adderetur κατὰ τὰς πλεκτάνας; aut, si addi omnino voluisset *Lucianus*, cur non potius structura liquidiore ταῖς πλεκτάναις extulisset? Quare, nisi quis eruditior moretur *), equidem haud intercedo, quin eo abeant, unde malum pedem intulerunt. De polypo autem qui cognoscere cupit, illi legendos suadeo *Gesnerum*, *Aldrovandum*, *Rob. Constantinum* in Suppl. Ling. Latin. *Leon. Allatium* ad *Eustathii* Hexaëm. pag. 100. atque alios. Ad *Lucianum* proxime convenit *Ovidius* Hal. v. 30.

At contra scopulis crinali corpore segnis
Polypus haeret, et hac eludit retia fraude,
Et sub lege loci sumit mutatque colorem,
Semper ei similis, quem contigit —.

ut magis etiam conveniat, parvula mutatione confici potest:

Ut sub lege loci sumat, mutetque colorem:

nimirum, *hac fraude, ut sumat* etc. Hemst.

Ead. l. 14. Ἰδὼν, εἶδον) An scribendum, εἶδον, εἶδον; Guyet. *Intuitus vidi*, hoc est, cum semel vidissem, iterum vidi. Suspecta tamen mihi est haec lectio, et vera fortasse sit εἶδον, εἶδον, *vidi, vidi.* Cler. Agitatus inter eos, qui de stilo N. F. scripserunt, fuit hic locus. Ut Graecorum illud interpretum Exod. III, 7. ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου, repetitum a *Stephano* A. A. VII, 34. pure Graecum probaret *Pfochenius* Diatr. §. 52. testem excitavit *Lucianum*, illum quidem in hac caussa minime contemnendum. *Gatakerus* eo, quem sibi adversarium delegerat, eruditione major, Diss. de N. Instr. Stil. c. IX. ita versatur in repellendo isto *Luciani* loco, ut facile per multas ambages circumeundo declaret, expeditum sibi non fuisse, quod recta via responderet. Quanquam eorum, qui orationem N. F. Graecam esse castigatissimam contendunt, opinio perquam mihi semper ridicula fuit visa, haec tamen loquendi formula, etsi rarissima, quin pauculis quibusdam veterum exemplis, quae ex *Xenophonte* et *Polybio* diligentissimus *Raphelius* adnotavit, possit confirmari, nequaquam inficiamur: nam quod in adcuratissima praefatione *Sylburgius* ex *Pausania* protulit ἰδὼν

*) Moratur, atque adeo me paene retrahit doctissimus *Gesnerus* ita scribens: *Verba κατὰ τὰς πλεκτάνας decere opinor copiam illam Luciani, qui non satis habuit acetabula nominare; etiam cirros memoravit, quorum in articulis sedent acetabula.*

οἶδα, est illud ab hoc genere sane diversum. ceterum prudenter scriptum judico, quod adjecit: *ejusmodi phrases occurrunt etiam in Sacris literis ex Hebraica consuetudine petitae*: nam saepenumero contingit, ut locutio quaedam native Graeca a LXX interpretibus et N. F. scriptoribus, mutata paullulum potestate, ad Hebraeam apte exprimendam adhibeatur: quo quidem pacto aliam utique formam induit: *Luciano* quidem sartum tectum relinquimus suum illud ἰδὼν εἶδον. Hemst.

Pag. 103. l. 7. Ἐπελέξατο) Hunc *Luciani* locum *Budaeus* notavit in Comm. L. G. pag. 660. Ab Ionibus ea potestate verbum ἐπιλέγεσθαι celebratur, adeoque in *Herodoto* frequens, ut *Suidas* in Ἐπελέξαντο. VIII, 128. Τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ἐπιλεξαμένοισι τὸ βιβλίον. Eum qui libenter imitatur, *Pausanias* saepius itidem habet IX. p. 762. de quo loco adsentior *Sylburgio*: nec non pari significatione ἐκλέξασθαι et ἐπεκλέξασθαι. Ἀναγινώσκειν et ἐπιλέγεσθαι inter se commutat *Dion Cass.* LX. p. 665. Idem est ἀναλέγεσθαι· *Eunap.* in *Liban.* p. 174. καὶ ὁ νοῦν ἔχων ἀναλεγόμενος ἕκαστον αὐτῶν εἴσεται, *singula scriptorum ejus qui legerit peritus judicandi, venustatem orationis animadvertet*: aberrat interpres laudatissimus. *Callimach.* Epigr. XXIV. — Πλάτωνος Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος. Hemst.

Ead. l. 10. Διέστησεν αὐτὸς) Commodius αὐτὰς scribi puto, quam lectionem agnovisse videtur *Benedictus*: *ac nisi Jupiter ipsas diremisset.* Paullo post κρίναι legas an κρίνεις, nihil prorsus interest. Tum personas esse male collocatas, eoque modo, quem *Jensius* adprobavit, ordinandas censeo. Quid si porro formulam Atticam scriptori nostro reddamus, τήμερον εἶναι pro τήμερον οἶμαι; οἶμαι dubitationem aliquam habet, quae videtur hinc removenda, praesertim quia sequitur, καί τις ἥξει μετὰ μικρόν. Hemst. Emendationem αὐτὰς confirmavit codex 3011. Lectionem κρίναι nolebam rejicere vel ob illud διακρίναις Deor. Dial. XXIII, 1. quamquam nec illud intactum reliquerunt. Personas ita collocandas esse, ut voluit *Jensius*, nemo jam facile dubitet, nisi qui hebeti sit mentis acie praeditus. *Καί τις* certe debebat, si Galeno interrogare credebatur, scribi καὶ τίς. Sed ipsa illa scriptura gravius mendum arguit; clarius etiam absurditas verborum μετὰ μικρὸν, a Galene quidem pronuntiatorum. Τήμερον εἶναι non probavit *Abreschius* Dilucidd. Thuc. p. 447. quia haec dicendi ratio articulum flagitarit τὸ τήμερον εἶναι, ut τὸ νῦν εἶναι, et similes aliae. Neque ego probo. Nam non offendor conjectura, quam exprimit οἶμαι. dubitationem, quam *Hemsterhusius* vult, non agnosco; multo minus, quod

Abreschius certitudinem aliquam fingit, nimia contradicendi libidine abreptus. Panope hoc vult: *Jam hoc ipso, ni fallor, dic* — gravissima scilicet est caussa, quam differre non licet — *abibunt in Idam, et curae mihi fuit, ut aliquis statim post litem diremtam veniat, qui nuntiet victricem.* Ceterum miris argutiis idem ille *Abreschius* p. 597. sq. vulgatam personarum disponendarum rationem defendere conatus est. Denique etiam monendum, lectionem codicis 3011. *παρὰ τὸν Πάριν τὸν Πριάμου παῖδα* non debuisse a *Schmiedero* in *Belini* gratiam adeo facile recipi. Apertum glossema est nomen Paridis, et oratio eo addito maxime jejuna fiat. E verbis autem praemissis ἐς τὴν Ἴδην satis, opinor, clare patet, e multis Priami filiis quis hic significetur. Lehm.

Pag. 109. l. 1. *Κρίναι*) Mallem κρίνεις, ut Dial. Deor. XX. c. 2. de eadem re, οὐκ ἂν ἐκεῖνος δικάσεις κακῶς. Solan.

Ead. l 3. *Τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη* etc.) Ita personis haec vulgo leguntur distincta. Ego vero nullus dubito, quin ab τήμερον usque ad ἤδη σοι φημὶ, sint omnia Panopes verba; sequentia autem Galenes esse putem, sine interrogatione. Hoc modo ergo concinnanda: *Γα. Τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη; Πα. τήμερον οἶμαι ἀπίασι πρὸς τὴν Ἴδην. καί τις ἥξει μετὰ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατοῦσαν. Γα. ἤδη σοι φημὶ, οὐκ ἄλλη κρατήσει, τῆς Ἀφρ. ἀγ. Quid igitur Deae, dic Panope? Pa. Hodie, opinor, discedunt ad Idam; ac veniet quis paullo post, nuntians nobis victricem.* Ga. *Imo jam adfirmo tibi, nulla alia superior erit, certante Venere,* quam ipsa Venus. Adtentus lector existimet. Vitiosa personarum notatio haud dubie inde contigit, quod librarii inter *Γ*, quae litera Galenen, et *Γ* (sic enim antiqui pingebant *Π*) quae Panopen designabat, non rite distinxerint. Jens.

Pag. 110. l. 7. *Ὑδρευσομένη*) Sic solebant antiquissimi Graeci, ut constat ex *Homero*, puellas sub vesperam ad fontem mittere; quem morem apud Orientales etiam obtinuisse, intelligimus ex Genes. XXIV, 11. ubi vide, quae adnotavimus. Quod cum ita sit, sine ratione habet postea *Lucianus* de Danao: *Σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει, καὶ πέμπει ὕδωρ ἀρυσομένας.* Atqui is omnium mos erat antiquissimis temporibus. Cler. Ergo *Clericum* certe peritiorem vides antiquitatis, quam ipsum *Lucianum.* Haud dubie paullulum restringenda *Clerico* fuit haec observatio. Lehm.

Ead. l. 14. *Καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει*) Leg. *Sueton.* August. Bourd. *Antoninus* I. §. 5. παρὰ τοῦ τροφέως accepisse se scribit τὸ φορέπονον, καὶ ὀλιγοδεὲς, καὶ αὐτουργικόν· ibi *Gatakerus* hunc *Luciani* locum profert, deque re ipsa plura com-

mentatur. Jungi solent *αὐτουργοὶ καὶ αὐτοδιάκονοι*, *αὐτουργία καὶ αὐτοδιακονία*, quas virtutes Christianis commendat *Clem. Alex.* Paedag. III. cap. 4. Alias *αὐτουργοὶ*, qui opus rusticum ob pauperiem ipsi faciunt. Mox commodius videtur, *καὶ πέμπει ὕδωρ γε ἀρυσομένας* pro *τε*. Quod *Graevius* monet, jungi debere, *ἀόκνους πρὸς τὰ ἄλλα*, interpretes non praeteriit. Hemst. Proprie *αὐτουργεῖν* is dicitur, *qui per se opus facit*, s. agrum colit, carens scilicet servis. Apud *Thucyd.* I, 141. Peloponnesii dicuntur *αὐτουργοὶ*, h. e. inopes adeo, ut, quod servos non habeant, ipsi agros colere cogantur. Et in *Xenoph.* Oecon. V, 4. eodem sensu *αὐτουργὸς* occurrit. De hac longe usitatissima vocabuli vi adeundus omnino *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII, 43. Sed ab opere rustico, quod a domino servorum loco fit, transfertur haec vox etiam ad alia, eaque incommoda, vel illiberalia negotia et ministeria, ut ad pugnam, v. c. apud *Herodian.* XII, 2, 17. Maximinus Caesar traditur *ὡς αὐτουργὸς καὶ αὐτόχειρ τῆς μάχης* fuisse, h. e. ipse sua manu, gregarii militis instar, fortissime pugnasse. Etiam ad philosophiam Socrates hanc vocem elegantissime retulit in Sympos. *Xenoph.* I, 5., ubi Calliae dicit multos sophistas, mercede accepta, tanquam ministros promtissimos, adparere, a quibus sapientiam commode discat, se vero cum amicis suis esse *αὐτουργούς τινας τῆς φιλοσοφίας*, h. e. qui sine operis, tanquam inopes et humiles homunciones, ipsi philosophiam per se exercere et tractare cogantur. Hinc intelligitur, verbum *αὐτουργεῖν* de Danaidibus dictum nihil aliud valere, quam omnino: omnis generis *servilia ministeria praestare, servarum instar manu operari,* quale est aquam haurire, et alia ejusmodi. Particulam *τε* in *γε* mutandi necessitatem certe non clare perspexi. Lehm.

Pag. 111. l. 1. Ὕδωρ) V. *Apollod.* XIV. Solan.

Ead. l. 3. *Μακρὰν οὕτω τὴν ὁδ. ἐξ Ἀ. εἰς Α.*) Ad *Statii* Theb. I, 360. ubi operosa vehementis est procellae descriptio, *Barthius* notat, dicere *Papinium*, *tempestatem hanc fuisse maximam, et multum regionis inundasse, quae Argos et Lernam simul tetigerit, loca non exiguis inter se spatiis distantia.* Nihil est, ne fallaris, in *Statio*, quod spatium illud haud exiguum ulla ratione designet: hunc tamen addit, quasi probandi caussa, *Luciani* locum, et tum porro: *Sed pro regia puella aquatum eunte via longa non ideo sit pro tempestate:* id quidem haud absurde, quod utique pro regia puella, aquam petitura, longior aliquanto via censeri possit; quanquam id satis excusatur ea cautione, quam a moribus atque instituto Danai desumtam *Lucianus* adhibet. Alioqui non tantum erat

hoc intervallum, quin Antisthenes, quippe vir et philosophus, majus etiam quotidie Socratis audiendi gratia, stadia nimirum XL ex Piraeeo in Asty conficeret: propius autem Argis aberat Lerna: nam, ut ait *Pausan.* II. p. 197. *ἀπέχει δὲ Ἀργείων τῆς πόλεως τεσσαράκοντα καὶ οὐ πλείω στάδια ἡ κατὰ Λέρναν θάλασσα·* quam intercapedinem, spatium inter Piraeeum et Asty interjectum aequantem, occupare longis muris ad mare ductis instituerant Argivi bello adversus Lacedaemonios, testibus *Thucydide* V. c. 82. 83. et *Diodor. Sic.* XII. p. 327. C. in quo vitiose legitur *Ἀγιὰς χωρίον* pro *Ῥοίας.* Paullum vero a mari distabant ab ea parte, quae spectat in Laconicam, Lerne, ab altera Temenium: idcirco memorat *Pausanias τὴν θάλασσαν τὴν μεταξὺ Τημενίου καὶ Λέρνης* p. 198. Temenium autem, finiente *Strabone* VIII. p. 566. B. *ἀπέχει τοῦ Ἄργους ἓξ καὶ εἴκοσι σταδίους ὑπὲρ τῆς θαλάσσης.* Huic intervallo quod scribit *Plin.* H. N. IV, 5. fere consentaneum est. *Amnes, Inachus, Erasinus, inter quos Argos Hippium cognominatum: supra lacum Lerne a mari CIↃCIↃ pass.* Ita si legas, satis huic loco consultum arbitror: nam *Is. Vossius* ad *Pompon. Mel.* p. 205. mea quidem sententia labitur, et *Strabonem* parum concinne cum *Plinio* confert: illud autem coco optimi, quem laudat, libri sui, etsi foedatum, plane, quod dedimus, exhibet CIↃCIↃ P. qui faciunt stadia XVI; haec si addideris ad stadia XXVI, quae itidem inter Argos intererant et Temenium, proxime prodeunt illa XL stadia, quibus a mari vel sinu Argolico remotum erat Argos. Lerne vero et fons, et fluvius, et palus, vid. *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. 169. p. 241. et notum, ut *Pomponius* ait, oppidum: *Schol. Pindar.* ad Olymp. Z. 60. *ἡ γὰρ Λέρνη κατὰ μέν τινας κρήνη· κατὰ δέ τινας λοχμῶδες χωρίον, ἐν ᾗ μυθεύουσι καὶ τὴν Ὕδραν καταδεδυκέναι· φασὶ καὶ τὴν Ἄβυσσον κρήνην αὐτόθι εἶναι· ἕτεροι δὲ καὶ πόλιν φασίν.* Quae separavit, quasi diversas variorum de Lerne sententias, fuerant conjungenda; nihil enim eorum non est verum. Quam vocat *Ἄβυσσον κρήνην*, illa *λίμνη ἐν Ἄργει οὕτω καλουμένη* dicitur *Hesychio*: quod si nomen hujus paludis cum iis compares, quae de *Ἀλκυονίᾳ λίμνῃ* refert *Pausan.* p. 200. eandem esse liquido constabit; nam situs adcurate respondet. Porro Lerne oppidum haud ignobile, in quod indictum fuerit aliquando concilium Achaeorum. *Plutarch.* in Ag. et Cleom. p. 811. C. *βουλομένων δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τούτοις δέχεσθαι τὰς διαλύσεις, καὶ τὸν Κλεομένην καλούντων εἰς Λέρναν, ὅπου τὴν ἐκκλησίαν ἔμελλον ἔχειν.* De virginibus Argivis *ὑδροφόροις Ez. Spanhem.* ad *Callimachi* H. de Pall. Lav. v. 45. ubi *Luciani* loca non

praetermisit: virgines olim hoc opus inprimis faciebant: Apelles pictor παρθένον οὖσαν τὴν Λαΐδα θεασάμενος ἀπὸ τῆς Πειρήνης ὑδροφοροῦσαν apud *Athen.* XIII. p. 588. C. illa junior est Laïs sive filia, ut ratio temporum ostendit. Hemst.

Ibid. Ἐξ Ἄργους ἐς Λέρναν) Longum sane iter, quod, uti ex *Pausania* constat, (pag. 79, 21.) XL milliarium erat: quod hic ridet *Lucianus.* De πολυδ. Ἀ. videant, quibus hae res cordi sunt, doctissimum *Ez. Spanhemium* ad *Callim.* p. 577. et sqq. Solan.

Ead. l. 5. Πολυδίψιον δὲ τὸ Ἄργος) Homericum. Bourd. *Homerus* Iliad. Δ. v. 171. Vide ibi scholia, quae *Didymo* tribuuntur, qui ostendit, Argos non esse siticulosum, et aliter hoc vocabulum esse accipiendum, cujus varias significationes notat, uti et *Strabo* lib. VIII. unde videtur ille *Scholiastes* sua hausisse. Graev.

Ead. l. 11. Οὐκοῦν ζεῦξον τὸ ἅρμα etc.) Male hic locus habitus est et a librariis, et ab interpretibus, qui sic eum transtulerunt: *Proinde currum junge: vel an hoc longiorem rebus moram injiciet, submittere equos jugo, et currum adparare? Tu vero potius delphinum mihi aliquem ex velocibus illis huc siste, inequitando enim illi quam celerrime provehar.* Sed dele interrogationis notam. Adfirmat enim Neptunus, hoc moram injicere, si currus jungatur. Dein σὺ δὲ ἀλλὰ, est *saltem,* ut apud *Aristoph.* Nub. — σὺ δ' ἀλλὰ τούτων λέξον τι τῶν νεωτέρων. Sic autem verte: *Junge itaque currum, aut si hoc longiorem moram adfert, equis imponere jugum, et currum adparare, saltem delphinum mihi aliquem ex velocibus illis adducito, in quo equitans celerrime provehar.* Graev.

Ead. l. 13. Σὺ δὲ ἀλλὰ) Priorum interpretatione praestat *Graevii* versio: neque tamen ita placuit, quin emendanda videretur. Quod monuit de σὺ δὲ ἀλλὰ, sumtum a *Devario;* quod ut forte locum habeat, nam aliter etiam capi potest in *Aristoph.* Nub. v. 1372. hic certe non fuit admittendum. Hortandi vis atque incitandi in ἀλλὰ, quando Imperativis praeponitur, perquam est familiaris, et in *Nostro* frequens. Hemst.

Ibid. Δελφῖνα) *Philostratus* de eadem re aliter pag. 774. ἐνταῦθα δ' ἱππόκαμποι τὸ ἅρμα ἔφυδροι τὰς ὁπλὰς, καὶ νευστικοὶ, καὶ γλαυκοὶ, καὶ νὴ Δία ὅσα δελφῖνες. Solan.

Ead. l. 16. Εὖγε ἀπελαύνωμεν) Distingue, εὖγε. ἀπελαύνωμεν. *bene. abeamus.* Sic superius perperam distinguitur καὶ πρὸς τὰ ἄλλα, παιδεύει ἀόκνους εἶναι αὐτάς· delendum enim comma: sententia enim est, ἀόκνους πρὸς τὰ ἄλλα. Leve hoc quidem, sed tamen in omnibus editt. depravate legitur. Graev.

Pag. 112. l. 1. Σὺ δ' ἀποσκόπει, ὁπότ' ἂν etc.) Male sunt

conglutinata et structura renitente, *ἀποσκόπει ὁπότ' ἂν αἴσθῃ·* tu disjunge: *ἀποσκόπει· ὁπότ' ἂν* etc. vel etiam potius interseie *καὶ· ἀποσκόπει, καὶ ὁπότ' ἂν αἴσθῃ* etc. posterius membrum ne integrum efferret Neptunus, in caussa fuit Triton interpellans. hoc scilicet ille voluerat: *tu vero speculator et observa; atque ubi senseris illam adveniare, ne me statim monere intermittas:* interea videt Triton Amymonen jam prope adesse, ac mox, sine non exspectato, Neptuni sermonem intercipit. Hoc saepius in istis dialogis est factum, et rationem imitatur eorum, qui familiarius inter se colloquuntur; ut Dial. XIV. *ἐπεὶ δ' ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην, ἔνθα ἦσαν·* eo in loco imperfecta verba Tritonis interrumpit Iphianassa. *Ἀποσκοπεῖν e longinquo prospectare observandi caussa*: Nost. Diall. Mortt. XXVII. *ἀποβλέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόῤῥωθεν τοὺς ἀφικνουμένους.* *Polyaen.* IV, 6. §. 9. *διέτριβεν ἀποσκοπῶν τὴν τοῦ πελάγους κίνησιν·* etiam, *manum ad frontem obtendere,* ut acutius in longinquum prospicias, nec multo lumine offundaris, quem *visum umbratum* eleganter dixit *Sil. Ital.* XIII, 342. Vide *Jos. Scaligerum* ad Priap. p. 195. et iisdem veterum locis, nec pluribus, adductis ingratum ejus reprehensorem *Salmasium* ad *Flav. Vopisc.* p. 500. Hemst.

Ead. l. 7. *Αἰγύπτου τοῦ θ.*) Danaus fratrem fugiens in Graeciam adpulerat navi, quae prima ibi conspecta est. *Hygin.* 277. *Plin.* VII, 46. Ratibus enim antea solis utebantur. Vide *Marm. Ox.* p. 157. et *Baif.* p. 11. Solan.

Ead. l. 13. *Οὐδὲν δεινὸν πάθῃς*) Vix me continui, quin ex *Fl.* revocarem *μή·* sic enim solent, etiam *Noster* in Revivisc. §. 16. *θαῤῥεῖτε· οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον·* unde simul liquet, minime opus esse isto *πάθοις*. *Ἀναδοῦναι, ἀνεῖναι πηγὴν, ὕδατα,* quae itidem dicuntur *ἀναδοθῆναι*, ut, *ἐν Σικελίᾳ φασὶν ἀναδοθῆναι τῷ Ἡρακλεῖ τὰ θερμὰ λοῦτρα,* usus sunt tritissimi: *Lucian.* Deor. Dial. XIV. *ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄνθος ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα·* quem locum si ad hunc, qui prae manibus est, componas, fieri non potest, quin suspectum sit *ἐάσω·* longe certe commodius erit *ποιήσω*, praesertim quia sequitur, *πατάξας τῇ τριαίνῃ τὴν πέτραν· ἐᾷν* saepius apud *Nostrum*, sed diversa virtute: *ἑκόντα ἐάσατε ῥίψαι ἐμαυτόν· ἐκεῖνον ζῆν ἔασον· ἐασόν με ἔχειν* etc. De Amymone multa tradidit *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* II. de Pall. Lav. v. 48. vide *Hygin.* Fab. CLXIX. et *Th. Muncker.* Hemst. Etiam in Arg. legitur *μὴ*, in cod. vero 3011. *οὐ μὴ*, unice recta lectio, quam et *Schmiederus* recepit. De voce *ἐάσω* in *ποιήσω* mutanda, etsi olim fecerim cum *Hemst.*, *Bel.* et *Schm.*, nunc tamen adsentiri his viris dubitabam. Habet apud *Nostrum*

verbum ἐᾷν interdum eam vim, quae proxime accedat ad potestatem verbi ποιεῖν propriam. Certe qui h. l. corrigere velit, eundem persuasum habeo etiam Charon. c. 1. corrigere debere, ubi Mercurius: δέδια μὴ βραδύναντά με (ὁ Ζεὺς) ὅλον ὑμέτερον ἐάσῃ εἶναι, παραδοὺς τῷ ζόφῳ. LEHM.

Ibid. Πάθοις) Ita lego. Vulgatae edd. πάθῃς. *Fl.* μὴ πάθῃς. SOLAN.

Ead. l. 14. Πηγὴν ἐπώνυμον) Est Amymone fons juxta Lernam, ab Amymone Danai filia nomen habens, cujus meminerunt *Plinius* IV. c. 5. et *Strabo* lib. VIII. COGN. Vid. *Strab.* VIII, 371. *Plin.* IV, 5. et *Pausan.* Cor. 79, 34. SOLAN.

Ibid. Ἀναδοθῆναι) Fuit, cum mihi videretur scripsisse ἀναδῦναι. Sic *Dion Chrys.* 69. A. πηγῆς ἐγγὺς ἀναδιδούσης. SOLAN.

Ibid. Πατάξας τῇ τριαίνῃ) *Callim.* Hymn. Jovis. Πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ etc. BOURD. Similia finxit *Callimachus* H. in Jovem, ubi Rhea in siticulosa tunc temporis, ut ait, Arcadia, sed laticibus foeta,

Πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ· τὸ δὲ οἱ δίχα πουλὺ διέστη,
Ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα —

Percussit montem sceptro: at ille ei multum divisus est, et effudit magnum fluxum. Sic est vertendum, non ut vulgo, *duobus locis multum discessit:* nam δίχα διέστη est, *divisus est in duas partes,* non *in duobus locis.* Miror hoc non fuisse in editione Ultrajectina emendatum. CLER.

Pag. 113. l. 1. Μόνη etc.) Scripsitne hoc praeter *Lucianum* alius quisquam? Nauplium ex eo concubitu peperit. *Apollod.* II. p. 34. et *Pausan.* p. 80, 24. cujus filium fuisse Palamedem quidam tradidere, quos ἀναχρονισμοῦ arguit *Strabo* VIII. p. 368. D. SOLAN.

Ead. l. 11. Δάμαλιν) Vide supra Deor. Diall. III. SOLAN.

Ead. l. 12. Διεκόρησεν) Sic Dial. XIII. et seq. διακορεύειν τὴν κόρην, διαφθείρειν· διακεκόρισται, διαπαρθενεύεται. deflorare, devirginare, dehonestare, ut alibi dicemus. BOURD. *Luciani* nomen omisit haec verba proferens *H. Stephan.* in Th. L. G. T. II. p. 375. Vid. *Suid.* in Διακεκορῆσθαι et Διακορῆσαι· ubi est *Scholiastae* διατεμεῖν. HEMST.

Ead. l. 15. Ἥρα) Aliter, ut supra monui, *Ovid.* SOLAN.

Pag. 114. l. 2. Ὡς ἀποτεκοῦσα ἐκεῖ) Prava distinctione laborat hic locus: deletis punctis scribe, ὡς ἀποτεκοῦσα ἐκεῖ, κύει δὲ ἤδη, θεὸς γένηται καὶ αὐτὴ καὶ τὸ τεχθὲν, *ut ibi enixa, gravida enim jam est, Dea fiat et ipsa, et quod natum erit:* nimirum Epaphus. Dein distingue; ἄρξει δὲ, ὁ Ἑρμῆς ἔφη, τῶν πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἔσται δέσποινα, *Praeeritque, Mercurius*

dixit, navigantibus, et nostra erit domina. Vide et superius dialogum Jovis et Mercurii. Graev.

Ibid. *Θεὸς γένοιτο καὶ αὐτή*) In conjugis loco habita fertur ab Osiride Aegyptiorum rege, et post mortem culta pro Dea nomine Isidis; quam singulari superstitione coluit et Germania ante receptam Christianam religionem. Hujus sacra ex Aegypto Romam sunt translata, ejusque templum in campo Martio fuit. Isidis capillos Memphitae pro miraculo ostendunt. Idem *Lucianus* adv. Indoct. Cogn.

Ead. l. 5. *Ἄρξει τε, ὁ Ἑ. ἔφη*) Quam voluit *Graevius*, secuti sunt jam olim interpretes distinctionem: in ejus notis pro *τε* positum video *δὲ*, studione an errore calami, non patet: illud certe vertendo expressit. Pro *ὁ Ἑρμῆς* forte malis, *ὡς Ἑρμῆς·* sed parum interest. Hemst. Firmatur *ὡς* codicum auctoritate, quemadmodum etiam pro *ἄρξει τε* in iisdem melius legitur *καὶ ἄρξει γάρ*. Sed *γένηται*, quod scripsit *Graevius*, eodem, quo *δὲ*, numero habendum videtur. Similiter erravit *Belinus*. Nam non Conjunctivo, sed Optativo, hic locus est; addito, an omisso, *ἂν*, alia est quaestio, de qua Varr. Lectt. Lehm.

Ead. l. 10. *Νὴ Δία εὐνουστέρα*) Praeponendum est ex eo, ubi mox occurrit, loco retractum Zephyri nomen: haec enim ad ejus personam quin pertineant, nemo paullum adtentior dubitabit. De particulis *ἀλλὰ γὰρ* et *ἀλλὰ καὶ*, quae saepe commutantur, dicemus ad initium De Merced. Conduct. *H. Stephan.* Th. L. G. T. II. p. 1052. omisit *γάρ· ἀλλ' ἤδη διεπέρασε.* Hemst.

Ead. l. 11. *Καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν*) An sic nunc voluit loqui *Lucianus*, qui in dialogo sequente, *καὶ νῦν σὺ ἀναλαβὼν ἐξενήξω εἰς Ταίναρον.* In mercede Conductis, *περιῤῥήξαντες τὸ δύστηνον σκαφίδιον, ἄθλιοι κακῶς ἐξενήξαντο.* Gron. Ergo per *Gronovium Luciano*, quia dixerit semel iterumque *ἐξενήξω, ἐξενήξαντο*, usurpare vix licebit *ἐξένευσε*; id saltem non improbandum, quod hic solennem confidentiam dubitandi modestia molliverit. Rectissimum est *νέω, νεύσω, νένευκα·* quaeque hinc manant multa, pari forma scribuntur. *Plat.* de Rep. V. p. 653. A. *Οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον·* *Hesych.* *Νεῦσιν, κλεῦσιν. Νευσόμεθα, νηξόμεθα. Νευτὴρ* (vel potius *νευστὴρ*) *κολυμβητής.* *Νεῦσιν* habet *Aristot.* Z. I. V. c. 6. *τὴν δὲ νεῦσιν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ὄπισθεν, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ στόμα ποιεῖται·* et *τὰ νευστικὰ* I. c. 1. et VIII. c. 3. *ὁ καλούμενος κόραξ* etc. *στεγανόπους δὲ καὶ νευστικός·* quae plane firmant *Philostrati* *νευστικοὶ* Ic. I. c. 8. Hinc et *ἐλάαι νευσταὶ* in Lexiph. §. 13. quae alias *ἁλμάδες* vel *κολυμβάδες·* ibidem §. 3. ridiculus vocabulorum Atticorum con-

stipator habet διανεῦσαι ἐν τῷ ὕδατι. *Themistius* eleganter: τὸν μὲν δὴ ἔμμισθον σοφιστὴν μόλις πῶς ἄρα διανενεύκαμεν. Or. XXIII. p. 297. B. *Suid.* Διανενεύκαμεν, ἀντὶ τοῦ ἐπεράνθημεν. in *Hesychio* restituendum, Διανεῦσαι, διαπλεῦσαι, pro Διαναῦσαι. Προσένευσαν reperies apud *Thucydid.* III. cap. 112. *Schol.* προσέπαυσαν· cujus lectionis labes alios in errorem deduxit; corrigendum enim, nisi totum recidere cum Cod. Cass. malis, προσέπλευσαν, ut supra πλεῦσις ex *Hesych.* quod est ex usu recentiorum Graecorum, *adnatarunt.* Imo ipsum illud ἐξένευσα est in *Euripidis* Cycl. v. 573. Ὡς ἐξένευσα μόγις, grandem scilicet istum calicem, quem, Ulysse praebente, Bacchi nectare plenum Cyclops eduxerat. Hippol. v. 470. — πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκοῖς; ubi vide *Barnesium.* *Hesychius:* Ἐκνεύσας, ἐκκολυμβήσας. Παρανέων τῷ σκάφει occurrit in seq. Dial. HEMST.

Ead. l. 12. Τετραποδιστὶ) Hoc cur apud *Suidam Kusterus* malit, quam τετραποδητὶ, ubi locus exstat pessime versus, caussa est nulla: utrumque est aeque probum: posterius autem eadem forma, qua, quod saepius apud *Nostrum* occurrit, ἀκροποδητί. Dicitur etiam τετραποδηδόν. *Aristoph.* in Pac. v. 896. quae *Suidas* habet in eo vocabulo et Σκιάποδες, depromta sunt e *Comici* Schol. ad Av. v. 1552. Vetus *Sophoclis* Commentator ad Philoct. v. 704. νήπιος. παῖς ἄνευ τιθήνης τετραποδηδὸν βαδίζων. Apud *Etymol.* in Στάδιον p. 743. est τετραποδιστὶ τὸ πάλαι περιπατοῦντες. HEMST.

Pag. 115. l. 4. Κυνοπρόσωπος) *Anubis latrator.* *Ovid.* Met. IX, 689. SOLAN.

Ead. l. 5. Ὅτε etc.) Sic omnes libri. SOLAN. Praeter duo Pariss. codd., ubi ὅτι legitur, quod *Schmiederus* recepit. Sed ὅτε est *quandoquidem*, ut recte in Latina versione, nec videtur mutandum. Continetur etiam h. l. magis temporis, quam caussae, notatio, cujus quidem rei nonnunquam negligentes, vel ignorantes, librarii ad pravas lectiones aberrarunt. Hinc innumera etiamnum vitia vel optimis veterum editionibus insidere existimo, ubi etiam minime quis suspicetur. LEHM.

Ead. l. 27. Τὸ τῆς Ἰνοῦς π.) Melicertam. *Ovid.* Met. IV, 520. SOLAN.

Pag. 116. l. 1. Ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων) *Hygin.* F. XXXVIII. *Scironis petrae:* ubi vide *Munckerum*, qui *forsan* in *Hygino restituendum* monens, *Scironides petrae*, prudenter addit, *quanquam non valde est necesse:* nam *Marcellinus* etiam lib. XIV. p. 10. *Scironis praerupta letalia*, aliique plures. *Ex istis rupibus Ino se cum Palaemone filio in profunda praecipitem jacula-*

ta auxit maris numina, ut *Solinus* scribit c. VII. Sex passuum millibus hi scopuli porrecti et Geraneam contingebant, et Oneos montes, et rupem Molurium vel Moluridem: quare nihil est mirum, haec parum diversa commemorari loca, ex quibus Ino se praecipitarit. *Stephan.* Γεράνεια ὄρος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου, ἀφ' οὗ ἥλατο Ἰνὼ φεύγουσα τὸν Ἀθάμαντα. Scriptor argumenti tertii ad Isthmionicas *Pindari*: Ino διὰ Γερανείας τοῦ ὄρους τοῦ Μεγαρικοῦ φυγοῦσα, καὶ στᾶσα ἐπὶ τῆς καλουμένης Μελουρίδος πέτρας ἥλατο σὺν τῷ βρέφει εἰς τὴν ὑποκειμένην θάλασσαν· rectius apud *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 229. ἀπὸ τῆς Μολουρίδος πέτρας ἔρριψεν ἑαυτὴν etc. *Simonidis* epigramma protulit *Holstenius* ad *Stephan.* εἴς τινα ναυηγὸν ἐν Γερανείᾳ καὶ ταῖς Σκιρωνίσι πέτραις ναυαγήσαντα· ejus in versu quarto legendum mihi persuasi, Ἄγκεα νιφομένης ἀμφὶ Μολουριάδος· quid enim sive νῆσος Μεθουριὰς, sive Μεθουριάδες νῆσοι, quanquam in propinquo sitae, huc faciant, non video; cum contra Moluris opportunissime vicinae Geraneae Scironisque rupibus adhaereat. Nec Moluris solum, aut Molurias scribitur, sed etiam Μολούριον· sic enim *Zenob.* C. IV. n. 38. μετὰ δὲ Μελικέρτου ἡ Ἰνὼ ἔρριψεν ἑαυτὴν εἰς τὴν πρὸς τῷ Μολουρίῳ θάλασσαν. *Etymologus* Leucotheam esse dictam tradidit, ὅτι ἐμμανὴς γενομένη διὰ τοῦ λευκοῦ πεδίου θέουσα, ὅ ἐστι περὶ τὴν Μεγαρίδα, ἑαυτὴν εἰς τὴν θάλασσαν ἔρριψεν. Quod autem dialogo sequenti *Lucianus* ἀπ' ἄκρου τοῦ Κιθαιρῶνος, καθόπερ καθήκει ἐς τὴν θάλασσαν, Ino praecipitem dejecit, intelligendum est paullo laxius: nam ipse, quem proprie vocabant, Cithaeron ad mare non pertinebat, sed orti ab eo montes Onei ad Scironidas usque rupes protendebantur. *Strab.* VIII. p. 582. C. ὑπέρκειται δὲ τούτων ἁπάντων τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, διατείνοντα μέχρι Βοιωτίας καὶ Κιθαιρῶνος ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν, ἀπὸ τῆς παρὰ ταύτας ὁδοῦ πρὸς τὴν Ἀττικήν. IX. p. 602. C. τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, ῥάχις τὶς μηκυνομένη μὲν ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Κιθαιρῶνα etc. et p. 622. B. ubi ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ὁ Κιθαιρὼν λοξὸς ἐμπίπτει μικρὸν ὑπὲρ τῆς Κρισσαίας θαλάττης, ἔχων τὴν ἀρχὴν συνεχῆ τοῖς Μεγαρικοῖς καὶ τοῖς Ἀττικοῖς ὄρεσι· εἶτ' ἐπιστρέφων εἰς τὰ πεδία, παυόμενος δὲ περὶ τὴν Θηβαίαν. Similis locus p. 631. B. Minus ergo caute *Ortelius* in Thes. Geogr. *In mare usque porrigi videtur ex Luciani dialogo Neptuni et Nereidum.* Praetereo, quae de Ino *Burmannus* occupavit ad *Ovid.* Metam. IV, 525. Vid. *Philostr.* Ic. II. c. 16. cujus locum, in quo se mirifice nuperrimus editor implicuit, unius literulae dispendio expedire juvat: ἡ Ἰνὼ τῆς γῆς ἐκπεσοῦσα, τὸ μὲν ἑαυτῆς, Λευκοθέα τε καὶ τοῦ τῶν Νηρηΐδων

κύκλου· τὸ δὲ τοῦ παιδὸς, ἡ γῆ Παλαίμονι τῷ βρέφει χρήσεται. Λευκοθέα positum inter ἑαυτῆς et τοῦ τῶν Νηρηίδων κ. librarii praetermittere non potuerunt, quin eundem in casum transferrent: errorem illum ornatius excoluit *Olearius*, *regi hunc Genitivum a sequente mox verbo* χρήσεται adfirmans: illud alienum prorsus quasi nondum sufficeret, addit insuper: *phrasin autem* χρήσεται Λευκοθέας *vix vertas convenientius, quam*, Leucotheae fructur persona. HEMST.

Ead. l. 2. Κιθαρῳδὸν) Nomen, si non succurrat, mox editurus est. SOLAN.

Ead. l. 3. Αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ) Vel haec suo loco sunt mota, retrahique debent ad ἀναλαβών, vel post Ταίναρον excidit φέρων, quo potius animus inclinat: in ultimo dialogo, ἐξενηξάμην ἔχων εἰς Ταίναρον· *Aelian.* de Anim. VIII. c. 3. in simili casu Coerani Parii, καὶ ἔνθα ἐξενήξαντο ἄγοντες αὐτόν. Ab *Herodoto*, cum quo plerique veterum conspirant, in Arionis historia dissentit *Noster*, alios sine dubio secutus auctores. Vid. *Jos. Scaligeri* Anim. in *Euseb.* p. 84. hymnus Arionis ipsius, quem proponit vir maximus, ab *Aeliano* servatus est de Anim. XII, 45. Apud *Philostratum* vero Ic. I. c. 19. p. 794. Ἀρίων ὁ ἐπὶ τῷ Ταινάρῳ statua est poëtae celeberrimi aenea, quam in sempiternam rei mirandae memoriam ibi collocaverant: δηλοῖ, inquit, τοὺς δελφῖνας ἑταίρους τε εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ᾠδῆς φίλους, καὶ οἵους παρατάξασθαι πρὸς λῃστὰς ὑπὲρ ἀνθρώπων καὶ μουσικῆς· ut φιλομουσίαν eorum laudat Neptunus in hoc dialogo, sic φιλόμουσοι saepe ab *Aeliano* atque aliis dicuntur. Recte autem de delphino Arionem in dorsum suscipiente ac sustentante ἀναλαβεῖν usurpatur vel ὑπολαβεῖν infra: utrumvis verbum restitui placet *Platoni* de Rep. V. p. 653. A. Οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον, καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἤτοι δελφῖνά τιν' ἐλπίζοντας ἡμᾶς ὑπολαβεῖν ἄν, ἤ τινα ἄλλην ἄπορον σωτηρίαν· nam quod vulgatur ἀπολαβεῖν, est illud omnino hujus potestatis expers: formavit, ut facile liquet, ex Arionis historia dictum proverbiale *Plato*. Porro σκευὴν proprie dixit *Lucianus*, *ornatum*, vel, ut *Suetonius* ait in Ner. c. 24. *habitum citharoedicum*: *Herodot.* I, 24. ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ etc. ἀεῖσαι· mox, ἐνδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν, καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην. de Nerone *Dio Cass.* LXI. p. 699. A. ἔστη τε ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὁ Καῖσαρ τὴν κιθαρῳδικὴν σκευὴν ἐνδεδυκώς· ita *Pollux* ἐπιπόρπαμα exponit κιθαρῳδοῦ σκευὴν X, 190. HEMST. Hujus delphinorum φιλανθρωπίας exempla aliquot satis mirabilia collegit *Plinius* H. N. IX, 8. Cf. *Plin.* minor Epist. IX, 33. et *Aelian.* Hist. Animm. VI, 15. Non infelici itaque consilio in-

venit, nescio quis, fabulam illam haud inelegantem de simia et delphino, vulgo in collectione Aesopiarum LXXXVIII. in *Schneider.* LXXIV. Hanc vero de *Arione* narrationem *Aelianus* H. A. XII, 45. non tam ut φιλανθρωπίας, quam ut φιλομουσίας, quam et ipsam *Plinius* delphinis tribuit, documentum laudavit. Verba αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ nec ad ἀναλαβὼν retrahenda, ubi alieno prorsus loco posita forent, quoniam magis, qualem conservarit, quam qualem in dorsum susceperit, Neptuno agi par fuit: nec tamen explenda addita voce aliqua, ut φέρων, quod si fieret, admodum languere mihi videretur oratio. Sic vero, ut est, quamquam paullo liberior, at etiam venustior, est verborum cursus. Lehm.

Ead. l. 10. Πῶς δ᾽ οὖν) Coll. P. et L. In reliquis ὅπως γοῦν, minus commode. Observandum etiam, praecedentia in P. Neptuno non tribui, adeoque pro ὑμᾶς legi ἡμᾶς· et hic praeponi ΠΟ. Solan. Lectio, quam P. et L. praebent, primum originem monstrat, unde vulgata fluxerit: cum enim scriptum fuerat, ο. πῶς δ᾽ οὖν, omissa, quod saepenumero fieri solet in membranis, majore litera Π, ο tandem voculae sequenti junctum adhaesit: quamvis autem ὅπως interdum ita positum occurrat, ut vicem τοῦ πῶς obire videatur, hic tamen longe alius est orationis contextus, quam qui eum usum recipere possit. Deinde suspicionem injicit, aliter olim haec fuisse distincta, eum in modum scilicet, ut, quae praecedunt πῶς δ᾽ οὖν etc. cuncta non Neptuno, sed Delphini fuerint tributa; quod satis commode potuisse fieri, nullus equidem negavero, modo illud ὑμᾶς refingas in ὅτι ἡμᾶς καταναυμαχήσας etc. Conqueri non absurde videatur Delphinus de sua suorumque fortuna, in quos Bacchus victoriae modum non statuerit: nam ceteros hostes suae potestati subjecisse contentus saevius in hosce miserrimos animadvertit, eosque figuram humanam exuere coëgit: plura garriturus erat, quippe delphin, et apud Deum sibi valde familiarem, quae nihil ad rem et Arionis historiam pertinerent, nisi Neptunus interpellasset, πῶς δ᾽ οὖν etc. at tu prius, missis istis, quae minime curo, narra mihi, quae Arioni contigerint. Haec ut ut probabili specie blandiantur, editae tamen distinctioni litem non moveo. Hemst. In sequenti narratione post verba καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ἐπὶ τῇ τέχνῃ codd. duo Pariss. interserunt καὶ πολλὰ ἐδωρήσατο, quod justo facilius recepisse videntur *Schmiederus* et *Matthiae.* Vel temporum inconcinnitas offendit, et alienam manum prodit. Sed per se etiam abundant, et ultra necessitatem orationem ampliant. Divitias enim collegisse Arionem, patet e verbis ὁ δὲ πλου-

τήσας· unde collegerit, ex iisdem cum iis, quae modo dicta erant, collatis. Neque olim unquam quisquam aliquid desideravit. Lehm.

Pag. 117. l. 1. Ἔδειξε πολὺν ἄγων χρ.) Memini, qui mallet, ἔδοξε πολὺν ἄγειν χρ. Cavendum est, ne vilius hoc prae isto lectiore cuiquam placeat. *Demosth.* περὶ Παραπρ. p. 320. D. ἵνα ὅσα ὑμῖν ὑπεσχόμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου, δείξω πεποιηκώς· περὶ τοῦ Στεφ. p. 509. D. παῖδας καὶ γυναῖκας ἐφ' ὑμῖν ποιήσαντες σωφροσύνης πίστιν περὶ ὑμῶν ἔχοντες ἔδειξαν. Multa sunt ejus generis, quae in usu frequenti tritis ne tirones quidem frustrantur, in rarioribus etiam exercitatos nonnunquam fallunt. *Anaxandr.* apud *Athen.* XIII. p. 570. E.

— ἦν τότε
Καὶ Θεολύτη μάλ' εὐπρόσωπος, καὶ καλὴ
Ὑπέφαιν' ἐσομένη —

et se bellulam aliquando fore non obscuris indiciis patefaciebat: Dalecampius inde, quasi ὑφαίνειν pro ὑποφαίνειν legisset, aut legendum putasset, textricem Theolytam nobis concinnavit. Arion autem, imprudenter ille quidem, ut eventus docuit, sed opes tamen partas cupidius ostentabat, ceterosque fortunae tam lautae ignaros esse non patiebatur: eo spectat illud ἔδειξε πολὺν ἄγων χρυσόν· ita factum fuit, ut homines nequissimi ad facinus scelestissimum illicerentur. Hemst. Apud *Herodotum* l. c. fidicen noster Corintho profectus in Siciliam et Italiam, inde, multis opibus sibi comparatis, ad Periandrum rediturus, in itinere haec ipsa expertus est, quae jam *Lucianus* fidelius ad historici narrationem exponit. Lehm.

Ead. l. 7. Ἔπεσεν) *Cecidit:* aptius dixisset εἰσεπήδησεν, *insiliit.* Cler. Mox *Gisb. Koenio* ad *Gregor. Cor.* p. 170. ed. *Schaef.* placuit ὀχῶν pro ἔχων, satis quidem ingeniose. Sed loco Ver. Hist. II, 39. δελφίνων ὀχούμενοι, quem is adfert, propria est sua natura et ratio. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐπαινῶ τῆς φιλομουσίας) Ἐπαινῶ σὲ τῆς φ. vix in istiusmodi locutionibus Accusativum omissum invenias. Quod *F.* dedit, φιλοτιμίας, commodam interpretationem neutiquam adspernatur: *Laudo tuam illam studii diligentiam in Arione servando collocati: dignam enim ipsi mercedem rependisti auditae cantionis suavissimae.* Delphini tamen φιλομουσίαν hinc non removerim, nisi plures accedant vetusti Codd. Hemst.

Pag. 118. l. 2. ἈΜΦΙΤΡΙΤΗΣ) Sic titulum optime fecit ed. *J.* Reliquae *ΝΗΡΗΙΔΩΝ*, cum tamen Amphitrite sola loquatur. Solan. Nereides hunc locum jure tueri possunt: has primum Neptunus adloquitur, tum earum praeci-

puam suam uxorem Amphitriten, quae scilicet ceterarum nomine respondendi vices suscepit. Ita Dial. XIV. Triton Nereidas, deinde ex earum numero Iphianassam compellat: in fine Doris insuper intervenit. Non aliter in extremo Timone Blepsias ceterorum omnium personam sustinet: neque ibi doctiss. *Solano* obtemperandum putavimus. Hemst. In designandis per hunc dialogum personis aliquantum a vulgata, quam admodum confusam deprehendi, et a Schmiederiana quoque ratione recessi. Vulgo verbis: *Μηδαμῶς, ὦ Ποσ.* — *πεπονθυῖαν* praefigitur signum *Νηρ.* ita, ut una Nereidum, quae ceterarum, quae adsunt, loco loquatur, intelligenda sit. Eadem nominis nota reperitur ante verba: *Ἀλλὰ κἀκείνην* — *ἡ Ἰνώ.* Eadem ante: *Αὕτη δὲ* — *ὀχεῖται;* et ante: *Οὔκουν* — *πιπτούσῃ;* Jam vero quum a Neptuno bis nominetur nomine suo *Amphitrite,* quippe ad cujus verba respondeat ipse, vix excusatione opus fuerit, quod, praeeuntibus *Wielandio, Schmiedero* et *Matthiaeio,* simul suffragante Aldina 2., hoc ipsum Amphitrites, dignitate et gratia praestantis, nomen indefinito illi Nereidis substituerim. Deinde et probabatur mihi *Schmiederi* elegans judicium, qui verba: *Αὕτη δὲ* — *ὀχεῖται,* et quae deinde sequuntur: *Οὔκουν ἐχρ.* non Amphitritae, sed alii curiosae cuidam e Nereidibus, tribuenda censuit. Nam haec oratio aliud certe ingenium habet, quam priora Amphitrites verba: illic gravitas quaedam et majorum rerum cura, hic muliebris illa levitas et curiositas conspicua est, quae minorum gentium Nympham haud dedeceat. Neque vero parem adsensum meum nactus est *Schmiederus,* quod verba Amphitrites: *Ἀλλὰ κἀκείνην* — *ἡ Ἰνώ* adjunxit praecedenti Neptuni sermoni, et sequentium Neptuni verborum: *Οὐκ ἐχρῆν* — *ἄξιον* partem priorem usque ad vocem *οὖσαν* Amphitritae, posteriorem demum ab: *Ἀλλὰ τῷ Διονύσῳ* Neptuno adscripsit. Quamquam codd. Pariss. sic praeiverunt, et *Matthiae* secutus est. Nam sic et ratio, quae Amphitriten inter et Neptunum intercedere videatur, minus profecto placeat, et orationi ipsius Neptuni multum dignitatis suae detrahatur. Vide, obsecro, quomodo hoc non displiceat, quod, Neptunus quum censuisset Ino servandam in Bacchi gratiam, Amphitrite contra dicat, et Neptunus ad ipsam illam gratiam Bacchi sine omni vi recurrat. Multo sane concinnius et utrique personae convenientius Amphitrite, quasi Juno illa marina, dicit servandam sibi Ino videri Bacchi gratia, et dominus maris, idemque Amphitrites maritus, respondet, quantumvis illa, utpote prava, id non mereatur, par tamen esse eam conservari, ne Bacchus forte offendatur. Cedit

Neptunus uxori, quum Baccho videtur gratificari velle. Hoc quin sibi voluerit festivus dialogi auctor, nullus plane dubito. Lehm.

Ead. I. 6. Ἡ παῖς) Helle Athamantis regis Thebarum et Nepheles filia, quae una cum Phryxo fratre, novercales insidias metuens, cum, accepto a patre ariete aureo, pontum vellet trajicere, magnitudine periculi conterrita in mare decidit, eique nomen fecit: quod etiam hodie ab ejus nomine Hellespontum vocant eruditi. Fretum est angustum inter Propontidem et mare Aegaeum, Asiam ab Europa septem non amplius stadiorum intervallo disterminans. *Ovid.* II. Metam.

Angustum circa pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latonius adstitit arvis.

Idem XIII. Metamorph.

Longus in angustum qua clauditur Hellespontus. Cogn.

Ead. I. 10. Τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει) Ἐπώνυμος praeditum duplici potestate, eo magis observanda, quod saepe deluserit eruditos interpretes, vel, *qui nomen ab alio trahit*, vel, *qui suum alteri tribuit.* Utriusque virtutis exemplum praebet *Aelianus*; prioris H. V. XII, 44. ubi de lautumiis agit sive lapicidinis Syracusanis: τὸ κάλλιστον τῶν ἐκεῖ σπηλαίων ἐπώνυμον ἦν Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ, *pulcherrima earum, quae istic erant, spelunca, nomen acceperat a Philoxeno poëta*, vocata nimirum Φιλοξένειον· alterius H. V. II, 32. Agrigentini τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες θύουσι· male vertunt, ipse quoque *Cluverius* in Sicil. p. 205. *cognominem urbi fluvium*, cum debuissent, *fluvium, qui urbi juxta conditae nomen dedit*, ut jamdudum recte notatum est a *Stanlejo* ad *Aeschyl.* Septem contra Theb. v. 138. nam ab Acragante flumine, perinde ac tot aliae urbes in Sicilia, oppidum Acragas vel Agrigentum fuit denominatum: ita ὁ Σάρων ὁ ἐπώνυμος τοῦ πελάγους apud *Aristidem* T. III. p. 340. C. neque alia ratione Hellen nominare licet ἐπώνυμον τῆς θαλάσσης vel τοῦ πόντου, quae suum cum mari, in quo mersa periit, nomen communicavit. Simili modo heroës erant decem Athenis ἐπώνυμοι τῶν φυλῶν, de quibus *Poll.* VIII, 110. *Harpocr.* et *Etymol.* in V. ipsaque Minerva ἐπώνυμος *Ulpiano* ad *Demosth.* Midianam p. 691. E. non *cognominis*, ut *Wolfius*, neque hac adpellatione propria publice culta, ut J. *Meursius* existimavit A. L. IV, 5. sed quasi dicas *auctorem nominis Athenarum*, quae suum urbi nomen impertire non fuit dedignata; unde et Athenienses contra ἐπώνυμοι τῆς θεοῦ *Aristidi* T. I. p. 22. C. Non secus Archontes Athenis

ἐπώνυμοι vel ἐπώνυμοι τοῦ ἐνιαυτοῦ *Poll.* VIII, 85. 89. eorumque ἀρχὴ ἐπώνυμος, aut simpliciter ἡ ἐπώνυμος· quam formulam loquendi peropportune Graeci scriptores ad res Romanas transtulerunt; quoniam enim Consules etiam, ut *Lucanus* ait II, 645.

Latios signabant nomine fastos,

vel, ut *Salvian.* de Gub. Dei VI. p. 122. *annis nomina tribuebant,* eorum itidem ἀρχὴ jure merito dicta fuit ἐπώνυμος. *Herodian.* I. c. 16. ἀρχαί τε ἐπώνυμοι, *Consules:* errorem in hac parte gravem *Olearii* jam redarguit literarum nostrarum decus *P. Wesselingius* Obss. II, 24. Ita Salamis εὐτυχήματος μεγάλου τοῖς Ἕλλησιν ἐπώνυμος ἐσομένη in *Plutarchi* Themist. p. 116. E. quid autem Salaminia victoria veterum in monumentis celebratius? In his recte capiendis et separandis lapsus est non *Budaeus* tantum C. L. G. p. 153. sed et hunc secutus *H. Stephanus* in Thes. Nostro τὸ ἐπώνυμον πέλαγος non, ut priores dederant interpretes, *cognomine,* sed *quod nomen ab Helle duxit.* Longum erat faciendum, si vertendi vitia colligere foret animus: uno defungar *Philonis Judaei* loco in Flacc. p. 976. D. τοὺς ἄρχοντας, τὴν γερουσίαν, οἵ καὶ γέρως καὶ τιμῆς εἰσιν ἐπώνυμοι. *Gelenius: magistratus senatoresque honoratos vel ipsis adpellationibus;* quibus suam mentem satis liquido, non, quod debuerat, sui auctoris explanavit: cujus acumen eo certe tendebat, ipso τῆς γερουσίας vocabulo, quod manaverit ἀπὸ τοῦ γέρως, et reverentiam quandam dignitatis excitet, oportuisse Flaccum deterreri, ne viros honestissimos servilibus flagris conscinderet, iisque modis indigne vexaret, quibus ne vilissimos quidem abjectissimosque homines tractari fas sit. HEMST.

Ead. l. 11. Τῆς μητρυιᾶς) Ino, quae Cadmi et Harmoniae filia, et Liberi patris ex Semele Jovis filii nutrix, et ideo a Junone adflicta, cum qua Athamas Thebanorum rex secundas contraxit nuptias, postquam Nephele (ex qua jam ille Phryxum et Hellen susceperat) Liberi patris furore agitata in silvas se contulerat. Haec, ut erat, ita revera se novercam gessit, privignosque identidem apud patrem adcusans eo compulit, ut conscenso aureo ariete fuga sibi consulerent. Quam rem aegre ferens Juno Athamanti Furias immisit, quae in tantam eum adegerunt rabiem, ut cum Ino ad se accedentem adspiceret, hanc quidem leaenam, filios autem suos ejusdem catulos esse arbitraretur, atque raptum Learchum alterum ex filiis saxo illiserit, idem in uxore exemplum editurus, nisi illa, adrepto Melicerta altero filio, una cum illo in mare se abjecisset, ubi Deorum miseratione in

Deam marinam est transformata, quam Graeci quidem *Λευκόθεαν*, Latini autem Matutam adpellant. *Cicer.* Tuscul. I. et lib. III. de Nat. Deor. *Ino Cadmi filia nonne Λευκόθεα nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris?* Melicertes autem in Palaemonem, quem nos *Portunum* nominamus. Hanc historiam fabulose tractat *Ovid.* VI. Fast. et IV. Metam. *Pausanias* in Atticis, *Hyginus* in Mythologiis suis c. 1. 2. 3. et 4. *Lucianus* in Epigrammate quodam. Cogn.

Pag. 119. l. 1. *Ἔφην*) Sic omnino legendum ex Ms. Gr. P. ed. *J. S.* et *A.* Sic etiam *Stephanus.* Edd. reliquae ἔφης, vitiose. Mox ex Gr. Ms. et P. addidimus ἤ, quod in lib. deest. V. Deor. Conc. c. 12. *Ἕκτορι θύουσιν ἐν Ἰλίῳ, καὶ Πρ. καταντικρὺ ἐν Χεῤῥονήσῳ.* Solan.

Ibid. *Ἐν τῇ Τρῳάδι ἐν τῇ Χεῤῥονήσῳ*) Ms. jubet legi *ἀλλ' ὅπερ ἔφην ἐν τῇ Τρῳάδι ἢ ἐν τῇ Χεῤῥονήσῳ τεθάψεται, sed, ut dixi, in Troade, aut in Chersoneso mox sepelietur:* scilicet Thracica: male ἢ in editis omissum. Graev. Si vel nullus adfuisset Codex, separandae fuerant hic, particula saltem, regiones toto Hellesponto divisae: Hellespontus enim, ut *Hesychius* ait, *ἡ μεταξὺ Τροίας καὶ Χεῤῥονήσου θάλασσα·* atque ideo saepius, ubi Trojae facta fuit mentio, commemorari videas *τὴν ἀντιπέραν Χεῤῥόνησον τῆς Θρᾴκης·* Auctor arg. Hecubae Euripideae: *ἐν Χεῤῥονήσῳ τῇ καταντιπέρας Ἀβύδου* *Xenophon* non procul initio libri primi Anab. Insula primum, postea faucibus angustis Thraciae continenti adfixa Chersonesi nomen habuit: *Schol. Apollon. Rh.* ad Arg. I, 925. descriptionem si quis desideret, exactissimam dabit *Procop.* de Aedif. Justinian. lib. IV. p. 43. 44. Helle ubi praeceps ceciderit, satis adcurate designat *Apollodor.* I. p. 39. *ὡς δὲ ἐγένοντο κατὰ τὴν μεταξὺ κειμένην θάλασσαν Σιγείου καὶ Χεῤῥονήσου, ὤλισθεν εἰς τὸν βυθὸν ἡ Ἕλλη· κἀκεῖ θανούσης αὐτῆς ἀπ' ἐκείνης Ἑλλήσποντος ἐκλήθη τὸ πέλαγος,* Cadaver ejus in Troade sepultum an quisquam tradiderit, quod sane videtur colligendum e *Luciani* verbis, mihi non constat: verum Chersonesus habuit *Ἕλλης τάφον,* paullo tamen longius ab eo loco, ubi mersa interiit, ad ipsam peninsulae radicem dextro latere versus Propontidem, ut ex *Herodoto* certum est VII, 58. nam Persarum exercitus ex Asia trajectus in Europam *ἐποιέετο τὴν ὁδὸν διὰ τῆς Χερσονήσου, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχων τὸν Ἕλλης τάφον τῆς Ἀθάμαντος, ἐν ἀριστερῇ δὲ Καρδίαν πόλιν·* erat autem sita Cardia interius ad Melanem sinum. Illud autem monumentum fuerit *κενοτάφιον* aut *κενήριον* necesse est, si fabula fidem meretur, quae mediis Hellen servavit in undis, Neptunoque amore capto pellicem tradidit

Eratosthenes, quem vocant, Catast. cap. XIX. *Ποσειδῶν δὲ σώσας τὴν Ἕλλην, καὶ μιχθεὶς ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς παῖδα ὀνόματι Παίονα·* nuptiae foecundae, ut Deorum esse solent, plures liberos ediderunt. *Hygin.* Poët. Astr. II. c. 20. *Sed Hellen decidisse in Hellespontum, et a Neptuno compressam Paeona procreasse complures, nonnulli Hedonum dixerunt. Schol. Germanici: Helle autem, ut ajunt, a Neptuno salvata est, et ex ea puerum Paeonem genuit.* Almopem gigantem *τὸν Ποσειδῶνος καὶ Ἕλλης τῆς Ἀθάμαντος* suppeditat *Stephan.* in *Ἀλμωπία.* Tres minimum filios Helle prognatos habemus cognomines populis, qui in Thracia vicinaque Macedonia incoluerunt. Nescio, an remedium hinc *Aristidi* sit petendum. T. I. p. 47. ubi Neptunum refert amore captum Leucotheam habuisse secum, *ὃν τρόπον* (*ἐρασθῆναι λέγεται*) *καὶ Τυροῦς τῆς Σαλμωνέως, καὶ Ἀμυμώνης, καὶ ἄλλης τινὸς καλῆς, καὶ κρύψαι γε καὶ ταύτην ὑπὸ τῷ κύματι·* offensus in exactissimo scriptore tractu orationis indecoro tentabam, *καὶ Ἕλλης τῆς καλῆς·* cui emendationi si quis vulgatam tamen anteposuerit, non equidem intercedo, quin judicio suo fruatur. Antequam vero Hellesponti nomen his maris angustiis inditum increbuisset, vetustius exstitisse Borysthenis scribit *Stephanus;* unde liquet, cur *Hesychius* interpretetur, *Βορυσθένης, ὁ Ἑλλήσποντος.* Ab Helles autem casu fluxerit adpellatio, quod summa conspiratione veteres amplectuntur, an hoc pro somnio sit explodendum, praelata *Salmasii* sententia, *Pontum Hellenicum*, aut *mare Graecum* exponentis, disputare nunc non lubet. HEMST.

Ead. l. 2. *Παραμύθιον*) Ms. codex addit, *ἐκεῖνο δὲ παραμύθιον οὐ μικρὸν ἔσται αὐτῇ, hoc vero solatium non parvum ei erit.* GRAEV.

Ead. l. 3. *Ἀθάμαντος*) Hujus imaginem *Callistratus* exhibet, omnium postremam p. 906. Tangit *noster* De Saltat. c. 42. SOLAN.

Ead. l. 4. *Τοῦ Κιθαιρῶνος*) Apud *Callistratum Σκίῤῥων* dicitur in vulgatis; postrema editio mutavit in *Σκίρων*, jubetque adire *Paus.* Att. p. 43. SOLAN. Et *Belinus* scribi h. l. maluit *Σκίῤῥωνος*, qua tamen mutatione non opus esse, facile, opinor, ex iis patet, quae paullo ante de Scironidibus disputavit *Hemsterhusius.* LEHM.

Ead. l. 5. *Τὸν υἱὸν*) Melicertam, (vide De Saltat. c. 42.) qui, Deus factus, *Palaemon* dictus est: mater autem *Leucothoë.* SOLAN.

Ead. l. 7. *Χαρισάμενος*) *Χαρισάμενον* scribe. GUYET. Dudum mihi fuit suspectus hic locus, et mihi persuaseram,

legendum esse *χαρισάμενον* sc. σέ. Sed in Ms. postea reperi bene scribi *χαρισαμένους*, sc. ἡμᾶς, nos, te nimirum Neptunum, et nos Nereidas. Cum postea dicit, illam non mereri hanc gratiam, *οὐκ ἐχρῆν οὕτω πονηρὰν οὖσαν*, notat illius novercalem malitiam in Nepheles filios, Phryxum et Hellen. GRAEV. Legerim *χαρισαμένας*· *sed et illam nos oportebit servare gratificaturas Baccho*. Nimirum nomine Nereidum loquitur Amphitrite. CLER. Omnes edd. *χαρισάμενος*, nisi quod St. *χαρισαμένας*. Nos secuti sumus Ms. Gr. L. et P. SOLAN. *Χαρισάμενος*) Hujus omnium edd. lectionis structura claudicat, cui malo mederi voluit *H. Steph.* exprimens *χαρισαμένας*· nimium adrogassent sibi Nereides, praesente Neptuno: quare maluissem *χαρισάμενον*, te scilicet Neptunum. Sed optimum est, quod Codd. obsecutus dedi; utrosque complectitur Neptunum et Nereidas, genere tamen, ut fieri solet, ad potiorem relato. Dial. XIV. *Perseum nostis, opinor, τὸ τῆς Δανάης παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς* etc. *ἐσώσατε οἰκτείρασαι ΑΥΤΟΥΣ.* Ino prima *teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi*, cui et Athamanti marito Mercurius eum tradit de femore Jovis prodeuntem, *καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην*· tam solicite cavendum erat, ne furtivae prolis indicium aliquod ad Junonem permanaret. Postquam Ino in furorem acta mare subiisset, alio dolo fuit opus, quo misellus ille Bacchus novercalibus odiis eriperetur: *Διόνυσον δὲ Ζεὺς εἰς ἔριφον ἀλλάξας τὸν Ἥρας θυμὸν ἔκλεψε· καὶ λαβὼν αὐτὸν Ἑρμῆς πρὸς Νύμφας ἐκόμισεν ἐν Νύσσῃ τῆς Ἀσίας κατοικούσας.* Haec *Apollodoro* narranti III. p. 171. plane consentit *Ovid.* Metam. III, 313. *Pherecydes* scripsit, non Mercurium, sed Nymphas Dodonidas, (non aliae sunt, quam Nysceides) *ad Thebas Liberum perlatum Inoni tradidisse*, teste *Hygin.* Poët. Astr. II, 21. *Inoni* inquam, cum membranis meis et ed. *Micylli*: nam *Munckeriana* perperam *Junoni*. Hinc *Orpheo* non Leucothea tantum *θρέπτειρα ἐϋστεφάνου Διονύσου* Hymn. LXXIII. sed et Palaemon *σύντροφος Βακχεχόροιο Διονύσου* H. LXXIV. alibi alias edit, quae operam Baccho nutriciam praestiterint, de quibus nunc quidem exponere commodum non est. Verum nymphis Dodonisin gratia minime vulgaris fuit relata: nam cum senio jam paene dilaberentur, eas, exorante Baccho, Medea recoctas in pristinum aetatis florem revocavit. Tractatum fuit hoc miraculum ab *Aeschylo* in fabula, nisi plane fallor, Satyrica, *ταῖς Διονύσου Τροφοῖς*, ut docet *Schol.* in argum. *Euripidis* Medeae, quae totidem fere verbis legatur apud *Schol. Aristoph.* ad Equ. v. 1318. brevius aliquando *Τροφοὶ* in *Aeschyli* dramatum indiculo, *Hesychio*,

et *Photii* Lex. Ms. v. Ἐφιοῦσα· male *J. Meursius* et *Stanlejus* duas inde tragoedias concinnarunt. Hemst. *Clerici* χαρισομένας, quum in codice Paris. reperiatur, recepit *Schmiederus* sine justa caussa. Optime habet Aoristus, in quo haec sententia proprie inest: *quando fuerimus gratificati* s. *ita, ut gratificati fuerimus*, tum scilicet, *ubi eam servaverimus*. Hodie res nota, ex quo eam profligavit *Hermannus* in libro de emend. ratione Gr. Gr. P. I. p. 189. sq. Lehm.

Pag. 120. l. 1. *Καὶ δύναται*) Codex εἰκότως. νεανίας γὰρ καὶ δυνατὸς ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν. in vulgatis καὶ δύναται. Non longe ab his repone ex eodem codice: ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα συσχεθεῖσα καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως· *Perculsa, et pavore simul correpta et vertigine ad volatum celerrimum*: non enim natarunt Phryxus et Helle, sed per aërem sunt lati. Vid *Apollod.* Bibliothec. lib. I. In Ms. tamen pro θάμβει, scribitur etiam θάλπει, quod non probo, quamvis possemus explicare: sed συσχεθεῖσα, pro vulgato σχεθεῖσα, cunctis, sat scio, bellis hominibus adridebit. Graev. *Δυνατὸς* G. P. et L. Tangit eandem fabulam dialogo superiori. Solan. *Δύναται* teneas, an δυνατὸς, minimum refert: contra ἡ Ἕλλη μὴ δυναμένη ἀντέχειν κατέπεσεν εἰς τὸ ὑποκείμενον πέλαγος. *Schol. Hom.* ad Il. *H.* 86. Hemst.

Ead. l. 2. *Ὀχήματος παραδόξου*) Erat enim *caper volans*; vide Astrol. c. 14. et *Apollod.* I. p. 16. B. Solan.

Ead. l. 4. *Τῷ θάμβει ἅμα σχεθεῖσα*) Scio recte dici θάμβει vel ἐκπλήξει ἔχεσθαι, ut μανίαις ἔχεσθαι apud *Platon.* p. 940. D. ἔχεσθαι χαλεπωτέρῳ δαίμονι *Anton. Liber.* cap. XXX. vel συνέχεσθαι, quemadmodum ἐπιθυμίαις, ὀργῇ συνέχεσθαι *Adamant.* in Physiogn. illud etiam, recte jungi θάμβος et ἔκπληξιν, et frequentissime quidem a recentioribus: *Eunap.* περὶ Πρεσβ. ἐκπλήξει καὶ θάμβει συνδεθέντες. *Damasc.* apud *Phot.* pag. 556. v. 17. ἵδρωσα μὲν ὑπὸ θάμβους καὶ ἐκπλήξεως. sed quorsum in hac lectione pertineat ἅμα, expedire nequeo: ista sane particula diversum quiddam postulat ab ἐκπλήξει, quod simul cum stupore tenellam virginem corripuerit, praecipitemque labi fecerit in mare. Quocirca, quod repudiavit *Graevius*, patrocinium istius scripturae τῷ θάλπει non subterfugio: non quin melius aliquid extundere forte queat ingenium acutius; sed quod vulgatae saltem lectioni praeferenda videatur: θάλπος enim interpretari licet *fervorem aëris*, qui spiritum delicatulae virginis intercepit eo facilius, quod aries impetu volatus altioris celerrimo proveheretur: nihil autem vetat, quo minus *Luciano* licuerit hanc etiam caussam plane verisimilem interponere delabentis Helles.

Ut aëri aestu solis calefacto *θάλπος*, sic et alia pari potestate vocabula tribuuntur, *φλέγμα*, *καῦμα*, *πνῖγος*, hoc quidem ex eo dictum, quod suffocet, et animae meatum impediat: opportunum ergo *πνίγει*, *θάλπει συνέχεσθαι*. Ita commodum erit et *ΤΩ θάλπει*, et *ἅμα* suum locum jure tuebitur. Similia quaedam Diall. Deor. XXV. de Phaëthonte, quae comparari operae sit pretium: inprimis illud, *ἐπικύψας εἰς βάθος ἀχανὲς ἐξεπλάγη*· hoc *βάθος ἀχανὲς* sublimius evectam indicat, ubi radiis solaribus aërem accendi facillime veteres putabant: et quod paullo ante praecedit *ἐγκρατῆ εἶναι τῶν ἡνιῶν*· hic contra, *ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων*, quae vertigine correpta et spiritu suppresso manu retinere non poterat. *Isocrat.* Panath. p. 252. C. *θρασύτερόν τε διακείμενον ἢ κατ' ἐμαυτὸν, ἀκρατῆ τε γινόμενον ἐνίων*· illud extremum tam languens ut ab *Isocrate* fuerit profectum! quanto plenius atque etiam venustius exhibet *ἡνιῶν*; abreptum se rerum adfluentium aestu refraenare orationem non potuisse dicit, neque ei moderari *ἐμμένοντα τῇ πραότητι τῇ περὶ τὸν λόγον, ἣν εἶχεν*. Porro sunt in *Luciano* copulanda *ὑπὸ ἀηθείας ἐκπλαγεῖσα* etc. *Plato* Theaet. pag. 128. E. *ἰλιγγιῶν τε γὰρ* (*ὁ σμικρὸς ἐκεῖνος τὴν ψυχὴν καὶ δριμὺς καὶ δικανικὸς*) *ἀπὸ ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς, καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν, ὑπὸ ἀηθείας ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν*. Hemst. Eruditissime haec disputata non tamen persuaserunt mihi. Scilicet veteres non credo adeo imperitos fuisse Physices, ut paullum evectum aliquem super terram putarint calore solis ita corripi posse, ut suffocatus non possit, quin delabatur. Icari volatum nolim huc conferri. Similior cursus est Phaëthontis, quem comparavit *Hemsterhusius*. Verum ex hoc ipso *θάμβος* illud facile explicari potuit, nisi quis ipse fervore quodam abreptus judicium ferat. Ceterum *ἅμα* non ad antecedens *ἐκπλαγεῖσα*, sed ad sequens *ἰλιγγιάσασα* respicit. Et sic non discrimen inter *θάμβει συσχεθεῖσα* et *ἐκπλαγεῖσα*, sed potius inter *θάμβει συσχεθ.* et *ἰλιγγιάσασα* spectandum fuit: quae quum ita sint, synonyma *ἐκπλαγῆναι* et *θάμβει συσχεθῆναι* minus offendant. Idem fere mecum statuit *Matthiae*, nec non *Belinus*. Lehm.

Ibid. *Ἰλιγγιάσασα*) *Σκοτοδινοῦσα*. vox Syracusana, *ὅταν δὲ περὶ τὴν καρδίαν στρόφος γένηται, ἐπακολουθεῖ σκότος. καὶ τοῦτο τὸ πάθος καλοῦσιν ἴλιγγον*. *Interp. Aristophan.* Acharn. *Ἰλιγγιᾷν τὸ ἐσκοτῶσθαι* (leg. *σκοτοῦσθαι*) *καὶ δοκεῖν περιφέρεσθαι, κύκλῳ συστρέφεσθαι*. *Hesych.* Bourd.

Ead. 1. 6. *Ἀπείληπτο*) An *ἐπείληπτο*; Guyet. *Ἐπείληπτο* P. optime, uti rescribere jubebat *Hemsterh.* Ed. min. p. 83. Solan. Rejeci vulgatum *ἀπείληπτο*, quia cum ratione et usu linguae

Graecae pugnabat: nusquam enim *ἀπολαμβάνεσθαι* eum in modum accipitur, aut per linguae genium accipi potest. *Stephanus* itaque Th. T. II. p. 565. A. cum ad eam adprehendendi significationem stabiliendam hunc adtulisset solum *Luciani* locum, caute addit: *Sed fortasse pro ἀπείληπτο legendum est ἐπείληπτο· nam verbum ἐπιλαμβάνομαι passive etiam* (potius dixisset *medie*, vel, *verbi medii virtute*) *usurpatur pro adprehendo.* Nihil est illo usu frequentius, quem satis firmant exempla ab *H. Stephano* producta. Noster in Navig. §. 4. τῶν κεροιακίων ἐπειλημμένον. *Maxim. Tyr.* Diss. V. ἐπιβάτης εὐτελὴς οἷος καλῳδίου ἐπιλαβέσθαι. *Artapanus* apud *Euseb.* Praepar. Evang. IX. Τὸν δὲ Μώυσον etc. ἐπιλαβόμενον τῆς οὐρᾶς. Plures scribunt, Herculem in nobili certamine Acheloi τοῦ κέρατος vel θατέρου τῶν κεράτων ἐπιλαβόμενον illud defregisse. *Hesych.* Ἐπειλημμένη, κρατοῦσα· ad hanc formam emendari debet bis in eo vitiose scriptum, semel Ἀπειλημμένη, κρατήσασα, iterum Ὑπειλημμένη, ἀντειλημμένη· cujus erroris culpa, quanquam mendosos codices forte posset excusare, in ipsius tamen *Hesychii* caput recidit. Idem post Ἐπιλήκητος, vel potius, quod restituendum est, Ἐπιλήμμητος· Ἐπειλημμένος, κατέχων, τετυχηκώς. HEMST.

Ead. l. 7. Νεφέλην) Scribe Νεφέλην, Nephelen, cum in vulgatis non edatur tanquam proprium. GRAEV.

Pag. 121. l. 5. Τὴν νῆσον τὴν πλ.) Delon maris Aegaei, Cycladum omnium clarissimam, in qua Latona Apollinem ac Dianam dicitur enixa: de qua *Cicer.* III. in Verr. et *Virgil.* III. Georg. Dicta autem putatur Δῆλος ἀπὸ τοῦ δηλοῦν, quod, cum antea mari tecta esset, Latonae locum ad pariendum quaerenti repente se ostenderit. COGN. Bene liber scriptus: τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, τὴν ἀποσπασθεῖσαν. GRAEV. Locus mutilus, aut corruptus. Pro τὴν, quod habet Gr. Ms. ante ἀποσπασθεῖσαν, legendum censeo ἥν. SOLAN. Mutilum esse hunc *Luciani* locum non concedo: ne quid corrupti insideat, valde vereor. Primum ex C. Gr. τὴν ἀποσπ. libenter adscivero; apte congruunt τὴν πλανωμένην, τὴν ἀποσπασθεῖσαν. Deinde avulsam a Sicilia fuisse Delum quis alius tradiderit, non recordor: de Cilicia nescio quid animo obversatur, quanquam locus scriptoris haud succurrat. Et sane multo facilior erat cursus a Cilicia eam in sedem, ubi fundata fuit Delos, quam si demta Siciliae eodem ferri itinere impeditiore debuisset: considerandum itaque, an dederit *Lucianus* τὴν ἀποσπασθεῖσαν τῆς Κιλικίας. Hoc scilicet tum factum, cum

— τὰ πρώτιστα μέγας θεὸς οὔρεα θείνων
Ἄορι τριγλώχινι —
Νήσους εἰναλίας εἰργάζετο —
Delum vero οὐκ ἔθλιψεν ἀνάγκη,
Ἀλλ' ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλεε —

ut poëtica fide canit *Callimach.* H. in Del. v. 30. qui idem mox instabiles insulae errores, antequam firma radice niteretur, sed in Aegaeo mari solum ad sinum Saronicum et Euripum, commemorat. Porro dissidere mihi tantum videntur ὕφαλον ἐπινήχεσθαι, ut commode jungi non possint; est enim ἐπινήχεσθαι, *in summo mari erraticam innatare*, ὕφαλος autem *mari mersus*, vel saltem *salo fluctibusque tectus:* unde ὕφαλοι πέτραι. *Callimacho* quidem licuit Delum dicere ἐπιπλεῖν, v. 36. 53. 212. ut qui, quamvis sedibus continuo mutatis vagantem, conspicuam tamen fecit: *Luciano* non item; nam Delos apud eum mari mersa delitescit, donec in lucem prodeat, atque insularum in ordinem defixa cogatur: ideo ἀνάφηνον et ἀναφανεῖσα, et a Neptuno jubetur ἀναδῦναι ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρεσθαι. Hoc incommodum amoveri potest scribendo, ὕφαλον ἔτι νήχεσθαι συμβέβηκε· neque illud ἔτι opportune poni quisquam diffitebitur; mox, καὶ μηκέτι πλέουσα· id autem idem vitii genus saepius e *Luciano* nobis eluendum erit. De exortu Deli repentino, prolatis *Luciani* verbis, agunt *Brodaeus* ad Anthol. I. cap. 58. *Barth.* ad *Stat. Theb.* I, 702. Advers. XLIX. cap. 5. Verbum vero inprimis opportunum ἀναφαίνειν et ἀναφανῆναι, ex quo alterum etiam Deli nomen exstitisse Ἀνάφην, ἐπειδὰν ἀναφανεῖσα δήλη ἐγένετο, ἀδηλουμένη καὶ ἀφανὴς οὖσα τὸ πάλαι, prodidit *Philo* de mundi opificio p. 960. A. sed Judaei hominis errorem, qui Anaphen ut nomine, sic situ dissociatam, cum Delo confudit, merito castigarunt *L. Holsten.* ad *Stephan.* in Ἀνάφη, et *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Del. v. 53. Rhodum quoque, cujus et *Philo* eandem ob caussam meminerat, olim infra fluctus depressam ἀναφανῆναι ὕστερον ξηρανθεῖσαν *Heraclides* ait. Hemst.

Ead. l. 8. Δῆλον) Et inde nomen insulae, *Delos.* Solan.

Pag. 122. l. 5. Ἀνάμοτος) *Thom. Mag.* in Ἀπώμοτος utitur hoc loco. Hemst.

Ead. l. 9. Ὦ Τρίτωνες) Tritones plures. *Virgil.* V. Aen.

Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.

Idem X. Aen. v. 210.

Hunc vehit immanis Triton, et caerula concha
Exterrens freta; cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem praefert; in Pristin desinit alvus.

Sunt, qui triremis nomen volunt esse a Tritone in ea depicta belua marina: nam et nunc quoque suum cuique navigio nomen inditum est. Sic Scyllam, sic Pegasum nomina navium fuisse putat *Palaephatus* de Incredib. non monstra, ut poëtae fabulati sunt. Tritonem *Lycophron Νηρέως γόνον* vocat, alii, Neptuni et Amphitritae; superiori quidem corporis parte umbilico tenus humanam effigiem referentem, sed posteriori usque ad caudam esse delphinem; revera nihil aliud, quam *ἰχθυοκένταυρον*. *Lycophronis* enarrator citat Acesandrum quendam auctorem, Eurypylum et Tritonem Neptuni et Calaenûs liberos esse. Alii Tritonem Oceani et Tethyos faciunt, patris et Neptuni tibicinem; pro tuba concha uti, quam *buccinam* vocitatam volunt. Quidam in literas retulerunt, Tiberio Caesari quendam nuntiasse, Tritonem in specu quodam visum, auditumque concha canentem. Eadem persuasio irrepsit de Nereidibus, quae squamis in hispido corpore vestitae humanam effigiem habeant. Hujusmodi Tritones pisces velocissimos pro Diis cultos inveniri *Plin.* lib. IX. c. 5. gravissimis testimoniis probat; hodieque visuntur Romae imagines pleraeque. Tritonem ejusque buccinam describit *Ovid.* I. Metam. et II. Cogn.

Ead. l. 12. *Αὐτίκα μέτεισι καὶ τιμωρήσει*) Ms. εὐθέως μετελεύσεται καὶ τιμω. Sequens Dial. ex *Hom.* Il. *Υ.* *Philostr.* Bourd. Quod Angl. Cod. praefert, vulgatae lectionis est interpretamentum. Vid. *Dukerum* ad *Thucyd.* II, 44. et quae monui ad Somn. §. 7. Hemst.

Ead. l. 13. *Εὐπρεπῆ*) Scribe, ut olim conjeci, et postea Ms. firmari didici: *πάντα εἶναι εὐτρεπῆ*, *omnia esse parata:* vulgo legitur *πάντα εἶναι εὐπρεπῆ*, et vertitur, *praeclare omnia se habere:* inepte. Graev. *Εὐπρεπῆ*) Verte: *omnia, ut decet, parata esse*, non, *praeclare omnia se habere.* Cler. *Εὐτρεπῆ* praeter Ms. Gr. etiam L. et *St.* et *B.* 2. Reliquae edd. mendose *εὐπρεπῆ*. Solan. *Εὐτρεπῆ* reponere vel sine membranis non fuissem veritus, cum potestatem ejus vocabuli locus omnino flagitet: significat enim Neptunus, expedita esse omnia, quae Jupiter fieri jussisset, ac parata. *Xenoph. Ephes.* IV. p. 58. *Ἦν δὲ πάντα εὐτρεπῆ, κάμηλοί τε πολλαί* etc. *Euripid.* Cycl. v. 593.

— *ὡς σοὶ τἀνθάδ᾽ ἐστὶν εὐτρεπῆ.*

Antiphan. apud *Athen.* VI. p. 238. B. *Ἂν ᾖ τὸ σιτάρχημα δεῖπνον εὐτρεπές.* *Aeschines* in illa multo facetissima Ep. X. *καὶ ὁ λόγος ἐξ ἡμέρας ἐπὶ τὴν Καλλιῤῥόην εὐτρεπής.* *Demosth.* Phil. I. p. 49. F. *εἰδὼς, εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς.* *Noster* in primo Cataplo, *τὸ μὲν σκάφος τουτο ἡμῖν παλαι εὐτρεπές.* Idem vi-

tium in *Occumenio* sanatum a *Billio* Sacr. Obs. I. cap. 21. a *Jungermanno* foedius etiam corruptum in *Poll.* X, 76. ab aliis alibi: neque tamen eo minus locis pluribus neglectum hactenus inhaeret. Mirifice lusit in utrisque conturbandis vocibus incertus librariorum error. Pro eo, quod bene vulgatur apud *Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 70. ἔστω τὸ θέατρον εὐτρεπὲς, pejus alii Codd. εὐπρεπές. In *Onosandri* Strat. c. VI. ἀλλ᾽ ἅμα καὶ εἰς πορείαν ὦσιν ἐπιδέξιοι, καὶ εἰς μάχην εὐπρεπεῖς, rectius *F. Morelli* liber εὐτρεπεῖς. *Schol. Aristoph.* ad Eq. v. 908. ἔδει γὰρ τὴν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς τὸν πόλεμον εὐπρεπῆ· at tutius sequimur auctorem *Suidam*, qui praebet εὐτρεπῆ in Τριηραρχεῖν. Laudo *Barnesium*, qui *Euripidi* reddidit Iphig. in Taur. v. 245.

— καὶ κατάργματα
Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη·

sicut Herc. Fur. v. 497.

Σὺ μὲν τὰ νέρθεν εὐτρεπῆ ποιοῦ, γύναι·

et *Long.* Pastor. IV. p. 129. παρασκεύαζέ μοι μόνον εὐτρεπῆ τὰ γνωρίσματα. Jam verba conferamus *Athenionis* Comici apud *Athenaeum* XIV. p. 661. D. Τά τ᾽ ἔνδον εὐπρεπῆ ποίει λαβὼν, et *Nicostrati* XV. p. 685. C.

— καὶ σὺ μὲν
Τὴν δευτέραν τράπεζαν εὐπρεπῆ ποίει,

num dubitabis, quin utrobique refingi oporteat εὐτρεπῆ; tametsi posteriore loco subdatur, Κόσμησον αὐτὴν παντοδαποῖς τραγήμασι. Est tamen interdum, ubi vix decernas, utrum praeponi conveniat; *Aeschyl.* Sept. contra Theb. v. 90.

Βοᾷ ὑπὲρ τειχέων
Ὁ λεύκασπις ὄρνυται λάος εὐπρεπής·

ita *Scholiastes* unus explicans, εὐπρεπὴς ἤτοι τοῖς ὅπλοις κεκοσμημένος, ἐπὶ τὴν πόλιν τρέχων· (male πρέπων editur) alter habet εὐτρεπής. Par dubitandi ratio in Supplic. *Euripid.* v. 392.

Στρατὸς δὲ θάσσει, κἀξετάζεται παρὼν
Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνὸν εὐπρεπὴς ὅδε.

Verum apud *Athen.* VI. p. 268. F. et *Poll.* VI, 59. praetulerim equidem in *Pherecrate*,

Καὶ μὴν παρῆν τεμάχη μὲν ἐξωπτημένα,
Καταχυσματίοισι παντοδαποῖσιν εὐπρεπῆ·

nusquam enim ad εὐτρεπὴς, quantum nunc quidem memini, dativus accedit. HEMST. *Dionys. Halic.* Antiqu. Rom. lib. IV. cap. 72. πρὶν ἢ τὰ παρ᾽ ἡμῶν εὐτρεπῆ γενέσθαι· *Hesych.* Εὐτρεπῆ, ἡτοιμασμένον. Hinc εὐτρεπίζειν, adparare apud *Aristoph.* Plut. v. 626. alibique frequentissime. HEMST. I.

Pag. 123. l. 2. ΞΑΝΘΟΥ) Qui et Scamander. Hujus imaginem exhibet *Philostratus* omnium primam pag. 764. SOLAN.

Ead. l. 9. Ξάνθε) Xanthus Lyciae amnis in campis Trojanis, qui et Scamander dicitur, a colore aquae flavo dictus, qui color in Tyberi conspicitur: unde *Horatius, Vidimus flavum Tyberim.* Xanthum δινήεντα nuncupat *Homerus* Il. Ξ. et Θ. his verbis:

Ξάνθου διννήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.
Νόσφι νεῶν ἀγαγὼν ποταμῷ ἐνὶ δινήεντι,
Ἐν καθαρῷ.—

Hujus meminit *Eustath.* circa finem Il. *B.* et *Strabo* lib. XIV. COGN.

Ead. l. 10. Ἀπηνθράκωμαι ὅλως) Lego ἀπηνθράκωμαι ὅλος· Vide initium de Mort. Peregr. SOLAN. Quin scribere potuerit *Noster* ὅλος, minime dubium est: ita scripsisse, quis pro certo adfirmabit? Vulgatam lectionem tuetur observatio *J. Jensii* ad Hermotimi initium. Hoc eorum in numero repono, de quibus quid auctori placuerit liquido constare non potest; veluti mox ἀπέφρατέ μοι τὸν ῥοῦν nihilo foret deterius, si μοῦ legeretur. Modo ante pro τραύματα cui, paullo quidem adtentiori, non veniant in mentem καύματα; tum quia praecedit κατάσβεσον, cum quo haec vox aptissime congruit; tum quod sequatur, τίς σε κατέκαυσεν; quae cogitationem *Luciani* eo in vocabulo defigere fere debuisse dicas: hic certe multo probabilius illam conjecturam adhibere licet, quam fecit *Cuperus* in Timone c. 2. Neque tamen eo facile descendero, ut a *Nostro* τραύματα proficisci non potuisse contendam: ad Timonem ea notavimus, quae ab hac lectione defendenda haud prorsus abhorrent. HEMST. Optime habere videntur *vulnera* Xanthi adusti, et haec ipsa eleganter dicuntur *compesci, sedari,* quod est κατασβεννύναι, Metaphora huic loco aptissima. LEHM.

Ead. l. 13. Τῆς Θέτιδος) Parum commode *Thetis* et *mare* diversae fiunt. Certe *Virgilius* Thetidi mare tribuit:

— *Thetis emat omnibus undis.* SOLAN.

Pag. 124. l. 6. Μυῤῥίκας) Lege ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας καὶ μυρίκας. Ex *Homero* hausit, qui Iliad. Φ. v. 350.

Καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρίκαι etc.
Τείροντ᾽ ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες. GRAEV.

Ead. l. 9. Ὑπὸ τῶν ἐκκαυμάτων) Dubitabilis est hujus lectionis bonitas: nam superius Diall. Deor. XIII, 2. ὅτι σὺ τὰ ἐγκαύματα ἰασάμην legebamus: breviter inquiram, utrum anteponendum videatur. Ἐγκαύματα notae vocantur igne

signatae et inustae ἀπὸ τοῦ ἐγκαίεσθαι, unde ἐγκεκαυμένος, *inustus* in *Glossis*: et μέλανι ἐγκαύστῳ μελαίνειν τὴν χάραξιν apud *Nonnum* Συναγ. Ἱστορ. ad Stelit. II. *Gregorii* 15. *Noster Catapl.* c. 24. καί τοι τί τοῦτο; ἴχνη μὲν καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων, οὐκ οἶδα δὲ ὅπως ἐξαλήλιπται, μᾶλλον δὲ ἐκκέκοπται· insignia cognoscis literati servi, quae vafer ille exciderat, ne conspicuas dedecoris notas corpore praeferret. Legenda, quae hac de re eruditissime scripsit *Rhodius* ad *Scribonium Largum*. *Eunapius* in *Aedesio* hos vocat ἀνδράποδα δεδουλευκότα κακῶς, καὶ μάστιξιν καταδεδαπανημένα, καὶ τὰς τῆς μοχθηρίας ὠτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα· apud *Platonem* in *Timaeo* p. 1045. ὥστε οἷον ἐγκαύματά μοι ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε· quibus ad κηρογραφίαν seu ἐγκαυστικὴν *Philosophum* respexisse duco: *Chalcidius* interpretatione liberiori mentem Auctoris sui expressisse fuit contentus: *Fors etiam quod studiosa senis et adsidua relatio meracam quandam et inobsoletam impresserit animo notam*: simili modo τουσίππειον exponit *Etymologus*, ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου, quod propterea πυρὸς χάραγμα non inconcinne vocat *Anacreon* Od. 55. Tandem *Scholiastes* nostri *Luciani* ad *Lexiphanis* ista: καὶ ὅτι καύματα ἦν, haec adnotat: ἔοικε τὰ ὑπὸ τοῦ κρύους γενόμενα ἐγκαύματα εἰς τὸ σῶμα ἡμῶν λέγειν· rectissime scripsit et ex medicorum consuetudine, qui solent ἐγκαύματα nominare signa, quae frigus penetrabile corporibus humanis impressit, quanquam *Luciano* nihil faciat. At vero ab istis ἐγκαύμασι multum distant ἐκκαύματα· bonis avibus illa vox in *Pollucem* reducta est lib. VII, 110. et X, 110. ubi opportuno *Diodori* exemplo ostendi significare *cremia*, seu *ligna arida*, quae focis imponuntur: quapropter vitii non expertem suspicor *Pollucem* meum VI, 91. τὰ δὲ ἐγκαύματα εὔσανα· non tamen me praeterit, et in *Hesychio* sic vulgatum: Εὔσανα etc. τὰ ἐγκαύματα· melius utriusque integritati consultum arbitror, si refingas ἐκκαύματα· discernant oculatiores, num rem acu tetigerim. Ex his satis liquet, et meliorem me ducere in priori dialogo lectionem ἐγκαύματα, eandemque hic etiam reduci malle, quoniam ἐκκαυμάτων ea nunquam est notio, quae huic *Luciani* loco possit convenire. HEMST. I. Herculis ἐγκαύματα, quae ustulatus ab Oeta monte detulerat in coelum, sanasse se gloriatur Aesculapius Diall. Deor. XIII. §. 2. Utram scribendi rationem sequaris, non ita multum refert: quanquam ἐγκαύματα proprie vocentur ἀπὸ τοῦ ἐγκαίειν notae velut igne signatae atque inustae, ut literatis servis solet. *Noster* in Catapl. cap. 24. καί τοι τί τοῦτο; ἴχνη μὲν καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων· οὐκ οἶδα δ' ὅπως

ἐξαλήλιπται, μᾶλλον δὲ ἐκκέκοπται. Τρυσίππειον *Etymologus* exponit ἔγκαυμα ἵππου γεγηρακότος ἐπὶ τῆς γνάθου, quale *Anacreonti*, vel qui personam ejus mentitur, πυρὸς χάραγμα nominatur Od. LV. *Plato* in Tim. p. 1045. F. ὥςτε οἷον ἐγκαύματά μοι ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε. *Chalcidius* mentem philosophi reddidisse contentus verba non adnumeravit: *Forsque etiam quod studiosa senis et adsidua relatio meracam quandam, et inobsoletam impresserit animo notam:* cui lectioni non malae quidem nescio tamen an anteferenda sit, quam suppeditat Cod. Bodl. *inabolitam infecerit*, eo usu verbi, qui ab inficiendis lanis, unde et *lanarum infectores Plinio*, ductus est: certe videtur *Plato* loquendi formulam ab illo pingendi modo, qui ceram inurit, derivasse; κηρογραφίαν et ἐγκαυστικὴν vel κηρόχυτον γραφὴν vocant, de qua *Henr. Vales.* ad *Euseb.* de V. C. I. c. 3. hinc ἐγκαύματα ἀναθεματικὰ, quibus aedes ornatissime fuisse excultas Tanagrae *Dicaearchus* tradit B. E. p. 12. et ἔγκαυσις τῶν θυρῶν in Inscr. apud *Sponium*, quod *Ausonio* dicitur *ceris inurere januarum limina* Ep. XXVI. v. 9. Verum et medici ἐγκαύματα pustulas adpellitant, seu vesiculas, vi frigoris aut ignis (utrique rei communia sunt *urendi*, *adurendi*, τοῦ καίειν et ἀποκαίειν verba) excitatas. *Scholiastes* ad ista *Lucianei* Lexiph. καὶ ὅτι καύματα ἦν, notat: ἔοικε τὰ ἀπὸ τοῦ κρύους γενόμενα ἐγκαύματα εἰς τὸ σῶμα ἡμῶν λέγειν. Φῷδας *Aristophanis* in Plut. v. 535. ex *Apollodoro* *Schol.* interpretatur τὰ ἐπικαύματα τὰ ἐκ πυρὸς, *Etymol.* τὰ ἐν τοῖς σκέλεσι γινόμενα ἐκκαύματα ἀπὸ τοῦ πυρός. Non aliter interpreti vetusto *Nicandri* ad Ther. v. 682. χιμέτλα sunt τὰ ἀπὸ κρυμοῦ γινόμενα τῶν ποδῶν ὑπεκκαύματα, quorum vice *Suidas* ὑποκαύματα scripsit: reperiuntur etiam ἐκκαύματα in *Aristoph.* *Schol.* ad Pac. v. 540. sed depravata, et *Suida* duce vertenda in ὀγκώματα. Ex his constat, utroque *Luciani* loco nihil obstare, quo minus, secus atque olim arbitrabamur, prisca scriptura servetur. Sunt alioquin ἐκκαύματα *cremia*, *coctilia*, *arida sarmenta*, quae igni admota flammam cito concipiunt: membranis auctoribus illa vox est reddita *Polluci* VII, 110. X, 110. cum prius ἐγκαύματα legerentur: neque intercedo, quin horum in locum itidem ista subjiciantur VI, 91. et apud *Hesych.* in Εὔσανα. In *Theophrasti* libro de Igne dicitur ἡλίου φῶς τῷ ἀθροισμῷ καὶ τῇ λεπτότητι διαδυόμενον εἰς τὸ ἔκκαυμα· et saepius ὑπεκκαύματα, *fomites* igni nutriendo ac suscitando apti: quomodo *Xenophonti* Cyrop. VII. p. 113. v. 29. Babyloniorum fores φοίνικος πεποιημέναι, ἀσφάλτῳ δὲ ὑπεκκαύματι κεχρισμέναι. Taceo Physicorum ὑπέκκαυμα aëri contiguum et gignendis ignibus adcommodatum, de quo *Philopon.*

ad c. I. Genes. p. 11. 55. 186. Hinc tralatarum locutionum magna copia tum apud alios, tum apud *Philonem Judaeum* in primis: τὰ τῆς ἔχθρας ὑπεκκαύματα ζωπυρήσαντας, p. 905. B. Hemst. II. Quum tres codd. Pariss. exhibeant h. l. ἐγκαύματα, cum *Schmiedero* et *Matthiaeio* malebamus juniorem, quam seniorem, sequi *Hemsterhusium*, non diffitentes tamen, etiam ἐκκαύματα quodammodo patienter ferri potuisse. Lehm.

Ead. l. 10. Θολερὸς etc.) Ed. *J.* θολερῶς, quod magis adridet; et confirmant P. et L. sed mox eadem sibi non satis constans θερμός. In P. ὦ Ξ. καὶ θ. non inveniri, testantur Excerpta. Solan. Nihil prius in mentem veniat, quam θολερῶς et θερμῶς, scilicet διάκεισαι· quia praecessit, ὅπως διάκειμαι. Eo factum, ut, cum θολερὸς mutare instituissent in θολερῶς, desierint in θερμὸς, absterriti scripturae constantia: neque ulla lex orationis impediebat *Lucianum*, ne structuram variaret, θολερὸς εἶ, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμός. Mox ἐπὶ τὸν ἐμὸν υἱὸν stare non potest: quas enim manifesto discrevit Θάλατταν et Θέτιν, cujus incogitantiae foret, hic easdem commiscere? Nihil occurrit melius, quam *Cognati* υἱωνόν· nam Mare Aethere et Die genita jure merito cunctarum Nereidum mater, inter quas Thetis principatum paene tenet: ideo τῇ Θέτι καὶ τῇσι Νηρηΐσι θύοντες *Herodot.* VII, 191. Hemst. Merito suspecta *Schmiedero* fuit vox υἱὸν, quam etiam plane ejecit *Matthiae.* Nam etsi omnino quidem quodammodo Maris filius dici poterat Achilles, tamen h. l. id incommode fiebat, ubi paullo post idem Nereidis filius vocatur. Ὁ ἐμὸς autem est *cognatus meus,* quemadmodum οἱ ἐμοὶ apud *Xenoph.* Oecon. XII, 5. *familia mea.* Neque itaque *Cognati* conjectura υἱωνὸν, vel *Piersoni* ad *Moer.* p. 379. υἱδοῦν admittendae videntur, neque cum doctissimo *Passovio* in Introduct. ad *Musaeum* pag. 23. de prole intelligi potest. Quod enim ibi *Passovius* hoc loco utitur ad demonstrandum, υἱὸς saepe de nepote, s. prole, ut πατὴρ de avo, vel proavo, usurpari, infirmo profecto nititur praesidio, atque adeo circulum adhibet argumentandi. Lehm.

Pag. 125. l. 1. Τὸν ἐμὸν υἱὸν) Achillem ex Peleo Thetidis Nerei filiae filium: ipse vero Nereus Oceani filius fuit. Fortassis legendum pro υἱὸν, υἱωνὸν, id est, nepotem. Cogn. Si Mare mater Thetidis ponatur, υἱωνὸν cum viro docto legamus necesse est, qui id margini codicis sui adscripserat; aut memoria lapsum *Lucianum* statuamus. In libris nostris certe nihil subsidii. Solan.

Ead. l. 26. Ἀποσπάσωσιν) Subintellige τὴν ναῦν· *postquam multum a terra provecti essent.* Cler.

Pag. 126. l. 3. Ἐπεὶ ἔμαθες) Sic ex fide Ms. haec omnis clausula scribenda: τίνος δ' ἕνεκα, ὦ ἀδελφή, εἶπε (εἰπὲ), ἐπεὶ ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα. Bourd. Paene malim εἴπερ· nondum enim scire potuit Doris, rem totam Thetidi fuisse compertam: neque etiam credere non licet, ex utraque lectione conjuncta exstitisse scripturam *Bourdel.* εἶπε, vel potius εἰπὲ, ἐπεί. Hemst. Haec et mea fuit olim sententia: addebam vero tunc etiam τι e Mss. Pariss. ubi εἰπὲ, εἴ τι ἀκρ. Sed τι facile addi potuit ab eo, qui semel falso scripserat εἰ. Ceterum *scire* quidem nondum poterat Doris, rem totam Thetidi fuisse compertam, at *conjicere* tamen ex iis, quae modo ex eadem audiverat. *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 673. opinatur, si ἅπαντα pro *pleraque* sumatur, difficultatem perituram in vocula ἐπεὶ sitam. Quae quid sibi velint, non conjicio. Praepositionem in verbis πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, quamquam abesse poterat, et vere abest a duobus codd., quapropter etiam *Schmiederus* et *Matthiae* eam omiserunt, servandam tamen duxi: addidisse enim auctor videtur vitandae ambiguitatis caussa, quae oritur, si πολὺ τῆς γῆς conjuncta legantur. Lehm.

Ead. l. 5. Ἐπαρθένευεν) *In virginitate educabat: virginem servabat.* Veteres Glossae: Παρθενεύω, *virgino*: quae vox est, ut puto, ficta, ut uno verbo Latino Graecum exprimeretur, non ex usu desumta. Cler.

Ead. l. 13. Καθίκετο) Interpres: *Quid agebat illa, quando ingrediebatur?* si Graeca sana essent, vertenda erant, *quid agebat illa, quando adtingebat* sc. cistam. Sed refingendum ex Codice vetusto, ὁπότε καθίετο, *quando immittebatur in cistam.* Graev. *Micyllus* apud Basileenses et *Bourdelotium*, *quando abripiebatur.* Quod nimium: et cum haec vox vim denotat illatam, quod saepe fit in *Luciano*, additur secundus casus: et plane id huc non convenit. *Benedictus*: *quando ingrediebatur.* Nec sic loquitur *Lucianus*, etsi propius sit. Pater adscripsit, *descendebat* vel *demittebatur.* Abundat igitur litera, et lege καθίετο. Gron. *Graevii* emendationem amplector: quamvis succurrat et alia longe praestantior, si per Codices liceret; nempe καθείρκτο, ut Amorr. c. 16. Solan. Lubens accepi, quod egregie suppeditabat Cod. Graev. Καθείρκτο temporis incommodo premitur, quod huic narrationi non convenit: quamvis utrumque verbum in hac fabula *Schol. Pindari* usurpavit ad Pyth. I, 72. λαθραίως τότε ἐνείρξας αὐτὴν εἰς τὴν κιβωτὸν μετὰ τοῦ παιδὸς καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. *Schol. C. German. intra arcam includens praecipitavit in mare.* Rem persequitur ipsis propemodum *Pherecydis* verbis *Schol. Apol-*

lon. Rh. ad IV, 1091. ubi, *εἰς λάρνακα αὐτὴν ἐμβιβάσαι μετὰ τοῦ παιδὸς, καὶ κλείσας καταποντοῖ.* Vid. *Hygin.* F. LXIII. et *Th. Muncker.* Graeci arcam matre filioque foetam ad Seriphum adpulerunt omnes: Latinis, ne generis illustrissimi apud se nulla forent vestigia, eandem in Italiam deducere visum fuit, Danaënque regi nescio cui in matrimonium dare; qui conjuges Ardeam condiderint. *Virgil.* Aen. VII, 372. et *Servius;* quanquam de Ardeae primis initiis longe diversa tradat *Dionys. Halic.* A. R. I. pag. 57. Similem plane fabulam de Rhoeo Staphyli et Chrysothemidis filia, cui vitium Apollo fecerat, praeter alios *Diodorus* enarravit V. p. 229. C. Hemst.

Pag. 127. l. 2. *'Εμειδία*) Idem codex scribit *ὑπεμειδία πρὸς τὴν θάλασσαν, subridebat conspecto mari,* seu *adridebat ad mare.* Graev. *'Υπεμειδία* G. et P. In L. vero *ἐπεμειδία*. In impressis *ἐμειδία.* Solan. Recepimus venustiorem vocem, praeeuntibus quatuor Mss. ita tamen, ut particulam *καὶ*, in Mss. Pariss. et hinc in *Schm.* quoque omissam, ex vulgata lectione retineremus. Lehm.

Ead. l. 10. *Σώσουσι δηλονότι*] Haec verba putavit *Schmiederus* abesse recte posse et redolere glossema: interpellari enim Doridis verba *οἱ δὲ ἀνασπάσαντες* responso Thetidis. Verum etsi tales interpellationes incepti sermonis *Nostro* admodum frequentes esse scio, et his multum venustatis dialogo conciliari sentio, siquidem suis locis adhibeantur: hoc loco tamen non probo hujusmodi rationem, quoniam verba illa, de quibus agitur, salva orationis perspicuitate commode non possunt abesse. Accedit, quod nusquam interpolationis vestigium aliquod deprehenditur. Lehm.

Pag. 128. l. 16. *Προαρπάσαι τὸν ἔρωτα*) Sic leg. cum editiones ostentent, *διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε προσαρπάσαι. Quid enim? num te propterea praeripere meum amorem,* sive puellam, quam amabam, *decebat?* Graev. Sensus sponte deduxit interpretes ad *προαρπάσαι*, quod suo in codice *Graevius* repererit, an ingenio fuerit adsecutus, non satis liquido declarat: ego manifesta ratione nixum reponere non dubitavi. Vide J. *Gronov.* ad Deor. Diall. VII, 3. Ceterum ista, *sive puellam, quam amabam,* mallem omisisset praestantissimus *Graevius;* nihil enim huc conferunt. Apud *Homerum* Tyro Od. *Λ*. 235. ubi Ulyxi casus suos exponit, haud sane multum conqueritur de injuria sibi a Neptuno facta, videturque pudibunda virgo non nimis indigne tulisse personae mutatae fraudem: *Noster* Enipeo rationem eripere noluit, cur justius doleret, et cum Neptuno expostularet. Vid. *Apollod.* I.

p. 43. ubi, quemadmodum supra *φοιτώσης ὁσημέραι παρά σε*, similiter, *καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα, τούτοις ἀπωδύρετο·* quod ultimum, etsi sagaciter cogitaverit *Tan. Faber*, cum eo non tentandum: sic et p. 27. de Iphimedia Neptuni ipsius amore capta, *καὶ συνεχῶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν*. Poëta dixerat, *Καί ῥ' ἐπ' Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα·* vim verbi Homerici explanatius dilatavit *Lucianus*, *παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη ἐνίοτε·* nam vocula postrema, quam prava cunctarum edd. distinctione decepti interpretes ad *εὔχετο* retulerunt, cum verbo *λουομένη* sine controversia connecti debet: voluit *Lucianus*, Tyro ad ripas exsternata mente oberrasse, imo praeterea fluvium ingressam fuisse; quin etiam aliquando, positis vestibus, se lavisse. Torpentem profecto, et lentum amatorem Enipeum, qui occasionem tantam, tamque optatam amiserit! non ita Neptunus, acrior in bellas, nec, qui Scamandrum simulabat, Cimon apud *Aeschinem* Ep. X. Vid. *Aristid.* Isthm. p. 47. Hemst. Modo *ηὔχετο* scripsi contra omnium librorum auctoritatem. An putes eundem scriptorem hic edidisse *εὔχετο*, alibi *ηὔχετο*; Atqui invenias *ηὔχου* et *ηὐχόμην* Catapl. c. 10. et *ηὐχόμεθα* Ver. Hist. II, 41. secundum constantem librorum scripturam. Praeterea consentiunt libri et scripti et impressi in *ηὐδοκίμει* Vit. Auct. cap. 12. et *ηὐκαίρουν* Amor. c. 33. ubi unus codex P. *εὐκαίρουν*. Quid igitur facias formis vulgatis illis *εὐδοκίμουν* pro Imagg. c. 19. Alex. c. 22. *εὐδοκιμηκέναι* de Paras. c. 32.? Retinendas censuit *Reitzius*, corrigendas *Solanus*. Facio cum *Solano*, et corrigo mox *ηὔφραινον*, etsi in omnibus exemplaribus meis in *εὔφραινον* incidi. Scilicet ut concedam scriptorem nostrum in Grammaticis non fuisse austera vel diligentia, vel constantia, praesertim ubi elegantior sensus et altior spiritus cum severa lege Grammatica pugnare viderentur: hanc tamen ejus licentiam, quam etiam in prosaico scriptore non absurde nec frustra cum poëtica illa comparaveris, nolim haberi infinitam eoque usque extendi, ut a regula et usu recepto etiam tum dicatur *Lucianus* recessisse, ubi id merae vel temeritati et levitati, vel ignorantiae et stupori tribuendum foret. Apud veteres quidem Atticos, propiores illos poëtico aevo, non firma fuit de augmenti usu lex: sed ea aetate, qua *Lucianus* scripsit, quam jure grammaticam, vel technicam dicas, arctioribus certioribusque finibus restrictum fuisse constat Atticismum, ut non temere nec impune leges ejus migrare liceret, ne ei quidem, cui alias ob ingenii praestantiam aetatis suae labem dissimulare licebat. Plura

ad Soloecistam. Nunc de caussa praesenti consulere juvabit *Matthiae* Gr. Gr. p. 197. sq. quosque ibi laudatos inveneris Grammaticos. Lehm.

Pag. 129. l. 6. *Οὔμενουν; ἔφης γὰρ ἀπιών*) Delenda interrogatio, et interpretandum: *Nequaquam. dixisti enim abiens.* Vertunt inscite: *Nihilne? dixisti enim abiens.* Mox *ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ εὐφραίνου τότε* est, *quod tu meam vicem*, seu, *meo loco tum voluptatem cepisti:* sexcenties *τὰ ἐμὰ* sic accipitur apud *Lucianum.* Graev.

Ead. l. 8. *Περιστήσας πορφύρεόν τι κῦμα*) *Homeri* paene verba ipsa servavit Od. *Λ.* 242.

Πορφύρεον δ᾽ ἄρα κῦμα περιστάθη, οὔρεϊ ἶσον,
Κυρτωθέν· κρύψεν τε θεὸν, θνητήν τε γυναῖκα.

ubi veteres Grammatici simpliciter, ut aliis in locis, *πορφύρεον* exponunt *μέλαν*, *nigrum ex altitudine*, quemadmodum *Servius* ait ad *Virgil.* Georg. IV, 373. paullo aliter accepit *Philostratus*, et ad lecti genialis ornamentum pertinere credidit fluctus colore purpureo tincti florem. vide Icon. II. c. 8. I. c. 8. p. 775. et *Olearium*, cui, ut est acumine plane singulari, adludere visus fuit ad *Luciani* locum *Philostratus*: sed ne graviora quidem, quae ibi commisit, tangere nunc est animus. *Ἅμα* in cunctis edd. adnexum *τῷ συνῆσθα*, quod isto adjumento minime indigebat, reduxi ad *συνέκρυπτε.* Hemst.

Ibid. *Πορφύρεον*) *Caeruleum:* nam purpureus color saepe cum hyacinthino miscetur; cujus rei plura, eaque certissima argumenta protulit *Sam. Bochart.* Hieroz. P. II. lib. V. c. 10. Cler.

Pag. 130. l. 5. *Νηρηΐδες*) *Thomas Mag.* utramque scribendi formam *Νηρηΐς* et *Νηρεΐς* usu comprobari monens, pro illa citat *Aristidem ἐν τῷ εἰς (πρὸς) Ἀχιλλέα πρεσβευτικῷ*, quem locum invenies p. 32. pro altera *Lucianum* dat auctorem: *τὸ κῦτος ὑμῶν, ὦ Νηρεΐδες. Κῦτος*, ut facile patet, vitiosum est pro *κῆτος*, quae voces crebro sibi mutuis insidiis invicem nocent. In *Νηρηΐδες* nihil offerunt variationis seu scripti libri, sive editi: tamen Pro Imagin. c. 7. *καίτοι Νηρεΐσιν ἐκείνη* (Cassiopeia) *ἀντεξετάζετο.* Ex commentario *Bacchylidis* Lyrici discrimen adfert *Eustath.* ad *Ω.* p. 1954. *Νηρεΐδων* et *Νηρέως θυγατέρων·* has, quae Doride prognatae; illas adpellari, quae ex aliis etiam mulieribus sint susceptae: quibus observatis, *καὶ ὅρα*, inquit, *ἐν τούτοις τὸ Νηρεΐδας κοινὸν ὂν ἢ καὶ Ἀττικόν· τὸ γὰρ Νηρηΐδας Ἰωνικώτερον ἐκ τῆς Νηρῆος Ἰώνων γενικῆς.* Corripiunt ergo syllabam istam interdum optimo jure Latini poëtae: *Nereidesque Deae, Nereidumque pater;* — *et viridis Nereidum comas.* Hemst. *Iphianassa* haud

obscure a *Nostro* Nereidibus adnumeratur, quia Triton, adlocutus primum cunctas Nereides, postea, ubi una illarum respondit, hanc ipsam nomine Iphianassae vocat. Unde non potest probabilis videri, quae *Schmiedero* ex uno cod. Paris. placuit, dialogi inscriptio. At non reperitur hoc nomen in catalogo quinquaginta Nereidum, neque in *Homerico* Iliad. XVIII, 39. sq. neque in pleniori illo *Hesiodeo* Theog. 243. sq. neque in *Apollodori* Bibl. I, 2. neque denique in *Hygin.* Praef. Verum quum ne indices quidem illi ipsi, qui quidem poëtarum mos est, satis certi et inter se consentientes reperiantur, quia e. g. in *Homero* aliquot nomina legas, quae frustra in *Hesiodo* quaesiveris: credo equidem, *Lucianum* aut, ut saepe alias, memoria falsum aliud nomen, quam in fonte ipsius legeretur, forte nominis *Homerici* Ἰάνασσα loco, adripuisse, quippe minus solicitum de re tantae tenuitatis; aut, quod tamen minus probabile est, alium, nescio quem, fontem in hac quidem re secutum fuisse. Quidquid sit, nomen ipsum a *Luciano* haud infelicissime electum, neque inauditum in fabulis antiquis, ut etiam *Homerus* et *Hesiodus* eo facile uti potuissent. Lehm.

Pag. 131. l. 5. Ἄθλόν τινα τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν) Rex ille est Polydectes, rex Seriphi, de quo *Ovid.* et *Apollodorus* lib. II. Statim plenius vetus liber: ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην, ἔνθα ἦσαν, *postquam profectus est in Libyam, ubi erant.* Dein idem liber addit τινάς· πῶς, ὦ Τρίτων, μόνος, ἢ καί τινας ἄλλους συμμάχους ἦγεν. Graev.

Ead. l. 6. Ἐς τὴν Λιβύην ἔνθα ἦσαν) In P. etiam repeririuntur haec verba post Λιβύην. Solan.

Ibid. Ἔνθα ἦσαν) Facilius omitti potuit a *Luciano* expressum, quam liberalitate descriptorum addi. Interrumpit Iphianassa Tritonem plura dicturum, qui mox usus formula solenni narrationem institutam redorditur, ἐπεὶ δ' οὖν ἧκεν, ὅπου διῃτῶντο· quod ipsum videtur postulare ἔνθα ἦσαν· nam cum laxius aliquantum incepisset, ἀφίκετο εἰς τὴν Λιβύην, ἔνθα ἦσαν, nunc ipsas earum, ubi morabantur, sedes designat, ὅπου διῃτῶντο.

Gorgoneas tetigisse domos —

Ovid. Met. IV, 778. Iphianassa vero non inepte sciscitatur, solusne venerit Perseus, an alios etiam laboris socios secum traxerit; quod quidem ab obscuris historicae veritatis vestigiis minus distat: etenim, remoto fabulae velo, memorabilis haec fuit adversus Gorgonas, femineam gentem et cum vetustissimis Amazonibus comparandam, expeditio, magnisque copiis ductu et auspiciis Persei suscepta: vide *Diodor. Sic.*

III. p. 131. C. D. Hemst. De verbis ἔνθα ἦσαν secus videtur. Quomodo verba ὅπου διῃτῶντο postulent, ut antecedant illa ἔνθα ἦσαν, non capio. Melius longe Triton omittit verba, quibus non opus erat, quoniam Iphianassae jam notas fuisse Gorgonas, luculenter patet e verbis: *Πῶς ἰδών; ἀθέατοι γάρ εἰσιν* etc. Postea Triton repetens narrationem interruptam pro Libyae nomine utitur verbis ὅπου διῃτῶντο, unde haud dubie ortum glossema ἔνθα ἦσαν, quod etiam in cod. 2956. deest. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἄλλους*) P. etiam agnoscit illud τινάς. Solan.

Ead. l. 13. *Ἀθέατοι*) Sic ἀθέατος pro eo, quod videre nefas, *Plutarch.* 642. f. *Livius* XXIX, 19, 1. *intactos thesauros* dicit, *violatos quidem, sed non impune.* Sic *Noster* supra, et iterum Alex. et Navig. c. 44. V. *Apollod.* II. p. 38. B. Solan.

Ibid. *Ἢ ὃς ἂν ἴδῃ, οὐκ ἔτ' ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι;*) Interrogationis nota tollenda, et substituendum punctum. Graev. Longe elegantior et ad linguae leges adcommodatior est ea lectio, quam *Schmiederus* et *Matthiae* e cod. 2956. receperunt, ἢ ὃς ἂν ἴδῃ, οὐκ ἄν τι ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι, scilicet λίθος γενόμενος, quae verba in alio cod. Par. pessime cum aliis corruptis in textum venerunt. Lehm.

Pag. 132. l. 1. *Ἡ Ἀθηνᾶ δὴ* etc.) Inservit haec particula repetendae, quae fuerat abrupta, orationi; ut in *Isocr.* Panath. p. 255. C. τοὺς δὴ τοιούτους, scilicet τοὺς δὲ φαυλοτέρους, quos aliquot ante versibus nominaverat: eundem usum habet οὖν, γοῦν. Dial. Mort. XXVI. *ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεί. . . . . . ἐνεπλήσθην γοῦν αὐτῶν.* Saepius autem tali modo dicendorum intercisa series ἀνακολουθίαν orationis efficit, sed decoram, et qualem a suis scriptis castigatissimi auctores abesse nolint: peperit hujus rei ignorantia non raro pravas correctiones. Sequitur ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑποστιλβούσης· quod verbum ut nonnusquam reperiatur, significare tamen non potest, nisi vel, paullulum modo splendere, vel, inter obstantia plura radiis emicare: neutrum huic loco congruit: litera minus est, ne integrum videatur; legendum enim ἀποστιλβούσης, *Nostro* satis frequens: in Char. c. 11. *ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς, τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀποστίλβει.* Zeux. c. 10. τοὺς ὀδόντας ἀποστίλβοντας ἐπισημότερον. Nec mirum, imaginem Medusae reddidisse splendore fulgentem clypeum, qui fuerit ἀσπὶς χαλκῆ, ut testantur *Apollodor.* II. p. 93. quique eum descripsit *Zenob.* C. I, 41. *Ovid.* Metam. IV, 781.

Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat,
Aere repercusso formam adspexisse Medusae.

Speculum quoniam eundem usum praestabat, multi nihil alienum se facturos existimarunt, si clypeo substituerent: ita *Pherecydes,* auctor in hac fabulari materia in primis magni momenti, apud *Schol. Apollon. Rhod.* ad IV, 1515. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 838. et alii: prudenter *Lucianus* addidit, ὥςπερ ἐπὶ κατόπτρου. Hemst.

Ead. l. 4. Ἰδεῖν) Ed. *J.* pro ἰδεῖν habet εἰς. Unde puto legendum ἰδεῖν εἰς τ. ἐ. et omnino in P. *l.* ἐς. Solan. Sic et duo Pariss. et hinc *Schm.* Lehm.

Ead. l. 7. Πετόμενος etc.] Vid. *Graev.* ad *Soloec.* p. 751. In prima Tritonis narratione Ἡ Ἀθηνᾶ μὲν τὴν ἀσπίδα προφαίνουσα etc. ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑποστιλβούσης· non bene digestus orationis nexus deprehenditur, quae Graecis ἀνακολουθία· dixi supra. Hemst. I.

Ead. l. 13. Τὸ κῆτος ἐπῄει) Dignus est *Noster,* qui secum conferatur de Dom. c. 22. Hemst.

Pag. 133. l. 1. Τὴν ἅρπην) Explicat in Pseudom. c. 11. *Hesych.* Ἅρπη, εἶδος ὀρνέου, καὶ δρέπανον, καὶ ἄνεμον· lego, εἶδος ὀρνέου, καὶ δρεπάνου, καὶ ὀργάνου. De harpe organo *Casaubon.* ad *Pers.* Bourd.

Ead. l. 2. Καθικνεῖται) Προκαταλαμβάνει, καθάπτεται, καταβαίνει. Bourd.

Pag. 123. l. 1. Καὶ πέπηγεν αὐτοῦ, ὅσα] Hunc locum sic vertit *Belinus: et toutes les parties de son corps, qui ont vu la tête de la Gorgone, sont petrifiées;* et subjecit hanc adnotationem, quam ipsius hominis verbis reddam: *Tel est le vrai sens de cette phrase, qui suppose que ce monstre avoit, comme Argus, des yeux sur plusieurs parties de son corps. Les traducteurs précédens ont mieux aimé faire un contre-sens, que de faire dire à Lucien ce qu'il dit réellement.* Parum abest, ut ipsum *Belinum* Argum habeam, qui, quod alii haud hebetissimi homines non viderunt, sua acie cernere valuerit. Nuspiam monstrum illud Argi natura praeditum dicitur: neque a *Nostro* in h. l. Imo simplicissima narratio haec est: *deriguerunt omnes ejus partes, quotquot obnoxiae erant Medusae:* hoc est, nisi fallor, *omnis anterior Ceti pars;* posteriorem facile relinquam *Belino.* Lehm.

Ead. l. 10. Ἐμεγαλαύχει τότε) Videtur pro τότε scribendum πότε. *Qua enim puella injuria nos adfecit, si mater olim fuit superba, et pulchriorem se existimavit?* Graev. Imo ποτέ. Verum nihil mutandum. Τότε significat certum tempus, alteri Nereidum notissimum. Cf. ad Nigr. c. 7. Lehm.

Ead. l. 12. ΔΩΡ.) Nomen Tritonis, quod hic omnes edd. habent, necessario in *Doris* mutavi, cujus haec esse

verba patet ex sequentibus. SOLAN. Recte: sed tum etiam nomen et prius et postea loquentis Nereidis vulgatum mutandum fuit in Iphianassae, quod vere habent *Longol.* Exc. Nam Doris et ipsa erat Nereidum una. LEHM.

Ibid. *Ὅτι οὕτως etc.*) Sententia satis est aperta: Cassiopeia, si devoratam a monstro marino filiam vidisset, tanto dolore, quippe mater, tabefacta graves poenas superbae temeritatis luisset. Moleste Doris nondum placata fert spretae formae contumeliam, et Perseo paene succenset, qui Andromedam vindictae subduxerit. Itaque non est illa quidem adcurata responsio, quae praecedentibus exacte conveniat, sed cogitationi supplendum aliquid relinquit. Nimis scholastice *Cognatus.* HEMST.

Ibid. *Μήτηρ γε οὖσα*) Cassiopeia Cephei regis Aethiopum uxor et Andromedes mater. Hic *ἡ πρότασις* dissimulatur: integrum esset, *εἰ ἑώρα προςπεπατταλευμένην, ἤλγησεν ἄν·* *si vidisset adfixam, doluisset.* Sed continetur prior pars in dictione *οὕτως·* et altera accedit *πρότασις* participio enuntiata, *εἴ γε μήτηρ ὡς ἀληθῶς ἦν, ἤλγησεν ἄν.* COGN.

Pag. 134. l. 19. *Οἱ πέμποντες*) *Πέμπειν*, vel potius, *πέμπειν πομπὴν* idem est, quod *πομπεύειν*, ut docuit *C. A. Dukerus* ad *Thucydid.* VI, 56. plura dicemus ad Jov. Tragoed. c. 22. Mox *εἰργαζόμην* repudiare quidem non ausim; neque tamen omnis mihi vitii suspicio est exemta. Tum porro malim, *ἐπέπνευσα δέ τοι καὶ μέρος τῆς Ἰνδικῆς·* alioqui scribendum foret, ut sane legitur, et nihilo deterius, in P. *ἐπ. δὲ καὶ μέρος τι τῆς Ἰνδ.* HEMST. *Ἐργάζεσθαι* non male *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 763. explicat *suum opus facere*, h. e. *negotio operam dare, quod muneris tui sit, cum aliqua virium contentione.* Gratissima est h. l. ministri operantis et spectatoris otiosi oppositio. De *τι* intercedo: est absolute positum, *quodammodo, paullisper.* Alium ejusdem generis errorem *Hemsterhusii* castigavimus ad Somn. c. 16. LEHM.

Pag. 135. l. 2. *Καὶ μέρος τι*) Ita P. In aliis alibi positum erat *τι*, nempe *τι καὶ μέρος τῆς Ἰ.* SOLAN. Mare *Erythraeum* *Belinus* h. l. gravi errore cum *Indico* commutavit, nescio an poëticis quibusdam adpellationibus deceptus: nam *Luciani* certe verba, ubi *ἡ Ἐρυθρὰ* et *ἡ Ἰνδικὴ* adcurate distinguantur, non facile seducere quemquam possunt. De mari Erythraeo s. rubro vid. *Plin.* H. N. VI, 23. extr. *Pomp. Mel.* III, 8. in. *Curt.* VIII, 9, 14. sq. ibique interprr. et *Hutchins.* ad *Xenoph.* Cyrop. p. 660. LEHM.

Ead. l. 4. *Εἶδες*) Hic ad oram Florentini exemplaris, quo usus sum, notavit vir quidam eruditus *οἶδας* pro *εἶδες.* Ja-

cet lector, utrum sit concinnius; mihi non displicet reposita illa lectio. Idem vir eruditus in eodem hoc dialogo, ubi legitur, ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ἐπιβεβηκὼς ἅρματος, παροχούμενός τε καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθώς, pro παροχούμενός τε adscripsit παροχουμένην, ut ad Amphitriten referatur. Jens. Praeter codicem Parisiensem, quem narrat *Belinus*, habent οἶδας etiam A. 2. Arg. Lips. Atque adeo ab hac quoque parte praeferendum alteri εἶδες, minus etiam per se convenienti. Lehm.

Ead. l. 5. Τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα) Europa Agenoris regis Phoenicum filia a Jove sub tauri specie rapta, et in Cretam avecta dicitur: atque ex ea postea Jovi nati feruntur Minos, Rhadamanthus et Sarpedon. *Ovid.* in fine II. libri Metam. eandem fabulam exponit, et *Herodotus* libro primo statim ab initio. Ab ea tertiam mundi partem denominatam ferunt. *Theocritus* in Europa sive Eid. XX. suo more hanc fabulam depingit: a quo *Ovidius* quaedam sumsisse videtur. *Herodot.* lib. IV. ait nesciri, nec proditum esse a quoquam, unde dicta sit Europa, nisi quod ab Europa Tyria dictam referant. Cogn.

Ead. l. 11. Ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν) Si dixerimus fabulam hanc esse Phoeniciam, nihil mirum erit, cum Europa filia fuerit Agenoris Sidoniorum regis. Sed mirum erit, quod subjiciemus; nempe totam fabellae τερατολογίαν ex ambiguitate narrationis Phoeniciae esse natam. Narratio concepta fuit hisce aut similibus verbis, הזני השור גזל את חוראפה, quae possunt verti Graece, ὁ Ζὴν ὁ Ταῦρος ἥρπασεν Εὐρώπην, *Jupiter Taurus rapuit Europam.* Nimirum Agenoris filia fuit, cui nomen erat חוראפה, *alba facie*, quam stuprator pudori ejus insidiatus rapuit, atque in insulam Cretam avexit. Ceterae fabulae circumstantiae sunt tantum mendacii, aut malae interpretationis antiquissimae historiae inania ornamenta. הזני pro nomine proprio sumtum est: השור vero pro tauro, cum praeterea *insidiatorem* sonaret. Ceterum hunc dialogum expressit *Lucianus* ex *Moschi* Eid. II. quod Europa inscribitur, ideoque ferme poëtice in hac descriptione luxuriat. Cler. Plerique non dissentiunt, et sumta tauri figura latuisse Jovem fatentur:

Κρύψε θεὸν, καὶ τρέψε δέμας, καὶ γίγνετο ταῦρος,

argutia fere sophistica *Moschus* Eid. II, 79. Alios auctores secutus est *Nigidius*, teste *Germanici Scholiasta*, eumque taurum tradidit *Jovem a Neptuno fratre per gratiam abduxisse, qui in figura tauri sensum humanum haberet; quem Jovis Sidonem misit, ut Europam Agenoris filiam ad se portaret:* fontem vi-

des, unde sua derivavit *Ampelius* c. 2. *Luciano* color albus in hoc tauro placuit, *Ovidio* probante: apud *Moschum* illius est δέμας ξανθόχροον.

Κύκλος δ' ἀργύφεος μέσσῳ μάρμαιρε μετώπῳ·

neque intercedo, quin quem quisque poëta in vero maxime miratur, eundem huic tauro colorem tribuat. In ceteris, ipsaque geniali pompa, si contuleris cum scriptore nostro *Moschum*, concordiam utriusque non sine voluptate deprehendes. Illud autem τὰ κέρατα εὐκαμπῆς tuetur *Heinsianam* emendationem in *Ovidio* Metam. II, 855.

Cornua vara quidem; sed quae contendere possis
Facta manu:

quam iisdem illis particulis, quas excludere *cornua vara* censuit *Burmannus*, certissime confirmari arbitror. Ad Fast. V, 607. *Neapolis* ad *Nasonis* locum *Luciani* verba comparavit; quae vestigia premere nobis non lubet. Hemst. Cum *Clerici* satis ingeniosa et docta fabulae istius explicatione conferant, quos tales ingenii exercitationes vel lusus delectant, *Fulgent.* Myth. c. 1. *Palaeph.* c. 16. inprimis *Natal. Com.* L. VIII. c. 23. p. 927. sq. Lehm.

Pag. 136 l. 2. Ἀπολισθάνοι) Quanquam omnes editiones servent, neque huic verbo lex formandi adversetur, usus tamen poscit ἀπολισθαίνοι. Hemst. At occurrit eadem forma *Thucyd.* VII, 65. Vid. *Porson.* ad *Eurip.* Phoeniss. v. 1398. *Schmiederus* e cod. 3011. dedit ἀπολισθείη. Lehm.

Ead. l. 10. Ἔρωτες δὲ παραπετώμενοι) Haec talem in modum tamque graphice describuntur a *Luciano*, ut, quin artificem pictoris alicujus, qui fabulam Europae coloribus expresserat, manum animo fuerit secutus, vix dubitari possit. Magno autem consensu edd. παραπετώμενοι· quae quidem scribendi ratio apud alios etiam rarius invenitur, sed nunquam fere, quin vel exarati manu libri, vel vulgati discrepent; nam longe est usitatius πετόμενος quam πετώμενος, πέτεσθαι quam πετᾶσθαι. Hemst. Nec alibi in *Luciano* deprehendas formae πετᾶσθαι vestigium: usitatissima contra, quae Grammaticis probatur, πέτεσθαι, ut dial. anteced. πρόσγειος πετόμενος. Halc. c. 1. περιπέτεσθαι. Charon. c. 15. περιπετόμενος, et saepius. Cf. *Graev.* ad Soloec. p. 105 sq. Omnino adeundi *Matthiae* Gr. Gr. p. 342. et *Lobeck.* ad *Phrynich.* pag. 581. sq. *Struvii* Lectionum Lucianearum, in quibus p. 52. de forma πετᾶσθαι agi *Lobeckius* tradit l. l., nondum, etsi operam danti, facultas mihi data erat. Lehm.

Ead. l. 12. *Αἱ Νηρ. — ἐπὶ τῶν δελφ.*) Vid. *Spanh.* 229. Solan.

Ead. l. 14. *Τῶν Τριτώνων γένος*) Describit *Pausanias* in Boeot. SOLAN.

Pag. 137. l. 1. *Παροχουμένην*) P. et L. In aliis *παροχούμενος*. Sed melius ad Amphitriten refertur. SOLAN. Imo unice vere: nam *παροχούμενος* pugnat cum seqq. manifesto. Modo *προῆγε* noluerim cum *Wakefield.* ad *Mosch.* II. 115. mutari in *προῆκε*. *Προάγειν* scilicet (int. *ἑαυτὸν*) est *praeire*, ut *ἀπάγειν*, *abire*, et similia, quae nota sunt, et de quibus jam *L. Bos* exposuit in libro de Ellipss. *Προῄει*, quod habet cod. Par., glossema est. Sic caveri patet tautologiae cum sequenti *προοδοιπορῶν*. Mirabar doctissimum censorem Jenensem editionis Schmiederianae *Wakefieldii* sententiam amplecti potuisse. LEHM.

Ead. l. 6. *Ὁ μὲν ταῦρος οὐκ ἔτι ἐφαίνετο*) *R. Bentlejus* ad *Horat.* III. Od. XXVII, 48. Bellum autem amatorem Jovem, qui ominis, ut videtur, caussa Europae vitium adtulerit eodem in antro Dictaeo, ubi fuerat natus: quin et platanum ostentabant *ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ· μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ἐπὶ* (mutandum in *ὑπὸ*) *ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς*. *Theophr.* H. P. I. c. 15. Fabulae condonamus, quando regionum terminos liberius nonnunquam refigit: in Gortynia certe sita non erat Dicte, neque adeo Dictaeum antrum: et tamen Europae cultu Gortynii praecipue gloriabantur; sic ut ipsa urbs primum *Ἑλλωτὶς* fuerit adpellata eo nomine, quo Cretes Europam vocabant: *Stephan.* in *Γόρτυν*, ubi vide *Berkelium.* Si quis cupiat, multo plura suppeditabit *Joh. Meursius* in Creta. Vix est, ut operae pretium ferat, qui *Nonni* Dionys. librum primum ejusdem fabulae gratia legerit. *Ἐφ' ὅ, τι* et *ἐφ' ὅτῳ* ex iis sunt, quorum utrum scripserit *Lucianus*, adseverari liquido nequit. HEMST. Quodsi Diall. Deor. I, 2. lectio *Ἢν εἴπω, ἐφ' ὅ,τι βαδίζεις* etc. non dubia est, nec h. l. esse potest. LEHM.

Ead. l. 11. *Γρύπας*) Ludit, ut puto, *Lucianus*, quia, ut verosimile est, in tabulis geographicis monstra haec pingi cum reliquis solebant. Vide *Plut.* B. p. 1. Alibi certe a nullo visos pronuntiat. Navig. c. 44. Vide tamen *Camertem* ad *Solinum* 143. l. 50. et *Spanh.* 270. et sqq. *Johnstonus* p. 151. reperiri testatur, et imaginem exhibet. *Ctesias* agnoscit in Ind. cap. 12. Quosdam etiam nasci in Hyperboreis montibus, tradit *Servius* ad *Virg.* Ecl. VIII. v. 27. De quibus *Herod.* III. c. 116. IV. c. 143. et *Pausan.* I, 43. intelligendos censet *Spanh.* Consule *Plin.* VIII, 21. et X, 49. XI, 31. et *Aelian.* de Anim. II, 4. IV, 27. *Orig.* c. Cels. 116. A. *Hesych.* *καναθρά*. *Plaut.* Aul. IV, 8. v. 1. V, 448. C. *Philostr.* p. 229.

ubi laudantur *Nearchus* et *Megasthenes* apud *Strabonem* XV. p. 706. et *Arrian.* Indic. p. 537. *Mela* III. c. 7. *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 207. SOLAN.

IN DIALOGOS MORTUORUM.

Pag. 138. l. 1. *Νεκρικοὶ Διάλογοι*) Mortuorum hi Dialogi praeter novitatem venustatemque, quae eis cum praecedentibus communis, hoc sibi habent proprium, quod ad mores magis spectant. Quocirca insigniores ut plurimum in historia aut fabulis viros in iis loquentes facit: aliquando tamen fictitios prorsus et larvatos homines, praesertim cum Romanorum artes carpit, quibus

Crustis et pomis viduos venentur avaros,
Excipiantque senes, quos in vivaria mittant.

Mortuorum Dialogos, nostra aetate, vir clarissimus *Fontanellus, Lucianum* imitatus, Gallice edidit elegantissimos, qui omnium manibus merito teruntur. SOLAN. Facetum prorsus et elegans scribendi genus, per ministerium et ridicula mortuorum colloquia seculi sui mores et vitia notare, quod in his fecit dialogis argute et salse noster *Lucianus*: praecipue tamen, ut philosophis erat infensissimus, eorum intemperies atque insatiabilem rixandi libidinem Attico aceto perfudit: in colloquiis autem Deorum, Gentilium in primis insanam de multitudine Deorum opinionem, et nugaces derisit poëtarum fabulas: hanc vero ridendi formam primus, ut quidem videtur, *Lucianus* novavit: ad nostram certe aetatem nullum ingeniosi hominis monumentum, quod cum *Luciani* possit Dialogis comparari, pervenit: memoratur quidem *Orpheus* edidisse τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν, de qua legi potest *Eschenbachius* in *Epigene*, *Democritus* τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου ab *Athenaeo*, *Diogene Laërtio*, aliisque quos ad hunc *Menagius* collegit, *Heraclides Ponticus* ab eodem *Diogene* et *Plutarcho*, *Cebes* τῶν ἐν ᾅδου διήγησιν, siquidem pro certo habeam *Suidam* in *Cebes* sic intelligi debere, et scribi: ἔστι δὲ καὶ τὸν ἐν ᾅδου διήγησις, καὶ ἄλλα τινά. Sed haec scripta aliud omnino argumentum habuerunt: si quid tamen apud veteres his *Luciani* Colloquiis exstiterit, illa est, me judice, *Menippi* ve-

κυΐα, istius ejusdem Cynici, qui primam agit apud *Lucianum* personam: hoc enim inter alia illius hominis opuscula recenset *Diogenes Laërtius*: sane *Νεκυίαν* etiam Grammatici veteres vocabant illam *Odysseae Homericae* partem, quae Ulyssis ad inferos descensum, quaeque ibi vidit et audivit, continebat, ut docuerunt eruditissimi Viri ad *Aelian.* V. H. lib. XIII. c. 14. et *Longinum* c. 9. A *Suida* tamen *νεκυίαν* quoque exponi *τὴν τῶν νεκρῶν ἑορτὴν*, me quidem non latet: sed existimo, utramvis significationem eligas, rem de forma scripti Menippei eodem esse redituram: plura dabit de vocis *νεκυία* notione *Gataker.* ad *M. Antonin.* lib. IX. §. 24. Confirmat, ut equidem opinor, conjecturam nostram ipse *Lucianus*, qui qualem habuerit aliam rationem, ut saepissime personam adhiberet *Menippi*, multo rarius autem *Diogenis* aut alterius alicujus Cynici derisoris, quam quod hic *Menippus* in eodem ante se fuerat argumento versatus: utcumque se res illa habet, id certe indubitabile est, istius Cynici opuscula fuisse stylo mordaci conscripta, et magis ad risum, quam res serias composito: fidem facit *Diogenes*: *φέρει μὲν οὖν σπουδαῖον οὐδέν· τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει, καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένου. Varro* tanti fecit hunc canem, ut in Satyris scribendis, quas ejus etiam nomine *Menippeas* adpellavit, illum fuerit aemulatus, teste *Gellio* N. A. lib. II. c. 18. unde *Menippei* cognomen homini doctissimo adhaesit, quod erudite docet *Jos. Mercerus* ad *Nonium* p. 207. *Marcus Antoninus* de Rebus Suis lib. VI. §. 47. inter generosos humanae vitae contemtores et magna philosophiae liberioris lumina *Menippum* reponit: par enim esse monet, ut mortem aequo feramus animo, cum tot ante nos obierint illustres viri, reges, duces, philosophi, *καὶ ἄλλαι φύσεις ὀξεῖαι, μεγαλόφρονες, φιλόπονοι, πανοῦργοι, αὐθάδεις, αὐτῆς τῆς ἐπικήρου καὶ ἐφημέρου τῶν ἀνθρώπων ζωῆς χλευασταὶ, οἷον Μένιππος καὶ ὅσοι τοιοῦτοι.* Alias ignobilis fuit hic *Menippus*, et scriptorum ejus pauci sunt, qui fecerint mentionem: solus forte praeter *Diogenem Athenaeus Arcesilaum* ejus et *Symposium* nominat: sed *Samosatensis* noster, non secus ac *Varro* nonnullo eum in pretio habuit, et tantopere Cynica *Menippi* libertate fuit delectatus, ut primum ipsi concesserit in Dialogis locum. Similis argumenti in *Anthologia* reperitur Diogenis apud inferos cum Croeso colloquium, quod Latinis his versibus expressit *Ausonius* Epigr. LIII.

Effigiem, rex Croese, tuam, ditissime Regum,
Vidit apud manes Diogenes Cynicus:

Constitit utque procul, solito majore cachinno
Concussus dixit: quid tibi divitiae
Nunc prosunt, Regum o ditissime, quum sis
Sicut ego solus, me quoque pauperior:
Nam quaecunque habui mecum fero, quum nihil ipse
Ex tantis tecum, Croese, feras opibus.

Integrum repraesentavi carmen *Ausonii*, quod multa sint simili sensu *Luciani* Colloquiis inspersa: praeter hoc autem pauca reperiuntur alia in *Florilegio Graeco* comparia. Porro recentiorum non paucos lepidum *Luciani* institutum cepit, et ad similia tentanda compulit. *Janus Secundus* nostras ingenio et arte summus, plerosque Auctoris nostri Dialogos Latinis versibus reddere constituerat, cujus curae elegans inter ejus opera specimen superest. Praetereo vividum et mobile Gallorum ingenium, quorum complures artificium *Luciani* hoc in genere sunt aemulati. Hemst. I.

Ead. l. 13. *Ἀναβιῶναι αὔριον*) Pollux Jovis ex Leda filius, et Castoris frater; qui, cum immortalis esset, utpote eodem ovo cum Helena prognatus, a Jove fertur petiisse, ut sibi cum fratre vita functo immortalitatem suam partiri liceret: qua re impetrata, alternis mori traduntur et reviviscere, de quibus *Virgil.* VI. Aen. Cogn.

Ead. l. 14. *Μένιππον*) Clarus ante *Lucianum* jam suis Satyris hic Menippus. V. *A. Gell.* II, 18. *Nobilem Canem* vocat *Ter. Varro.* Cur autem tanti hunc Cynicum fecerit, (videbis enim in his summi herois partes agere) duo fingi possunt: quod popularis *Luciani*, (uterque enim e Syria oriundus, quanquam ille quidem *ἀνέκαθεν ἦν Φοῖνιξ*, i. e. longe tantum petito genere) et quod vix quisquam atrocius in omnes omnium ordinum homines, philosophos potissimum, tum dictis tum scriptis desaeviisset. vide Bis Accus. c. 33. Quod autem Socrati, viro summo, accidit, ut sine scriptis apud posteros summa ingenii laude, per *Xenoph.* et *Plat.* dictis ejus memoriae proditis, floruerit, id propemodum et huic Menippo per *Lucianum* accidit. Is enim, quae ipse scripserat deperditis, in hisce *Luciani* longe, ut videtur, melius et sapit et floret. Menippi fuere duo Cynici: antiquior hic celeberrimus, de quo *Diog. Laërt.* VI. c. 99. junior, de quo *Philostratus* p. 164. *Eunapius* in prooem. p. 11. C. quem perstringi hic et in reliquis hisce dialogis, putat doctissimus *Philostrati* interpres. Sed errat: vide ipsum *Lucianum* Menippum *veterem* diserto a sese adscitum, sub Dialogi persona, adserentem Bis Accus. c. 33. et res ipsa clamat *Diogenis* fuisse discipulum. Solan.

Ibid. Ἐν Κορίνθῳ κατὰ τὸ Κρ. ἢ ἐν Λ.) Quae ipse loca maxime coluerat Diogenes, in iis sectatorem Menippum quaeri jubet: cum Persarum enim rege suam fortunam comparans, haud secus atque ille hiemem Susis, Ecbatanis aestatem ageret, se quoque mutatis ad anni tempestates sedibus nunc Corinthi, Athenis alias degere dictitabat, ut ostendit *Dio Chrysost.* Or. VI. Cranium autem ignotius, ideoque additum ἐν Κορίνθῳ, quod non ita capiendum, quasi urbis ambitu contineretur; nam subjectus erat, ut *Pausanias* docet, moenibus cypressorum lucus; sed ea potestate, qua saepius ἐν propinquitatem situs designat. Recte *Dion* Or. IX. p. 138. D. Corinthii Diogenem πολλάκις ἑώρων ἐν τῇ πόλει καὶ περὶ τὸ Κράνιον· et p. 131. A. Antisthene mortuo μετέβη εἰς Κόρινθον, κἀκεῖ διῆγεν οὔτε οἰκίαν μισθωσάμενος, οὔτε παρὰ ξένῳ τινὶ καταγόμενος, ἀλλ' ἐν τῷ Κρανίῳ θυραυλῶν· alia dicemus ad initium libri de modo conscribendae historiae. Lyceum vero nobilissimum Athenas etiam non nominatas satis indicat: eo in gymnasio non juventus tantum militaribus ac palaestricis laboribus imbuebatur, quod ex Anacharside *Luciani* constat, sed philosophi quoque et sophistae docendi disputandique caussa considebant. *Aeschines Socrat.* apud *Demetr.* de Interpr. §. 111. qui locus nuperos editores effugit: Ἐκαθήμεθα μὲν ἐπὶ τῶν θάκων ἐν Λυκείῳ, οὗ οἱ ἀθλοθέται τὸν ἀγῶνα διατιθέασι. Quanquam eo jam ventitare solitus fuerat Socrates, cujus τὰς ἐν Λυκείῳ διατριβὰς *Plato* commemorat in primo Euthyphrone, Chrysippus tamen πρῶτος ἐθάῤῥησε σχολὴν ἔχειν ὕπαιθρον ἐν Λυκείῳ, teste *Diogene* L. VII, 185. eam ob rem *Isocrati* in Panath. p. 236. D. ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι· et p. 239. D. τοὺς ἐν τῷ Λυκείῳ ῥαψῳδοῦντας etc. ut mirum minime sit, adeundum fuisse Polluci Lyceum, quo Menippum inveniret ridendis philosophorum altercationibus vacantem. Nullum autem, ne quis se frustretur, Corinthi Lyceum; ne apud *Libanium* quidem Or. VII. pro Aristophane Corinthio pag. 219. A. quibus verbis in errorem induci poterat aliquis incautior. Hemst.

Ead. l. 15. Κράνειον) Ubi Diogenes ipse fere versabatur, atque e vivis tandem excessit. *Diog. Laërt.* p. 158. C. ἐτύγχανε μὲν γὰρ διάγων ἐν Κρανείῳ τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ. et vide etiam *Nostrum* de Conscr. hist. c. 3. et *Pausan.* Corinth. κυπαρίσσων ἄλσος. Apud utrumque ita scribitur, non Κράνιον, ut in impr. scribitur de Conscr. hist. c. 3. et 63. Sed et illic W. Κράνειον habet. An Corinthi etiam Lycaeum fuerit, quaerant alii. Mihi satis est, Menippum

Athenis degentem antequam captus venderetur, Lycaeum frequentasse. Vide *Arrian.* in Epict. 337. B. Solan.

Pag. 139. l. 2. *Τίς γὰρ ὅλως οἶδε* etc.) Cynicorum secta, quid homini post mortem futurum esset, non valde curabat. Imo qui a Socrate sunt profecti, ipseque *Plato,* tametsi oratione magnifica statum, qui hanc vitam sit excepturus, amplissime praedicent, eo saepe recidunt, ut totum illud nihil esse praeter conjecturam, et illam suam solennem *μαντείαν* ultro fateantur: veruntamen, iisdem auctoribus, ea venturae conditionis ignoratio et obscuritas prudenti numinis consilio mortalium animis est impressa, ne scilicet, si certam gererent excellentissimae beatitatis persuasionem, morari in hac vita, non exspectata naturae lege, recusarent, et sponte de statione sua iacti decederent; nam, quod *Heraclitum* dixisse ferunt, *τήν γε πεισθεῖσαν ψυχὴν, ὅσα ἀνθρώπους περιμένει τελευτήσαντας, οὐδὲν ἂν κατάσχοι. Ἀδηλότητα καὶ ἀπιστίαν τῶν μετὰ τὴν τελευτὴν* vocat *Themistius* apud *Stob.* p. 606 *Euripidis* in eam sententiam dicta sunt non pauca; quale est illud:

Οὕτως ἔρως βροτοῖσιν ἔγκειται βίου.
Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ
Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου. Hemst.

Ead. l. 9. *Καὶ ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον*) Narrat interpr. *Aristoph.* in Plut. *Κράνειον ἐν τῇ Κορίνθῳ, Λύκειον γυμνάσιον παρ' Ἀθήναις ἐν προαστείῳ.* Bourd.

Ibid. Ἑκάτης δεῖπνον) Mos erat divitibus, ut singulis mensibus Hecatae sacrificando in triviis panes atque alia quaedam ponerent, quae postea a pauperibus auferebantur ac devorabantur: hanc *Hecates coenam* dicebant. *Suidas* et *Athenaeus* lib. VII. Athenienses autem et theatra et conciones et ceteros conventus hominum lustrare solebant, adhibitis parvis et vilibus quibusdam hostiis, ut *Suidas* tradit: eo videtur hic adludere. Hujus rei etiam meminit *Aristoph.* in Plut. et ejus interpres: item *Theocriti* Glossematarius. Cogn. Vid. Catapl. c. 7. et *Plutarch.* 1161, 2. Solan. Declaravit hunc locum *Brodaeus* Misc. I. c. 24. 25. expilatus a *Cognato.* Utrorumque *Ἑκάτης δεῖπνον* et *ᾠῶν ἐκ καθαρσίου* iterum est mentio in Catapl. c. 7. prioris etiam Dial. Mort. XXII. quae viros eruditos non fugerunt *Erasmum* Chil. in *Hecatae coena, Turnebum* Adv. XXVI, 7. *Wouwerium* ad *Petron.* p. 637. *Erhardum* p. 647. *Des. Heraldum* ad *Martial.* VII. Ep. 53. et denique *Ez. Spanhemium* ad *Aristoph.* Plut. v. 596. Omnes, ut fieri vulgo solet, loca quaedam veterum indicasse contenti, propius investigare, quid inde colligi deberet, atque ad

moris antiqui rationem explicandam conferri, neglexerunt: nos omissae curae partem aliquam explere conabimur. Superstitio sacrificulorum fraudibus incitata ut ingentem rerum impurarum numerum excogitavit, quibus pollui homines atque impiari credebantur, sic non minus fuit in lustrationibus inveniendis ingeniosa, quarum ope tanti mali labes depelli posset: lustramina vero sive purgamenta sibi persuadebant haurire penitus et combibere, quicquid erat contagionis, cujus expiandae caussa circumferrentur: quocirca ne contractae labis vitium ad hominem ullum permanaret, sub terra defodi, in mare, montes, loca vasta deportari, saepius in triviis abjici *τὰ καθάρσια* sacrorum legibus fuit constitutum. Pessimas vaferrimae religionis artes sapienter irridet ac refellit *Hippocr.* initio libelli *περὶ* I. N. Hecatae vero quia velut propria cedebant *τὰ καθάρματα*, ideo vel omne purgamentorum genus, vel aliquod saltem certis in lustrationibus usurpatum (neque enim id facile definivero) *Ἑκαταῖα* dicebantur; quae si quis sciens adtrectasset, cibive loco sumsisset, ille foedissimus atque aversabilis piaculum commisisse putabatur nullo piaculo luendum. Locus est *Demosthenis* insignis Orat. adv. Conon. p. 1114. D. sed insigni descriptorum flagitio mutilatus, in quo testiculis avulsis nescio quas aves importune subdiderunt. Aristo (is enim actor Cononem in jus vocaverat) audire se refert Bacchium quendam (Bacchium inquam, auctoritatem optimi Cod. August. secutus; nam *Κάκχιος* nullum in Graecia nomen reperitur) et Aristocratem ipsumque illum Cononem *ἑταίρους εἶναι μειράκια ὄντας, καὶ Τριβάλλους ἐπωνυμίαν ἔχειν, τούτους τά τε Ἑκαταῖα κατεσθίειν, καὶ τὰς ὄρνεις τὰς ἐκ τῶν χορῶν, αἷς καθαίρουσιν, ὅταν εἰσιέναι μέλλωσιν.* *Wolfius*, qui, ut institutam versionem quomodocunque impleret, *aviculas lustrales e coetibus* dedit, ingenue fassus nihil horum sibi placere, veniam meretur: reponendum est sine dubio, *καὶ τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοιρῶν, οἷς καθαίρουσι·* cui quidem emendationi haud vereor, ne quis rerum Atticarum peritus non subscribat: ostendit *Harpocrat.* in *Καθάρσιον*, et *Pollux* VIII, 104. solitos fuisse *Περιστιάρχους*, antequam populi concio haberetur, *καθαίρειν χοιριδίοις μικροῖς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θέατρον.* *Etymologus* quando interpretatur *Ὀξυθύμια τὰ καθάρματα τῶν νεκρῶν*, quae, modo vitio careant, intelligo lustrationes placandorum manium caussa factas, subjicit, *ἃ δὴ καὶ Ἑκαταῖα λέγονται·* nec secus apud *Harpocr.* in eadem v. *Didymus*; qui locus nonnihil intricatus mutato verborum ordine multo fiet planior, *τὰ ἐν ταῖς τριόδοις, φησὶν, ὅπου τὰ καθάρσια ἔφερον, ἅ τινες Ἑκαταῖα,*

ὀξυθύμια καλεῖται· nam *Hesychius* etiam, Ἑκάταια, τὰ πρὸ τῶν θυρῶν Ἑκάτης ἀγάλματα· τινὲς δὲ τὰ ἐν τριόδοις. Ἑκαταῖον autem non solum purgamentum, sed et Ἑκαταῖον Hecates signum aut statua, itidemque Ἑκατήσιον et Ἑκατεῖον, de qua diversa scribendi forma notat *Schol. Aristoph.* ad Vesp. v. 800. Jam porro idemne, quod τὰ Ἑκαταῖα, fuerit Ἑκάτης δεῖπνον, an aliud ac separatum, in controversiam venire potest. Sub initium cujusque mensis Hecatae coenam a ditioribus instructam, propositamque fuisse in triviis, ut ab infimae sortis hominibus diriperetur, dilucide non magis *Schol. Aristoph.* ad Pl. v. 594. quam ipse Comicus eo in loco testatur: hoc tamen non dubito quin factum fuerit lustrata domo; quam religionem singulis fere mensibus, velut intervallo temporis legitimo, qui quidem erant paullo superstitiosiores, obire consueverant: ea re *Theophrastus* quoque in descriptione δεισιδαίμονος adnumerat πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι. Praeterea τριακάδες fuerunt Hecatae, Diis inferis et manibus, qui tum propitiabantur, sacrae: Append. Prov. Vatic. C. IV. n. 16. cujus loci comparatio persuadebit, opinor, feliciter nos exemisse difficile mendum *Harpocrationi* in Τριακὰς, τοῖς τετελευτηκόσι ἤγετο ἡ τριακὰς ἡμέρα, διὰ τὴν Ἑκάτην, pro eo, quod inepte vulgatur διὰ θανάτου. *Athenaeus* autem diserte VII. p. 325. A. καὶ ταῖς τριακάσι δὲ αὐτῇ (Ἑκάτῃ) δεῖπνον φέρουσι. Videntur ergo a lustratione aedium non purgamenta solum in trivia fuisse deportata, sed adjectum insuper aliud aliquid ciborum, quod inopem turbam juvaret. Alioquin ex *Plutarcho* Ἑκάτης δεῖπνον de lustraminibus ipsis foras projectis dici manifestum est T. II. p. 290. D. canis χθονίᾳ δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν· idcirco canes Ἑκάτης ἀγάλματα· τὰς κύνας, inquit *Hesychius*, οὕτω φασὶ διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι Ἑκάτῃ κύνας· similique modo in Ἄγαλμα Ἑκάτης. Quamvis *Eustathius* ad Od. Γ. p. 1467. scribat, Ἑκάτης ἀγάλματα, αἱ κύνες· ταύτῃ γὰρ, φασὶ, θύονται, idque verum sit, adcuratior tamen in *Hesychio* et propria loquendi formula ἐκφέρεσθαι, *peractis lustrandi cerimoniis efferri, inque triviis abjici*: *Plutarch.* Quaest. Rom. p. 280. B. καὶ τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι· ut enim sacra fuerunt οὐκ ἐκφορὰ, quorum nullam partem domo exire fas erat, teste, ne alios hic adpellem, *Aristoph. Schol.* ad Plut. v. 1139. sic contra δεῖπνον illud Ἑκάτης totum foras exportandum, ut nihil inde, qui ferebant, praeter nidorem caperent. *Plutarch.* Symp. VII. c. 6. p. 708. F. ὥστε πάσχειν τοὺς δειπνίζοντας, ἃ πάσχουσιν οἱ τῇ Ἑκάτῃ καὶ τοῖς ἀποτροπαίοις ἐκφέροντες τὰ δεῖπνα, μὴ γευο

μένους αὐτοὺς μηδὲ τοὺς οἴκοι, πλὴν καπνοῦ καὶ θορύβου μετέχοντας. *Aristophanis* est

δεῖπνον κατὰ μῆνα προπέμπειν,

vel, quemadmodum melius habet *Suidas*, *κατὰ μῆν᾽ ἀποπέμπειν.* Huc pertinere mihi visa sunt, quae *Pollux* servavit VI, 83. X, 81. *Sophoclis* verba, sive legas, *Τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρπων*, seu malis, quod nunc alteri praeponendum censeo, *Τῆς Ἑκαταίας μαγίδος δόρπον*, *Hecataeae mensae coena.* Junguntur a *Luciano ὠὰ ἐκ καθαρσίων*, quorum usus scilicet in expiando familiarissimus: neque adeo mirum est, de triviis pro cibo tolli consuevisse, quandoquidem in lustratione confringi non solebant, sed integra *εἰς τὰς τριόδους ἐκφέρεσθαι*, ut clare colligere licet ex *Clem. Alex.* VII. p. 713. B. *ὁρᾷν γοῦν ἔστι τὰ ὠὰ ἀπὸ τῶν περικαθαρθέντων, εἰ θαλφθείη, ζωογονούμενα· οὐκ ἂν δὲ τοῦτο ἐγίνετο, εἰ ἀνελάμβανεν τὰ τοῦ περικαθαρθέντος κακά.* Propter eandem rationem haec fercula non aversabantur nec Cynici, anilium fabellarum irrisores, nec quos paupertas superstitionem dedocuerat. Hemst.

Ead. l. 10. *Ὠὸν ἐκ καθαρσίου*) *Καθάρσιον* Graecis videtur purificatio quaedam dici. Morem quippe Athenis fuisse produnt conciones expurgandi atque theatra, et omnino quemlibet populi conventum. Id vero minutis fiebat porcellis, quos nominabant *καθάρσια.* Ejusmodi obibant munus, qui dicebantur a collustratione Peristiarchi. Ova lustrationibus apta monstrat *Juvenalis* illud VI, 516.

— *nisi se centum lustraverit ovis:*

sed et in Arte II, 329. *Ovidius* ova haec lustralia indicat illis versibus,

Et veniat, quae lustret anus lectumque locumque,
Praeferat et tremula sulphur et ova manu.

Sed nil tam necessarium, quam sulphur. *Homer.* Od. X. 481. *Οἶσε θέειον, γρηῦ, κακῶν ἄκος.* *Plinius* XXXV. c. 15. *Habet et in religionibus locum* sulphur *ad expiandas suffitu domos.* Cogn. De ovis lustratoriis dico alibi: *καθάρσια. ἔθος ἦν Ἀθήνησι καθαίρειν ἐκκλησίαν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ ὅλως τὰς τοῦ δήμου συνόδους μικροῖς πάνυ χοιριδίοις, ἅπερ ὠνόμαζον καθάρσια.* *Suid. Scholiast. Aristoph. Caelius* c. 20. l. 3. *Hesych.* verbo *κάθαρμα. τοῦτο δ᾽ ἐποίουν οἱ λεγόμενοι περιστίαρχοι, ὀνομασθέντες οὕτως ἢ ἀπὸ τοῦ περιστίχειν, ἢ ἀπὸ τῆς ἑστίας.* *Suid. Hesych.* ultimam tangit originationem. Ex his Peristiarchis *καθάρσια* dicta *περίστια.* *Scholiast. Aristoph.* ad Concion. tangit alibi *Lucian.* Bourd.

Ead. l. 13. *Τριβώνιον ἔχων πολύθυρον*) Utitur hoc loco *Oct. Ferrar.* de Re Vest. P. II. lib. IV. c. 14. et *J. Pricaeus* ad

Apul. Metam. I. p. 4. ubi, *scissili palliastro semiamictus.* Tale τριβώνιον erat Carionis in *Aristoph.* Plut. v. 715. qui cum se vidisse narraret, quae ab Aesculapio gererentur, *Atqui, scelus*, inquit hera, *quomodo potuisti, qui te palliolo dixeris involutum?* tum Carion: διὰ τοῦ τριβωνίου. Ὀπὰς γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας, μὰ τὸν Δία. *Schol.* Ὀπὰς δὲ τὰς τρώγλας· commode; nam in Apophthegm. *Macarii* στιχάριον λινοῦν τρωγλωτὸν est *sticharium lineum ac lacerum:* qualia quae Telepho mendicanti dederat *Euripides*, ῥάκη δίοπτα καὶ κάτοπτα πανταχῇ in Acharn. v. 434. id est, ut *Schol.* ait, πολύτρητα. Hemst.

Ead. l. 14. Ἐπιπτυχαῖς τῶν ῥακίων) Dico ad *Heliodor.* lib. VI. Bourd.

Ead. l. 15. Ταπολλὰ) *L. Bos* de Ell. Gr. p. 142. interprete castigato, qui τὰ πολλὰ reddiderit *plerumque*, hanc versionem expressit: *ac philosophos illos adrogantes multa perstringit.* Verum dixisset, si legeretur in *Luciano* πολλὰ ἐπισκώπτει· ut πολλὰ λοιδορεῖσθαι, καταρᾶσθαι· nunc nullam interpres notam commeruit: idem est τὰ πολλὰ, quod ὡς ἐπιπολὺ, ὡς ἐπιτοπολὺ, quibus utitur *Schol. Thucydidis* ad illud explicandum. Saepe *Noster:* περὶ τὸν Ἄρη ἔχει τὰ πολλά· τὰ πολλὰ τερατευόμενος· ληρεῖ τὰ πολλά· γελῶν τὰ πολλά· νῆμα ἐπιπλεγμένον γε τὰ πολλά· non aliter capiendum in Prometh. c. 6. p. 23. Tom. I. vel invito clariss. *L. Bos.* Hemst. Adsentitur *Hemsterhusio*, ut par fuit, *Schaeferus* ad *L. Bos* p. 426. Lehm.

Pag. 140. l. 5. Κέρατα) Per κέρατα captiosos syllogismos ad hunc modum conflatos intelligit Chrysippus: εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτ' ἔχεις· κέρατα δ' οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις. *Quod non perdidisti, habes: Cornua non perdidisti: Cornua ergo habes.* Cogn. Διὰ τὸν κερατίνην λόγον, καὶ τὸν κροκοδειλείτην. De quibus in Vitar. auct. Bourd. *Ceratinae et Crocodilinae quaestiones et ambiguitates: Quinctil.* I. Vorst. Philosophos omnes, praesertim Stoicos, hic carpit, quibus sophisticatio illa in ore frequens: *Quod non amisisti, habes: Cornua non amisisti: ergo Cornua habes.* Vide Hermot. c. 81. Unde primus, ni fallor, conjicio factum, ut postea *cornua maritis fieri* ab adulteris uxoribus diceretur; quod *Artemidori* jam aetate in proverbium abiisse observavit *Ez. Spanhem.* Diss. VII. pag. 402. quem vide. Locus autem *Artemidori*, quem laudat, exstat in Onirocrit. l. II. c. 11. Ὅτι ἡ γυνή σου πορνεύσει, καὶ ΤΟ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ, ΚΕΡΑΤΑ αὐτῷ ΠΟΙΗΣΕΙ. Haeret etiam hic *Menagius* in Lex. Etym. v. *Corne.* Vetus haec Sophisticatio. *Diog. Laërt.* p. 147. A. De phrasi confer Hermot. cap. 81. Pisc. c. 11. et Concil. c. 10. Vit. Auct. c. 22. Solan.

Ead. l. 6. *Κροκοδείλους*) *Κροκόδειλος* sophisma ex fabula mulieris Aegyptiae hujusmodi nomen habet, cujus mentionem facit *Lucianus* in Vitarum auctione sub finem. *Quinctilianus* lib. I. c. 10. *ceratinas* et *crocodilinas ambiguitates* adpellat. Fabulam crocodili tractavimus in nostris Narrationibus l. I. Cogn. Respicit hic aliud argumentandi genus, quod a Crocodilo nomen habet *Crocodilus,* inquiebant, *raptum puerum redditurum se spondet verum respondenti: statimque rogat, reddi-turusne sit puerum, an non.* Haec et ejusmodi *ἄπορα* philosophis illa aetate, juventutis exercendae caussa, aut quo illiteratos homines illaquearent, proponere solenne erat. Vid. Hermot. cap. 81. et Vit. Auct. c. 22. *Diog. Laërt.* pag. 60. et *Aldobr.* Not. p. 88. Idem *Diogenes* plura ejusmodi *ἀπόρους λόγους* nominat 174. E. 183. F. Solan. Plura contulit et erudita *Menagius* ad *Laërtium* et *Harduinus* ad *Themist.* p. 380. Hemst. I.

Ibid. *Ἐρωτᾶν διδάσκ. τὸν νοῦν*) Venerat olim in mentem *ἐρευνᾶν*, dictio scilicet consentanea *τῷ νῷ*, cui parum adcurate jungitur *ἐρωτᾶν*. Verum minime repudiandum est *ἐρωτᾶν*, de philosophorum mutuis interrogationum laqueis, quibus sese invicem irretire conabantur, verbum paene proprium: nam et *Noster ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους* commemorat *Dial. Mort.* X. et *Plato* simili structura, *Πάντα τοιαῦτα ἡμεῖς ἐρωτῶμεν ἄφυκτα*, in Euthyd. p. 193. C. Eadem ratione dicitur *ἐρωτᾶν λόγους*, primum, *captiosas interrogationes nectere*, ex quibus concessis conclusiunculae deducantur; deinde, *argumentari*. *Diogen. L.* VI, 69. 71. de Cane cognomine: *τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους*. *Sext. Empir.* P. H. I. §. 20. *ἐὰν δὲ καὶ ἄντικρυς κατὰ τῶν φαινομένων ἐρωτῶμεν λόγους·* ad quae *Stephanus*, ut saepe solet, tricatur: paullo melius *Cresoll.* Th. Rhet. II. c. 6. Igitur, cum retineri conveniat *ἐρωτᾶν*, nihil est magis adpositum, imo nihil certius, quam *Guyeti* conjectura, *τοὺς νέους·* nam revera juvenum ingentia tales interrogatiunculas angustas ac fallaces docendo corrumpebant. Hemst. Et mihi virium loci in voce *τὸν νοῦν* latere videtur, licet in cod. 2954. pro *ἐρωτᾶν* legatur *διερωτᾶν*, quod et ipsum cum *τὸν νοῦν* difficulter conciliari poterit. Viae, quam iniit *Abreschius* Lectt. Aristaen. p. 55. quippe *τὸν νοῦν* conjungens cum *ἄπορα*, magna asperitas satis clare desperatam arguit vocis suspectae caussam. Unde aut prorsus cum *Matthiaeio* ejicienda est, quo facto nihil omnino desiderabitur ad sententiae integritatem: aut quum hoc paullo audacius facinus esse videatur, corrigenda. A sono et figura vulgatae vix sentias aliquid differre *Menagii*

τὸν νέον· recte autem hanc conjecturam *Hemsterhusius* in minori editione minus opportunam vocat. Unde restat *Guyeti* τοὺς νέους, quam lectionem etiam a *Petro Fabro* in *Luciani* margine notatam fuisse idem ille *Hemst.* observat: expressit etiam in interpretatione Latina. Denique *Seyboldus*: *nescio*, inquit, *cur de recipiendo in textum* τοὺς νέους *dubitabat Hemst. quid enim est* τὸν νοῦν; *recepissem ego, nisi legem mihi dixissem, textum, uti edit. habet Reitziana. Belin.* des jeunes gens. *Wieland.* junge Leute. Cf. Dial. XX, 5. *Πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγουσιν*· his resistere tandem non potui, ne reciperem optimam lectionem pro prava. Lehm.

Ead. l. 7. *Τὸν νοῦν*) *Τοὺς νέους* scribe. Guyet. *Vorstius* τοὺς νέους, *Menagius* τὸν νέον, malunt. In libris nihil est subsidii. Sed ecce *Basilium* Ep. I. sic fere etiam loquentem, *καὶ αἱ νύκτες τὰς μεθημερινὰς φροντίδας παραλαβοῦσαι ἐν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν.* Vide tamen Dialogum ultimum, ubi postrema verba sunt: *ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾶν τὰ ὅμοια διδάξῃς.* Solan.

Ead. l. 10. *Οἰμώζειν*) Ita Graecos loqui solitos, ut plorare juberent eos, quos a se contumeliose dimitterent, notum est. Hac etiam voce usus est in Tragopodagra, et in sequenti dialogo contra Menippum bis, pluribusque aliis locis. *Horat.* II. Sat. V, 69.

> — *invenietque*
> *Nil sibi legatum praeter plorare —.*

Idem in extrema Satyra lib. I. v. 91.

> — *Demetri, teque, Tigelli,*
> *Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.*

Cicero in Ep. ad Quint. Fratr. *ἀλλ' οἰμωζέτω· nos modo valeamus.* Cogn. *Τὸ εἶδος Ἀττικὸν ἀρχαῖον τῆς συνθέσεως.* leg. *Scholiast. Aristoph.* ad illud Equit. v. 431. *κλάειν σε μακρὰ κελεύων.* Dictio in usu frequentissimo apud *Lucian.* Bourd.

Ead. l. 15. *Ἕνα ὀβολὸν*) Atqui alii testantur, mortuis duos obolos viatici loco dari solitos fuisse. Vide *Suid.* v. ὀβολοῦ, et v. φεῦ. Kuster. *Τιμωρεῖσθαι ἑαυτοὺς* ad exemplum *Menandri*, qui scripserat *Ἑαυτὸν τιμωρούμενον*, quod *Terentius* in eadem reddit Comoedia, *se ipsum crucianten.* Hemst. I.

Pag. 141. l. 2. *Μεγίλλῳ*) *Horat. Dicat Opuntiae frater Megillae.* Guyet. Vide *Plat.* de Leg. III. *Noster* de eodem Catapl. c. 22. Solan.

Ibid. *Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ*) Damoxenum Syracusanum, sed pugilem, novit *Pausan.* VIII. p. 682. quamvis fortitudine virium excellens Nemeis ludis certaverit, atque adeo ni-

hil obstet, quo minus vicinae Corinthi potuerit morari, haud tamen adfirmavero eundem esse, quem memorat *Lucianus*. *Tzetzes* Chil. II. v. 602.

Τοῦ Δαμαξένου παλαιστοῦ Λουκιανὸς ὁ Σύρος
Μέμνηται· λέγων ἄριστον ἐν παλαισταῖς τυγχάνειν,
Οὐδὲν ἧττον τοῦ Μίλωνος, καὶ παλαιστῶν τῶν ἄλλων.

Prave *Δαμαξένου*· pejus *Damaxenis* interpres: extra hunc locum alibi nusquam apud *Nostrum*, si recte memini, occurrit Damoxenus. Hemst.

Ead. l. 3. *Χαροπὰ*) *Χαρίεντα, ξανθὰ, γλαυκὰ, περιχαρῆ. Hesych.* φοβερὰ simpliciter interpretatur *Schol. Aristoph.* male. Bourd.

Ibid. *Ἢ μέλανα ὄμματα*) Dixi ad *Petron.* Bourd.

Ead. l. 4. *Ἢ ἐρύθημα*) *Ἐρύθημα, βάμμια κόκκινον ἢ πυῤῥὸν ἢ μέλαν. ἐρύθημα, ἡ ῥίζα ἡ λεγομένη ἐρυθρόδανον. Hesych.* verbo *Ἐρυθαίνει*, a quo *Suid.* qui adjungit: *ἡ ῥοδάνη, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρὰ, ᾗ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόςωπα αἱ γυναῖκες, ἄγχουσα λέγεται.* Sed Erythrodanum ab Anchusa distinguunt *Plin. Ruell. Fuchs.* Erythrodanum Rubiam Latinis, Gallis *Garense*, in usu esse fucandis feminis non alibi legi; Anchusa utuntur maxime, quam *orchanete* vocant Galli. Ista specie, non colore, differunt, ut alibi docendum erit. Bourd.

Ead. l. 5. *Μία ἡμῖν κόνις*) Adludit ad defunctorum cineres, inter quos nil adparet discriminis. Cogn. Ubi sermo fit de mortuis, quorum corpora vel rogo tradita in cinerem, vel naturae lege soluta in pulverem rediguntur, frequenter adhiberi solet *κόνις*· apud *Nostrum* Diall. Mortt. XVI. Herculis *σῶμα ἐν Οἴτῃ κόνις ἤδη γενόμενον*· et XX. qui locus valde videri potest opportunus ad hunc fulciendum, *Homeri τῶν ῥαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἔῤῥιπται ἄγνωστα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα καὶ λῆρος πολύς. Aristid.* T. I. pag. 138. B. *κεφαλὴ δὲ ἡ πρότερον χαριεστάτη, νῦν ἐν κόνει*· ejus generis ex Anthologia sola proferri possent plurima. Nihil ergo videtur dubitandum, quin ad res inferorum adcuratissime pertineat hoc dictum, et a vitii suspicione vel minima procul absit. *Erasmus* sane, non raro proverbiorum, quae veteribus ignota fuerant, architectus, hoc emblemate Chiliadas suas instruxit, *Omnia idem pulvis*, nullo tamen praeter *Lucianum* alio fidejussore dato: nec minus in Stromateo magnus *Scaliger*, *Πάντα μία κόνις ἐστί.* At si, quibus incommodis haec verba premantur, consideratius examinaris, alia longe facies adparebit, multoque deformior, quam ut elegantiae *Lucianeae* respondeat. Primum *φασὶ* notum proverbium, communique usu receptum, demonstrat: cujus quis dixerit ullum in-

veniri vestigium in *Πάντα μία ἡμῖν κόνις*; non juvat illud incerti poëtae Anthol. I. c. XIII. Ep. 14. *Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδὲν*, nisi quis simul eundem in censum referenda putet *Πάντα γέλως*, et *Πάντα τὸ μηδὲν*, quae ut proverbialem formam inducere posse concedam, proverbia tamen esse vehementer nego: quod autem pro *φασὶ* ex C. Long. profertur *εἰσὶ*, nihil esse aliud arbitror, quam conjecturam sentientis, vulgatae lectioni nequaquam convenire *φασί*. Deinde quorsum illud *ἡμῖν* tam inepte interjectum? quod si quis objiciat familiarem ejusmodi dativorum, qui ornandae orationi serviant, usum, atque etiam exemplorum copia pugnet, humaniter, quaeso, ferat, nihil eum nos morari. Addam, quod an aliis sim facile persuasurus, haud scio, mihi non videri inter se congruere copulata *μία κόνις*· satis erat, *κόνις πάντα*· quam autem longe dissentiant, neque in idem hoc orationis membrum coire possint *μία κόνις*, et *κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους*, nemo erit adtentior paullo, quin statim animadvertat. Nunc si difficultates eas simul omnes levem, vetusque adagium huic loco percommodum mutatione facillima reducam, nonnullam certe a *Luciano*, ejusque venustatis studiosis gratiam inibo. Scribendum itaque, *πάντα μία Μύκονος, φασὶ, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους*, in quibus nihil est, quod ullam in partem offendat. Proverbii potestas explorata complectitur eas res, quae diversi generis atque ordinis sine ullo discrimine eundem in locum et conditionem coguntur. *Plutarch.* Symp. I. p. 616. B. *περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις παροξύνεται τὰς διαφορὰς, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν λεγομένην μίαν Μύκονον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον*· cum scilicet promiscue convivae nullo dignitatis servato gradu ad mensam adcumbere jubeantur. Similiter *Clemens* posuit in re multum dissita Str. I. pag. 355. C. *οὐ γὰρ δὴ μία Μύκωνος* (ita scriptum est per ω, ut aliis in locis saepenumero) *ἡ πᾶσα πρὸς νόησιν γραφή*. Eruditissimi Patrum mens est talis, Sacrarum literarum explicationem et sensus non omnibus esse pari modo adcommodatos, velut aliquem confusae mixturae cinnum; sed alios Christianis infantibus et lacte sustentandis, alios convenire viris ac robustiore cibo firmatis; quare hominis esse perfecti *τὰ τοιαῦτα διακρίνειν τε καὶ ἐκλέγειν*, quod pro vulgato *λέγειν* reponendum duco. *Themistius* Or. XXI. p. 250. C. *ἀκούετε οὖν τοῦ νομοθέτου διοριζομένου τὰ μαθήματα* (*Platonis*, cujus verba protulerat) *ὧν ἐραστὰς χρεὼν εἶναι τοὺς φιλοσόφους, καὶ μὴ ξυγχωροῦντος συγχεῖν μηδὲ ξυμφέρειν ἅπαντα ὥσπερ εἰς Μύκονον μίαν*· non poterat clarius exhiberi paroemiae nativa virtus, quam sane non percepit *Pierius* ad

Virgil. Aen. III, 76. De origine multum abest, ut res aeque sit comperta: nam aliud *Zenobius* tradit C. V. n. 17. ubi quae *Schottus* notat, ab *Erasmo* jamdudum fuerant occupata in *Omnia sub unam Myconum*; aliud *Stephanus* in *Μύκονος*, vel potius, quem descripsit, *Strabo* X. p. 746 A. ejus in verbis, quae profecto non sunt satis explanata, *ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγόντων τὰ διῃρτημένα τῇ φύσει*, praeferam ex Codd. antiquis *ἐπιγραφὴν*, ut dicere voluerit, *sub unam inscriptionem*, seu *titulum*, *quae dispari sunt natura, redigere*: *διῃρτημένα* quoque non mutavero, quanquam *Stephanus* habeat, probantibus duumviris eruditissimis *Casaubono* et *Holstenio*, *διῃρημένα*. Sed *Eustathio* quid fiet ad *Dionys.* Perieg. v. 525. qui, cujus vestigiis tanquam certissimi ducis sic insistit, ut a verbis ejus latum unguem vix discedat, deseruisse *Strabonem* videtur: *ὅθεν ἐπὶ τῶν οὐκ εὖ παθόντων μιᾷ ψήφῳ, ἤγουν ἐπὶ τῶν μιᾷ δίκῃ καταδικασθέντων λέγεται τὸ Πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον, ἤγουν, πάντα ὁμοῦ ὑπὸ μίαν βλαβὴν ἢ καταδίκην.* Haec quidem unde sint derivata, aut etiam derivari potuerint, ignoro, nec talem usum in priscis scriptoribus deprehendisse me memini: quid ergo? an, cum inveniret in *Strabone ὑπὸ μίαν γραφὴν ἄγειν*, potestate vocis *γραφὴ* forensi deceptus ex formula loquendi perperam intellecta mirificam illam proverbii interpretationem construxit? haud equidem ab hac suspicione sim alienus. Ad *Lucianum* ut redeam, is aptissime collocavit *μίαν Μύκονον*, ut apud inferos significaret nullum esse nec formae nec virium discrimen, aequatoque jure cunctos inter se similes ac pares. Nescio tamen, an aliquid insuper argutius occultetur: mentionem certe fecerat *ξανθῆς κόμης*, quae, tametsi in vivis pars pulchritudinis praecipua, nulla poterat amplius in nudo cranio residere, exstirpatis cum omni carne capillis. Jam vero calvities popularis morbus capita Myconiorum infamabat; adeo ut communi dicto *Μυκώνιοι* vocarentur calvi: notum est illud *Lucilii* apud *Donat.* ad *Terent.* Hec. A. III. Sc. IV.

— *Myconi calva omnis juventus.*

Sed hoc subtilius forte, quam verius. Hemst. Myconiorum calvitiei etiam *Plinius* mentionem facit H. N. X, 37. in. Inveteratum, quod nostro loco insidet, malum, quamquam satis tectum et fucatum, diutius tamen fovere non existimo fas esse. Fuerunt quidem, qui defensum irent vulgata verba, sua quisque ratione: sed vel hae ipsae defensiones ostenderunt, quam male cum illis ageretur. *Bremerus* quidem sub *φασὶ* locum intelligi putat poëtae cujusdam tum notissimum: at vero *φασὶ, dicunt,* non ad singularem aliquem locum certi

cujusdam scriptoris referri potest, sed manifestum est vulgaris dictionis, i. e. proverbii, indicium. Unde *Belinus* pro proverbio habet verba ista, quamquam illud non illustrat, nec probat ex ullo quopiam scriptore, quum tamen res significetur admodum vulgaris, ut facile etiam proverbium illud occurrere possit. Quo jure autem *Erasmus* haec verba proverbiis suis adnumeraverit, clare demonstravit *Hemsterhusius*. *Seyboldus* denique non abhorret quidem a probanda emendatione, dummodo, unde derivatum sit hoc proverbium, aut derivari potuerit, apertum sit: vix itaque credibile, legisse *Seyboldum Hemsterhusii* adnotationem, qua, quantum fieri certe potuit, planissime res exponitur. Neque si cum eodem corrigas: φασὶ, καὶ, vel pro φασὶ substituas καὶ violenta profecto ratione, status caussae, qualem proposuit *Hemsterhusius*, vere mutabitur. Quod autem non solum in Loug. Cod., sed etiam in 2954., quamquam hic servata voce φασὶ, fortassis etiam in P., legitur εἰσὶ pro φασί, ejus rei caussam satis, opinor, luculentam aperuit supra *Hemsterhusius* ipse: ita, ut jam nullum videatur refugium relictum esse iis, qui vel vulgatam rationem tueri, vel emendationi *Hemst.* reluctari velint. Recepi itaque, quod post longam haesitationem tandem mihi probatissimum videbatur. Lehm.

Ibid. Εἰσὶ) L. solus. Alii φασί. Solan.

Ead. l. 10. Οἰκτείροντες τὴν ἀπορίαν] *Lugentes, deplorantes inopiam suam:* moneo Graecae linguae tirones, ut phrasin adtendant, cujus rara apud Auctores, in Lexicis etiam nulla occurrunt exempla. Hemst. I. In breve contraxit sententiam οἰκτείροντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τῇ ἀπορίᾳ. Lehm.

Ead. l. 13. Λακεδαιμονίοις . . . . ἐκλελύσθαι . .) Hinc argumentum petit *Olearius*, quo probet, de vetere Menippo non agi, quia juniori haec tempora conveniant; ad *Philostr.* p. 164. Sed nihil est, cur de aetate senioris mortem proxime secuta, qualis hic fingitur, non possit intelligi. Solan.

Ead. l. 14. Ἐκλελῦσθαι αὐτούς) Jam tum, quando vetustior Menippus erat in vivis, Lacedaemoniorum mores Diogeni, quippe sectae durioris philosopho, jure videri poterant effeminati, a severisque Lycurgi institutis longe discedentes: nam post Athenas devictas, cum voluptatum desiderium et divitiae luxuriam atque avaritiam invexissent, labare paullatim coepit pristina disciplina, et vitiis indies crescentibus locum cedere: qua de re docet *Plutarch.* in V. Ag. et Cleom. p. 796. C. 797. C. Exinde praeceps ivit Spartanae nobilitatis decus, neque unquam, quicquid subinde pauci majorum vir-

tutis capaces fuerint conati, priorem in gradum restitui potuit. *Clearchus* Solensis, Aristotelis discipulus, apud *Athen.* XV. p. 681. C. memorat *Λακεδαιμονίους, οἳ τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν.* Haec est caussa, cur et hujus et inferioris aetatis scriptores *τὴν πόλιν τὴν παλαιὰν* eum in modum saepe laudent, ut mutatae ac perditae opponant: *Clem. Alex.* Paed. II. p. 199. C. *Ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν παλαιάν.* Quod si ad tempus serius descendas, nihil est his ipsis Lacedaemoniis, maxima saltem eorum parte, inquinatius: vide *Philostr.* V. A. T. IV. c. 27. Arguti sensus est *Apollonii Tyanensis* epistola LXIII. ad Ephoros, qua missos ad se viros ostendit ab habitu corporis et vestitu mollissimo pro Lacedaemoniis habiturum se non fuisse, nisi traditae literae Lacedaemonios declarassent. Patet igitur, quanti sit facienda *Olearii* suspicio ad *Philostr.* p. 164. n. 5. *juniorem Menippum esse. qui passim a* L u c i a n o *perstringitur in Mortuorum Dialogis, idque prodere videri initium primi eorum dialogorum. Praeterea,* inquit, *sub finem Dialogi illius Diogenes Polluci injungit, ut Menippo praecipiat, Lacedaemonios ob corruptos mores ut reprehendat, quod his temporibus convenientius forte, quam Menippi antiquioris.* Vix tibi persuadeas, adcurate Dialogos istos eum perlegisse, qui Menippum ibi passim a *Luciano* perstringi statuit. Hemst. Paullo post ad verbum *ἀνέξομαι* haec monet *Seyboldus*: *Leg.* ἀ ν έ ξ ο ν τ α ι· *ita sunt perditi, ut vel graviter ferant, si reprehendantur. quid enim recusasset Pollux haec a Diogene illis dicere? an quod ipsi metuendum quid erat a civibus? an coecum in vitia civium reddebat amor patriae.* Ne e longinquo quidem prospexit, quid Pollux sibi vellet, *Seyboldus*, alioquin haud inelegans *Luciani* amicus. Sed seduxit eum, quemadmodum etiam *Wielandium*, qui reddit: Nichts gegen die Lacedämonier! das leid' ich nicht, versio *Hemsterhusii* Latina, in qua mallem servatum fuisse veterum interpretum: *non enim feram.* Scilicet adtende modo seriem mandatorum et eorum, quae ad haec respondet Pollux. Ad primum mandatum paratus statim Pollux exsequendum, quaerit tamen, quibus signis ab aliis discernatur Menippus; quibus cognitis dicit: *Ῥάδιον εὑρεῖν ἀπό γε τούτων.* Secundum mandatum non recusat: *οὐ βαρὺ γὰρ*, inquiens, *οὐδὲ τοῦτο.* Etiam quod sequitur, suscipit, item quartum, his utens verbis: *οὐ χαλεπὸν οὐδὲ ταῦτα* etc. Quinto sextum quasi stante pede a Diogene additur ad Lacedaemonios perferendum. Jam veritus Pollux, ne nimium oneretur, exclamat cum aliqua solicitudine: *Μηδὲν* etc. *οὐ γὰρ ἀνέξομαί γε.* *Ῥάδιον — οὐ βαρὺ — οὐ χαλεπὸν —*

et jam *οὐ γὰρ ἀνέξομαί γε.* Manifesto vult, se imparem esse tot tantisque mandatis *sustinendis, ferendis*, et fore, ut memoria ipsum tandem deficiat. Sal autem in eo est, quod Pollux ut vulgaris nuntius adparet, qui non ultra terminos certos onerandus sit mandatis. Lacedaemoniorum mollities nonnisi obiter pungitur. Ceterum postrema Diogenis verba *Wielandius*, nescio quamobrem, prorsus praetermisit. Lehm.

Pag. 142. l. 18. *Μετοικήσωμεν*) *Alio migremus: μετοική-σομεν* mendosam lectionem secutus est interp. Bourd. *Μετοικήσομεν* Ms. Ox. ed. B. 2. W. St. et *Hemst.* melius, quam quod in reliquis est *μετοικήσωμεν.* Solan. Non est fastidienda plane lectio plurimarum edd. *μετοικήσωμεν*, ac si dicant, *pace tua liceat nobis alio migrare:* nam et modo rogaverant Plutonem, *ἢ ἐκεῖνόν ποι κατάστησον.* Non multum refert, utrum praetuleris: malui tamen, quod interprete rejecto mendosum pronuntiat *Bourdelotius*, *μετοικήσομεν·* haec enim quasi comminatio mutandarum sedium expressius ostendit, quanto opere Menippo nullum se vexandi genus abstinenti succensuerint. Necyom. §. 19. *καὶ διασκέπτεσθαι μετοικεῖν οὐ φέροντας τὸν Διογένην·* ibi Diogenes idem negotium gerit, quod hic Menippus. Hemst. Nondum ceperunt *Nostrum*, qui conversationis modum quendam elegantem et urbanum inter inferos et Deos coelestes in his Dialogis quaerunt, hancque adeo normam fingunt, ad quam passim loquentium sermo revocandus sit. Imo hoc ipsum *Luciano* propositum fuit, ut Deorum gentilium dignitatem et majestatem, quantum posset, ad vulgares rationes detraheret. Id quum in Deorum coelestium et marinorum Dialogis paene omnibus ac singulis maxime sit conspicuum, tum inter inferos non minus animadverti potest. Vide modo Menippum dial. XXII. Charoni et Aeaco naulum solvere praefracte recusantem; audi Terpsionem dial. VI. Plutonem ipsum injustitiae adcusantem, quod ipsum praematura morte ab hereditate per jus naturae sibi debita avelli jusserit et Menippum in hoc ipso dialogo nostro ad hunc ipsum Orci regem dicere audentem: *καὶ σὺ μωραίνεις, ὦ Πλούτων;* adtende denique Sostratum latronem dial. XXX. audacter cum Minoë expostulantem, quod injuria puniatur, et hunc justissimum scilicet judicem tandem versutissimi capitis sophismatis cedentem: nec male te, opinor, habebit illud Croesi *μετοική-σομεν*, ut habuit b. *Lossium*, qui negavit *convenire animis pressis, judicem imperanter adloqui: aut ita fac, aut nos nobismet ipsi consulemus.* Imo potius hanc unicam fuisse aucto-

ris mentem, patet clarissime ex omni compellationis habitu: *aut hoc*, *aut illud*, sic dicunt illi, et imperative proponunt prius *μετάστησον* — nam sic certissime legendum esse, docuit *Schaeferus* Melett. pag. 134. Cf. Vit. Auct. c. 13. — ut jam nulla amplius dubitatio esse possit, quin recte se habeat Futurum simplex, optimis libris confirmatum. Lehm.

Pag. 143. l. 12. *Λυποῦνται γὰρ οὐ μικρῶν στ.*) Adsimilis est *Platonis* sententia de senibus, qui non sine magno dolore delectabiles juvenilis aetatis fructus memoria repetunt, de Republ. I. p. 572. E. *Οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνησκόμενοι, περί τε τἀφροδίσια, καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας καὶ ἄλλ' ἄττα, ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται· καὶ ἀγανακτοῦσιν ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι· καὶ τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες.* Hemst.

Pag. 144. l. 6. *Οὐδὲ παυσομένου*) Videbatur olim ad orationis integritatem deesse *πω*, *ὡς οὐδέ πω παυσομένου μου*, cui particulae nocuerit similitudo syllabae sequentis: nunc nihil esse puto, cur eam desideremus, et recte monenti *Berglero*, Graecae proprietatis peritissimo, adsentior ad *Alciphr.* I. Ep. 32. p. 132. Modo pro *Ἀσσυρίων* mallem *Lucianus* posuisset *Σύρων*, quod vocabulum, pariter ac *Λυδοὶ* et *Φρύγες*, non gentis solum, sed vilissimorum etiam mancipiorum habet potestatem: eam elegantiam *Xenophon* non est adspernatus *Πορ.* p. 558. v. 7. ubi scribit, melius fore cives *μετ' ἀλλήλων στρατεύεσθαι, ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς Λυδοὶ καὶ Φρύγες καὶ Σύροι καὶ ἄλλοι παντοδαποὶ βάρβαροι.* *Euripid.* Alc. v. 675. *Πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα . . . ἀργυρώνητον σέθεν;* memorat *Philostratus ἀνδράποδα Ποντικὰ ἢ Λύδια ἢ ἐκ Φρυγῶν*, quorum toti greges Romam advehantur. Hemst. Plura de *οὐδὲ* sine *πω* dedit *Wagnerus* ad *Alciphron.* p. 18. pariter de *μηδὲ* *F. Reitz.* ad *Nostri* Asin. c. 6. et *Wyttenbach.* Bibl. Crit. Vol. III. P. II. pag. 70. Neque nomen *Ἀσσυρίων* mutari velim; partim quod Sardanapalum vere Assyriae, non Syriae proprie sic dictae, regem fuisse constat; partim quia utrique nomini in lingua Graecorum paene paris infamiae nota inhaesit: promiscue certe ea saepe etiam a *Nostro* usurpari, monitum supra a *Clerico* ad Diall. Deor. XI, 1. Et *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 426. retineri maluit *Ἀσσυρίων*. Lehm.

Ead. l. 9. *Ταῦτα οὐχ ὕβρις;*) Attica loquendi formula, gravem indignationem continens. *Sophocl.* Oed. in Col. v. 877. *Ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';* *Aristophan.* Ran. v. 21. *Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή;* vide *ejusdem Comici* Plut. v. 887. Nub. v. 1302. Lysistr. v. 659. *Demosth.* in Aristog.

p. 831. B. ὕβρις γὰρ τοῦτό γε. de Mal. Legat. p. 323. D. ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἔφασαν. Hos imitatus est *Dionys. Halic.* A. R. IV. p. 237. καὶ ἐδόκει τοῖς πλείοσιν ὕβρις εἶναι τὸ πρᾶγμα. *Terentius* expressit:

Quid est, si hoc non contumelia'st?

Andr. A. I. Sc. V.

Nam istacc quidem contumelia est:

Heautont. A. III. Sc. III. Hemst.

Pag. 145. l. 11. Ἀμφίλοχε etc.) Trophonii antrum notius est, quam ut de eo dicendum sit. Amphilochi vero templum non adeo notum cum sit, monendi sunt saltem juniores *Malli* exstitisse. V. Alex. cap. 29. *Oropi etiam Atticae vates Amphilochus pro Deo colitur*, verba sunt *Livii* XLV, 27. *templumque vetustum est fontibus rivisque circa amoenum.* De eodem Amphilocho alibi plura dicturus nunc desino. Solan.

Ead. l. 14. ΤΡΟΦ. τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι) Amphilochum in Dialogi capite omittunt O. et ed. *Fl.* Error exinde natus, quod in hoc toto colloquio mutam agere personam videatur: quare nihil erat caussae, cur nomen ejus, qui nullum verbum faceret, in fronte ponerent. Jure tamen errorem dixi, quoniam hoc in loco sine controversia pro Trophonio substituendus est Amphilochus: ut alienissima sunt, quae hic dicuntur, a persona Trophonii, quem, dum se heroëm esse contendit, et oracula vere consulentibus edere, salse Menippus irridet, sic contra nihil obest, quo minus Amphilocho quantumvis vati a *Luciano* potuerit adscribi iste sermo, qui omnem illam divinitatis persuasionem stupori hominum ac dementiae tribuit. Quin etiam mox Amphilocho Trophonius indignatur tanquam caussae communis desertori, Ἀμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη etc. neque is, quasi sua parum referret, disputationi sese amplius immiscet. Τί οὖν hic quidem interrogandi nota melius a sequentibus disjungetur, ut Dial. XXII. τί οὖν; ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; Amphiarao Trophonium et Amphilochum addit *Aristid.* T. I. p. 82. A. Ἀμφιάραος μὲν γὰρ καὶ Τροφώνιος ἐν Βοιωτίᾳ, καὶ Ἀμφίλοχος ἐν Αἰτωλίᾳ χρησμῳδοῦσί τε καὶ φαίνονται· οὗτοι δὲ (Ἀσκληπιάδαι, quos supra istorum honores extollit) πανταχοῦ τῆς γῆς διάττουσι, ὥσπερ ἀστέρες περίπολοι· ita legendum est διάττουσι pro vulgato διατάττουσι, quia manifesto respicit ad ἀστέρας, qui διάττοντες adpellantur; neque hoc *Cantero* latuisse, versio prodit. Viden' vero, quantum *Luciano* distet *Aristides*, homo superstitioni addictissimus: fama tamen tenuit, nusquam praesentiores adparere Deos, quam, quo Christianos omnium minime credulos ablegabat *Celsus*, εἰς

Τροφωνίου, καὶ εἰς Ἀμφιάρεω, καὶ εἰς Μόψου· ἔνθα φησὶν ἀνθρωποειδῶς θεωρεῖσθαι θεοὺς, καὶ ὥς λέγει ὁ Κέλσος, οὐ ψευδομένους, ἀλλὰ καὶ ἐναργεῖς. Origen. in Cels. VII. pag. 355. Hemst.

Pag. 146. l. 3. *Κατέλθοι παρ' ἐμὲ*) Vulgatissima sunt *μαντεύεσθαι ἐν* vel *ἐς Τροφωνίου· χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίου*, *Aelian.* V. H. III. c. 45. ubi *Perizonius* rationem illius verbi *ἐκπεσεῖν* nullus intellexit: *καταβαίνειν εἰς Τροφωνίου, ἀπὸ Τροφωνίου προσφάτως ἀναβεβηκὼς*, *Diodor. Sic.* XV. p. 485. D. *θέσπισμα ἐκ Τροφωνίου φέρειν*, *Euripid.* Ion. v. 405. qui *σηκοὺς* et *θαλάμας* eadem in fabula sacrum illud antrum adpellat v. 300. 393. Rarius invenies *κατελθεῖν* vel *καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον*, quod et *Herodotus* habet VIII. c. 134. et *Pausan.* IX. p. 791. *ὅσοι παρὰ τὸν Τροφώνιον μέλλουσιν ἔρχεσθαι·* mox: *ἐπειδὰν δὲ ἀνὴρ ἔρχηται παρὰ τὸν Τροφώνιον.* p. 792. *παρὰ Τροφώνιον εἰς Λεβάδειαν ἐλθοῦσιν εὕρασθαι παρὰ ἐκείνου τὸ ἴαμα·* ibidem, *τὸν δὲ ἀναβάντα παρὰ τοῦ Τροφωνίου.* Hemst.

Ead. l. 7. *Ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις*) Exsequitur hanc totam historiam *Scholiast. Aristophan.* ad Nub. Vide *Philostr.* et *Lucian.* Necyom. c. 22. Bourd. *Pausanias* habitum consultorum describit in Boeot. p. 318. antrumque et reliqua. *Philostratus* etiam de ea re satis multa habet p. 362. Solan. Tam parum a *Luciano* discedit iisdem própemodum verbis expressus *Max. Tyrii* locus Diss. XXVI. p. 261. ut praetermitti nullo modo debeat: *Ἐν Τροφωνίου γε μὴν (καὶ γὰρ τοῦτο μαντεῖόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ ἥρωος Τροφωνίου περὶ Λεβαδίαν πόλιν) ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ, ἐνσκευασάμενος ὀθόνῃ ποδήρει* (*Pausanias: χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν, καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθεὶς*) *καὶ φοινικίδι, μάζας τε* (*μεμαγμένας μέλιτι Pausan. μελιττούτας, ὅ ἐστι, μάζας μέλιτι δεδευμένας Suid.* in *Τροφώνιος*) *ἐν χεροῖν ἔχων, εἰσδύεται ὕπτιος κατὰ στομίου στενοῦ· καὶ τὰ μὲν ἰδὼν, τὰ δὲ ἀκούσας ἄνεισιν αὖθις ὑποφήτης αὐτάγγελος.* Oraculum autem Trophonii religiosa vaferrimarum praestigiarum pompa instructissimum tanta celebritate floruit, ut *Dicaearchus* Peripateticus, testibus *Athenaeo* atque aliis, *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* scribere non sit dedignatus; singularine libro, an, quod existimari non absurde potest, parte saltem majoris operis *περὶ τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος*, haud temere decerno: (*Athen.* XIV. p. 641. F. *Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ τῆς Τροφωνίου καταβάσεως·* unde conficiendum videtur, singulare fuisse de descensu in antrum Trophonii volumen, inque libros plures divisum.) idcirco miror equidem in *Ἀνα-*

γραφῇ τῆς Ἑλλάδος jambica, quae huic philosopho tribui solet, post Lebadiam recenseri

— ἱερὸν Τροφωνίου,
Ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι.

Hoc illum ut dixisse tibi persuadeas, qui descriptionem sacri totius adcuratissimam ipse fuerat persecutus? Neque tamen *Dicaearchi* cura *Plutarchum* deterruit, quo minus eodem in argumento versaretur, ut concinnatus a Lampria filio librorum ejus index ostendit: qui labor si ad nostram aetatem perdurasset, ut erat sane *Plutarchus* omnis antiquitatis, et praesertim religionum vetustarum curiosissimus, haberemus certe enarrationem non sacri tantum mirabilis, sed et sensus allegorici ac sublimioris exactissimam. Nunc, quanquam ex aliis multa poterant, et parum hactenus comperta in medium adferri, contentos esse nos oportet diligentia *Pausaniae* eo minus spernenda, quod sacerrimarum fallaciarum tot miraculis praesens spectator interfuerit, Boeotic. c. 39. Meminit etiam, et satis graphice, *Philostr.* de V. A. T. VIII. c. 19. cujus tamen ibi locus unus ab *Olearii* temeritate et prave mutantis, et pessime vertentis obiter est vindicandus. Ad Trophonium, cujus personam astu non inferior agere potuisset, descendere constituerat Apollonius: renituntur antistites, apud alios ita dictitantes, se sacri cerimonias praestigiatori mago arguendas objecturos non esse; πρὸς δὲ τὸν ἄνδρα πλαττόμενοι ἀποφράδας καὶ οὐ καθαρὰς χρῆσαι· hic καθαροὺς ut reponeret, sensum suasisse notat, itaque Latine interpretatur: *ipsi autem Apollonio* (dicerent) *homines nefarios tantum et impuros oraculum consulere:* hos sacerdotes non tu jam modo mente captos a Trophonio rediisse statues, qui tantum dedecus ultro fateantur? Ne longum faciam, voluit *Philostratus: ad Apollonium autem, quo minus virum admitterent, caussam interponebant dies nefastos et non puros ad oraculum consulendum.* Ceterum istae μάζαι, vel liba subacta melle, quae manibus erat necesse praeferre Trophonium adituros, proprio nomine μαγίδες. *Hesychius* hunc in modum emendandus: *Μαγίδες*, αἷς (nisi, quod ad *Pollucem* fui suspicatus X, 81. n. 84. absit vocabulum, quocum οἷς convenerit) ἀπομάττουσι καὶ καθαίρουσι· καὶ μάζαι, ἃς καταφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες· a quibus *Etymologus* non dissentit: neque aliae desunt haud scio iisdem, an diversa figura vel confectione praeditis adpellationes: *Poll.* VI, 76. μελιττοῦτα μέντοι Τροφωνίῳ, καὶ ἀρεστὴρ καὶ ὑγίεια ὁμοίως. Modo βοῦν placentae genus cornutum descripserat, offerri solitum Apollini, Dianae, Hecatae et Lunae: id quidem, *Ety-*

mologo teste, Trophonio non minus fuit consecratum. Ἐστὶ βοῦς, inquit pag. 204. καὶ εἶδος πλακοῦντος διδομένου τοῖς εἰς Τροφωνίου καταβαίνουσι· rationem vocis, quam pro suo acumine, quippe Grammaticus, subtiliter enucleat, audire non erit molestum: διότι οἱ καταβαίνοντες εἰς τὰ ἄδυτα μυκηθμῶν αἰσθάνονται· quid? an ad terribiles mugitus compescendos quasi arte magica paratam prodesse voluit talem placentam? longe alium usum μελιττούταις certe *Philostratus* adsignat: μελιττούτας ἐπάγοντες ἐν ταῖν χεροῖν μειλίγματα ἑρπετῶν, ἃ τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίμπτει· cui suffragantur *Suidas*, *Nonnus* ad *Gregor. Nazianz.* et *Scholiastes* noster. Plura de Trophonio, si lubet, dabunt *Ez. Spanhemius* ad *Aristoph.* Nub. v. 507. ubi et *Scholiasten* lege, *Jac. Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III, 45. *Fr. Oudendorp.* ad *Jul. Obsequ.* c. 110. HEMST.

Pag. 147. l. 21. Ὡρίσθαι) O. P. L. In *J.* vero et *W.* ὁρίσαι, quod in reliquis prave scribitur ὡρίσαι. SOLAN.

Pag. 148. l. 4. Τροπωτῆρα) *J. Schefferus* de Mil. Nav. II. c. 2. p. 139. ubi repererit hoc loco προπωτῆρα, quod emendari jubet, equidem ignoro: neque rem ipsam satis explanate tradidit. Vid. *Poll.* I, 87. ad cujus locum *Jungermannus Luciani* non fuit oblitus. HEMST.

Ead. l. 5. Τίθει) Prorsus in re pari verbis iisdem usus est *Lucianus* Diall. Merr. XIV. Proprietatem τοῦ τιθέναι pro λογίζεσθαι, *ponere, referre in rationes*, *Is. Casaubonus* observavit ad *Theophr.* Char. c. 23. p. 163. idque adeo apud bonos scriptores satis est usitatum. *Crates* in Ephem. Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ᾽, ἰατρῷ δραχμὴν etc. cujus exstat in *Diogen. L.* VI, 86. locus lepidissimus. *Dionys. Halic.* περὶ τῶν Ἀρχ. Ῥητ. Ὑπομν. p. 146. ex Lysia: καὶ θήσω εἰς δύο παῖδας etc. χιλίας δραχμὰς ἑκάστου ἐνιαυτοῦ. *Eriphus* Comicus apud *Athen.* III. p. 84. C.

— τούτων γὰρ ὀβολὸν οὐ πολὺ
Τίθημι, λογιοῦμαι γὰρ —.

ideo *Barnabas* Ep. §. 13. ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην scripsit pro eo, quod Graeci interpretes et Apostolus Paulus habent, ἐλογίσθη. Alias item, ut saepe Latinis *ponere*, τιθέναι est, *numerare praesentem*, *repraesentare pecuniam*, καταβάλλειν· sic τιθέναι et θεῖναι μετοίκιον, *Diogen.* L. IV, 14. *Harpocration* in Μετοίκιον· *Eupolis* in *Poll.* IX, 59. θὲς ἑκατὸν δραχμάς· θὲς ἑτέραν μνᾶν. HEMST.

Ead. l. 6. Καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον) Vertunt: *et pro acu ad resarciendum velum quinque obolos exsolvi.* Καταβάλλειν est frequenter *pendere, exsolvere.* Sed καταβάλλειν ὀβολὸν ἀκέστραν, *pendere obolum pro acu*, Grae-

cis insolens est loquendi genus, qui dicunt ὑπὲρ ἀκέστρας καταβάλλειν ὀβολόν. Olim itaque existimavi locum hunc esse mendosum, et *Lucianum* scripsisse πέντε ὀβολοῖς ἐγὼ κατέλαβον, aut πέντε ὀβολῶν· *quinque drachmis emi acum.* Λαμβάνειν et καταλαμβάνειν Graecis, in primis *Aristophani*, saepe est *emere, comparare*, ut apud Latinos *sumere. Cicer.* VII. ad Fam. ep. 23. *Tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omnino signorum omnium non aestimo, tanti ista quatuor aut quinque sumsisti.* Ibidem: *Est mihi gratissimum, tanti a te aestimatam consuetudinem vitae victusque nostri, primum ut eam domum sumeres. Horat.*

Quae parvo sumi nequeunt obsonia captas.

Si quis tamen contendat, a libris antiquis non esse recedendum, non valde repugnabo, si sic distinguas: ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου, πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον, *acum ad velum* sc. ὠνησάμην, *emi*, quod ἀπὸ κοινοῦ repetendum, *quinque obolos ego pependi.* Ceterum in antiquo codice ad vocem ἀκέστραν tanquam explicatio adscripta est haec vox σακκοῤῥάφιον. Sic posteriorum temporum scriptores vocarunt ἀκέστραν· ut notavit *Etymologici magni* auctor, quem vide in ἀκέστρα. Graev.
Καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου) Haec *Thom. Magister* protulit in Ἀκεστής. *Benedictus* ita vertit, *Et pro acu ad resarciendum velum* (nam *Micyllus* tantum dederat, *et pro resarciendo velo*) *quinque obolos exsolvi*: quasi legi voluisset, καὶ ὑπὲρ ἀκέστρας τοῦ ἱστίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον. Nihil aliud ad hunc locum juvandum requiras, quam distinctionem mutatam, quae separet male conjuncta, ut tandem, nequidquam tentata correctione, *Graevius* animadvertit: ἀκέστραν perinde pendet ab ἐκόμισα, vel ὠνησάμην, ac mox κηρὸν καὶ ἥλους etc. Quare Mercurius ista, πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον, paullum incitatior adjecit adfirmandi caussa, ut Charon omittat de fide sua, quasi lucrum pretia mentiendo captet, quicquam secius suspicari. Hemst.

Ead. l. 9. Κηρὸν ὡς ἐπιπλ. τοῦ σκ. τὰ ἀνεῳγότα) Ceram pice temperatam, quae navibus inducebatur, cum illustrant *Jo. Brodaeus* Misc. IV. c. 13. *J. Fr. Gronovius* ad *Liv.* XXVIII. c. 45. hujus etiam loci meminerunt. Μάλθην, de qua *Festus* in *Maltha*, vocant *Hipponax* apud *Harpocr.* in V. Ἔπειτα μάλθῃ τὴν τρόπιν παραχρίσας. Vid. *Scheffer.* de Milit. Nav. p. 42. 43. *Thom. Magister* in Ἀνέῳγεν his *Luciani* verbis utitur. Hemst.

Ead. l. 10. Τὴν ὑπέραν) Omnes fere Grammatici similem in modum, et recte interpretantur. Quos *funes, qui antennas ad malos destinabant*, *Caesar* vocat de B. G. III. c. 14.

Graecus haud inepte ὑπέρας vertit. *Opiferos funes Stewechium* ad *Vegetium* aliosque viros eruditos adpellare video, inductos *Isidori* loco Orig. XIX. c. 4. *Opifera funes, quae cornibus antennae dextra sinistraque tenduntur retroverso.* Caute J. *Scheffer.* de Milit. Nav. p. 145. *Latinis sunt* opiferae, *si Isidoro credimus.* Mihi hyperae videntur in hoc vocabulo esse vestigia tam manifesta, ut, quin ita reponi debeat, minime dubitem. Nihil admodum hic juvat egregius *Isidori* Codex Groninganus, in quo, *Opis fera funis* etc. Lege, *Hypera*, vel pro more ejus aetatis, *Hyfera, funis qui a c. a. d. s. tenditur retroverso.* Ὑπέρας, et proverbii inde ducti, meminit etiam *Moschopul.* περὶ Σχεδῶν p. 138. Hemst.

Ead. l. 12. Ἄξια ταῦτα ὠνήσω) *Jungerm.* ad *Poll.* VII, 10. n. 58. ἄξιον hic esse εὔωνον, et praeterea de vitio priscarum edd. monet, in quibus erat ὀνήσω. *Lederlinus* ibidem castigatae *Benedicti* versioni substituit, *Recte sane, haec vili pretio emisti.* Illa duplex et contraria potestas in ἄξιος, quae τὸ πολυτελὲς et τὸ εὔωνον complectitur, ex *Stephano* vulgaribusque Lexicographis satis nota. Hemst.

Pag. 149. l. 3. Τὰ κάκιστα εὐχόμενος γ.) *Apud veteres etiam (εὔχεσθαι) pro imprecari coeptum erat sumi. Suidas: Εὔχομαί σοι τάδε, ἀντὶ τοῦ καταρῶμαι παρὰ Ἀριστοφάνει. Lucianus* epist. XLVI. τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι. Haec scribit *Goldastus* ad *Dosith.* §. 15. n. 120. Hemst.

Ead. l. 6. Εἰρήνη γὰρ) Nisi alia aliter suaderent, hinc putarem hosce Dialogos non nisi imperante Commodo scriptos; usque adeo me movet, quod de pace hic, et mox de parentibus a filiis veneno necatis. Sed vide, quae in argumento aliam in partem a me dicta sunt. Solan.

Pag. 150. l. 12. ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ) Hic et sequentes non pauci dialogi, de hereditatum captatoribus, cum tot sint numero, quibusdam emunctae naris hominibus visus est in his nimius fuisse *Lucianus.* Adeo ut vel acutissimus ejus imitator *Fontanellus* id ei sub specie laudantis vitio videatur vertere. Cui hoc unum est, quod reponam: *Luciano* veniam deberi, quod toties in hunc morem sit invectus, qui non turpissimus tantum per se, sed ejus aetate usitatissimus. Nihil enim Romae iis temporibus frequentius fuisse probant Poëtarum, Historicorum, omnisque generis scriptorum illius aetatis perpetuae ea de re querelae. *Lactantium* unum, ne te morer, audi, qui dum Ethnicorum sui temporis enumerat vitia, haec habet: *Et ut quae levia sunt atque usitata dicamus, qui hereditates captent, testamenta supponant, justos heredes vel auferant vel excludant; qui corpora sua libidinibus prostituant;*

qui denique immemores, quid nati sint, cum feminis patientia certent etc. V, 9. Solan.

Ead. l. 20. *Εὐκράτην*) Hujus meminit idem *Lucianus* in Somnio sive Gallo sub finem. Est apud *Aristophanem* in Equit. Eucrates, qui cum molitor esset, et dives, tamen rempublicam administrabat. Cogn.. Fictum prorsus (ut multa in sequentibus, ad Dialogum usque X.) videtur nomen. Sed Romae, ea potissimum aetate, non deerant veri homines, quorum hic Eucrates personam gerit, quamvis *Lucianus* Graecis omnes nominibus insigniat. Solan.

Ead. l. 21. *Πεντακισμύριοι*) Numerus infinitus pro finito, hoc est, septem. Cogn. *Benedictus, quinquagesies mille.* Quanto rectius *Micyllus, quinquaginta millia!* Gron.

Pag. 151. l. 1. *Ἐπιμετρήσας*) *Julian.* Caesar. p. 326. C. *ἐπιμετρούντων ὑμῶν (τῶν θεῶν) τῆς βασιλείας μοι τὸν χρόνον.* De Hiskiae vita quindecim annis cumulata idem verbum apud Patres Ecclesiasticos usurpari solet. Hemst.

Ead. l. 14. *Πολλὰ κἀκεῖνος εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐπελπίζει*) Vertunt: *ille etiam saepe admodum scite ipsos lactat et spe inani pascit.* Sed *ἐπελπίζειν* qui usurpet, aut qui in hac notione usurpet, novi neminem. Persuasi itaque mihi legendum esse *ἀπελπίζει*, *ad desperationem eos redigit: ἀπελπίζειν* enim est desperare, et cum casu quarto, ad desperationem redigere. De Iolao, qui reviruit, vide *Hyginum* Fab. 103. Graev.

Ead. l. 15. *Διαβουκολεῖ*) *Lactat, πλανᾷ.* Bourd.

Ibid. *Ἐπελπίζει*) Liceat mihi hic dissentire ab viro clarissimo, notante ad hunc locum, se, qui *ἐπελπίζειν* usurpet, aut qui in hac notione usurpet, novisse neminem; itaque se sibi persuasisse legendum *ἀπελπίζει*. *Noster* utique *ἐπελπίζειν* habet in Timone, *Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες, ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες.* Fateor, non in eadem, qua hic, ibi ponitur notione *τὸ ἐπελπίζειν*. In eadem tamen, qua hic, notione id verbi agnoscit *Suidas*, et ex auctore, quem non nominat, probat: *Ἐπελπίζων, εἰς ἐλπίδας ἄγων. Τὰ μὲν αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσι· τὰ δὲ ὑποσπείρων αὐτοῖς ὀλίγα κέρδη.* Ceterum non videntur bene quadratura, *διαβουκολεῖ καὶ ἀπελπίζει*, quemadmodum legi vult V. Cl. cum e contrario optime, etiam huic loco, conveniat, *scite lactat et spe alit*, Eucrates nempe adulatores suos, eosque *ἐπ' ἐλπίδος ἀεὶ ἔχει*, ut loquitur *Noster* in de Mercede Cond. c. 7. dum grandaevus exiguum tempus videtur fore superstes. Sic *Noster* in Tragopodagra v. 29. *Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι, Vana spe stulte lactati.* *Euripides* quoque in Phoenissis v. 399. *Αἱ δ'*

ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος, *Spes vero lactat profugos, ut ajunt.* At, ne quid dissimulem, *Thomas Mag.* hoc in *Luciani* loco non ἐπελπίζει, sed ἐλπίζει legit; ut liquet primo apud eum in voce Βουκολεῖν, deinde in ipsa voce Ἐλπίζω· ubi de hoc verbo ita: ἘΛΠΙΖΩ οὐ μόνον τὸ προσδοκῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς ἐλπίδας ἐμβάλλω. *Λουκιανὸς ἐν τοῖς Νεκρικοῖς· Εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐλπίζει. Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· Ὁπόσοι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν, ὡς λήψονται Σικελίαν.* Haec *Thomas*, qui ex ultimo tamen *Thucydidis* loco videtur vel τὸ ἐπελπίζειν idem judicasse, quod τὸ ἐλπίζειν· vel in *Luciano* revera legisse ἐπελπίζει, et ab editoribus corruptus esse; quod sicut fieri quidem potuit, ita parum ad sensum refert, utrum in *Luciani* hoc loco ἐπελπίζει, an ἐλπίζει, vere legendum sit, cum et ipsum ἐλπίζω, sive poëticum ἔλπω pro *spem facio, injicio, ad spem adduco,* usurparint veteres. Sic certe *Homerus* Odyss. B. v. 91.

Πάντας μὲν ῥ᾽ ἔλπει καὶ ὑπέσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ·

quod ἔλπει *Hesychius* ἐλπιδοποιεῖ, *Scholiastes* vetus et *Eustathius* εἰς ἐλπίδας ἄγει exponunt. Pro ἐλπίζω, ut modo dixi, poëtae ἔλπω, unde ἀέλπων, *desperans, non sperans;* quae vox instauranda apud *Hesychium:* nam ubi legitur Ἀελπέοντες, μὴ ἐλπίζοντες, ne dubita genuinum esse Ἀέλποντες· idque, ut innumera alia, sumsit *Hesychius* ex *Homero*, apud quem Il. *H.* v. 310. legitur,

Καὶ ῥ᾽ ἦγον ποτὶ ἄστυ, ἀέλποντες σόον εἶναι.

Habet quidem, fateor, *Suidas* ἀελπέων· sed sine auctoritate; nec dubito, quin legendum sit ἀελπτέων, quod ab ἄελπτος dixerunt Graeci, ut docet auctor *Etymolog. M.* Nec num ἐλπέω dixerint, certo sciri potest eo, quod *Hesychius* adfert ἔλπεον. Jens. V. *Jens.* Lect. Luc. V. *Hemsterh.* p. 7. *Th. Mag.* ἐλπ— legisse videtur. Sic *Thucyd.* VIII, 1. θειάσαντες ἐπήλπισαν ὡς λήψονται Σικελίαν. et Od. *B.* 91. *N.* 380. Solan. Ἐλπίζει *Thomas Mag.* habet in Βουκολεῖν et Ἐλπίζω, utrum vitioso codice deceptus, an ipse male multatus a librariis, haud omnino mihi exploratum est. Si quis *Thomae* patrocinari velit, non inepte putet, eum scripsisse, Ἐπελπίζω οὐ μόνον τὸ προσδοκῶ, quod rectum esse mox patebit, et in *Luciani* verbis, καὶ ἐπελπίζει, quia subjectus *Thucydidis* locus, ubi literis expressis ἐπήλπισαν, prioribus, nisi ita refinxeris, convenire non videtur; quanquam obstare nonnihil fateor iteratum illud ἐλπίζει in Βουκολεῖν· nec de menda quicquam subodoratus fuit *Nicol. Loëns.* Epiphyl. II. c. 23. Hoc utcunque fuerit existimatum, in *Luciano* certe ἐλπίζει nullo modo tolerari potest: licet enim in *Homero* simplici verbo ἔλπειν addi-

ta sit virtus activa εἰς ἐλπίδας ἄγειν, oratio tamen prosa illum usum τοῦ ἐλπίζειν constantissime repudiavit: recte sive *Ammonius*, seu *Herennius Philo*, et prorsus adcommodate: "Ἤλπισαν καὶ Ἐπήλπισαν διαφέρει· Ἤλπισαν μὲν γὰρ αὐτοί τινας ἐλπίδας ἔχοντες περί τινος· Ἐπήλπισαν δὲ ἕτεροι ἑτέρους, εἰς ἐλπίδα ἤγαγον. Quamobrem vulgatae bonitatem lectionis optime contra *Graevium* adseruit *Jensius*: alienum est ἀπελπίζειν, atque abhorret a *Luciani* proposito: neque eum errorem non facile vitasset vir magnus, nisi mentis acies vel contentione fatigata, vel alibi fuisset occupata. Ipsum hoc ἐπελπίζειν, *spem facere, spe proposita lactare et frustrari*, jam *Stephanus* adnotaverat Th. T. I. p. 1199. *Thucydidis*, *Luciani* et *Suidae* auctoritate munitum: ad *Thucydidis* locum, qui sub initium est libri VIII. *Scholiastes* interpretatur, εἰς ἐλπίδας ἐμβάλλειν. In Grammaticis et *Suida* saepius occurrit explicandis proximae potestatis verbis adpositum: Ἐψυχαγώγησε, ἐπήλπισε etc. *Bato* apud eundem in Πυθαγόρας Ἐφέσιος, αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσι· quam partem in Ἐπελπίζων omisso scriptoris nomine proponit. *Dion Cass.* p. 893. C. καὶ τοῦ πολέμου, ᾧ μάλιστα ἐβαρύνοντο, ἀπαλλάξειν ἐπελπίσας. *Appian.* de B. Pun. p. 66. D. καὶ ἐπήλπισαν (Φαμαίαν) περὶ πλειόνων· de B. Mithr. p. 216. πολλὰ περὶ Ἀσίας αὐτῷ καὶ τῶν ἐγγὺς ἐθνῶν ἐπελπίζοντες· ubi legendum αὐτὸν, ut apud *Joseph.* A. J. XIII. c. 12. §. 2. XV. c. 7. §. 1. alioqui sensus foret, *multum in eo spei de Asia finitimisque gentibus habentes repositum*; quod a sequentibus et *Appiani* mente longe discrepat: nam *Gelenius* quidem interpres plane aberrat: de B. Ann. p. 341. C. καὶ τοὺς ἔνδον ἐπελπίζων. Non aliter Graeci Ps. CXVIII, 49. Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με· illud paullo plus abit IV. Reg. XVIII, 30. Καὶ μὴ ἐπελπιζέτω ὑμᾶς Ἐζεκίας πρὸς (vel ἐπὶ) Κύριον· *et ne vos frustretur Ezekias spes vestras ad Dominum convertendo.* Structura mutata diversam huic verbo significandi formam induit, ἐπελπίζειν τινὶ, *spem in aliquo collocare et repositam habere*: *Heliodor.* VII. p. 356. τὸ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότα φαῦλον εὐμενείᾳ τῇ παρὰ τῶν κρειττόνων ἐπελπίζειν· plenius *Socrates* H. E. VIII. c. 16. τοὺς ἐπηλπικότας ἐπὶ τῷ ἐσταυρωμένῳ. Fit autem aliquando, nihil ut a simplici ἐλπίζειν fere differat ἐπελπίζειν· *Pausan.* IV. p. 342. καὶ ὁ μὲν ἐπήλπιζεν, Ἀθηναίων δυνηθέντων ναυτικῷ, κάθοδον ἔσεσθαι σφίσιν ἐς Ναύπακτον· finitimum est *Nostri* ἐπελπίσαντες in Tim. §. 21. et *Scholiastae Pindari* ad Isthm. Z. 50. ἔσχατα ἐπελπίζοντες. Haec certe fidem conciliant egregio Codici Cass. qui solus habet exquisitius, καὶ ἅμα ἐπελπίζων ὡς καὶ μεταβαλεῖται, in *Thucyd.* VIII, 54. nihil

oberat, quo minus *Pausaniae* placere potuisset, ὡς κάθοδος ἔσεται σφίσιν. HEMST.

Pag. 152. l. 2. Τὸν κλῆρον ἐν σφίσι δ. βόσκονται) Si consideratius adtendas, videtur istud orationis membrum nonnulla parte laborare. Memini, cum placeret, τὸν κλῆρον ἐλπίσι διῃρημένοι βόσκονται· nam et praecedit ἐπελπίζει, et paullo post ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων sequitur. *Cicero* pro Cluent. §. 72. *Hic ille planus improbissimus, quaestu judiciario pastus, qui illi pecuniae, quam condiderat, spe jam atque animo incubaret.* Tum ἐλπίσι praeditum est tali dote, quae ad utrumque verbum διῃρημένοι et βόσκονται apte congruat: proverbium non ignotum, *Αἱ* δ' ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτοὺς, notavit *Schol. Euripid.* ad Phoen. v. 399. *Αἱ* δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος· eodem spectat illud *Sophoclis*, Ἐλπὶς γάρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν· quae fuerunt *Heraclito* observata de All. Hom. p. 453. τὰς ὑπηνέμους ἐλπίδας, (ita legendum pro συνηνέμους ἐλπ.) αἱ βόσκουσι τὸν βίον ἡμῶν· hinc eleganter Παμβῶτις τύχη, ἐλπὶς παντοτρόφος, apud *Hesychium* ex veteri Tragico: atque ut βόσκειν et βόσκεσθαι, sic et βουκολεῖν et βουκολεῖσθαι χρησταῖς, ἀγαθαῖς, vel κεναῖς, ἀπατηλαῖς, ψεύδεσιν ἐλπίσι passim frequentantur. Quod si quis tamen vulgatum mordicus tenere malit, hoc pacto sensum capiet: *Hi vero jam sorte inter se divisa pecudum ritu securi pascuntur, vitam beatam sibi adtribuentes, rationibus suis adscribentes*, ea τοῦ τιθέναι potestate, quam ad Dialogum superiorem exposuimus: βόσκειν vero de hominibus etiam usurpari, sed saepe cum contemtu quodam et contumelia, ut significetur, eos pecoribus similes et abjectissimos esse, docet *C. A. Dukerus* ad *Thucydid.* VII, 48. Praeterea paullo inferius ἡκέτωσαν, etsi non ignorem usum ejus verbi, in his etiam dialogis, de iis, qui vita functi ad inferos descendunt, si scriberetur ἑλκέσθωσαν, haud equidem adspernarer: ad eam nos conjecturam vocabuli violentioris, quod commode jungatur cum ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων, invitat ipse Pluto, qui scilicet jam ante dixerit, κατάσπασον ἐφεξῆς ἅπαντας, et mox κατάσπα. Non videbantur aequo animo et sponte sua descensuri, quos tanta somniatae felicitatis spes repente destitueret, sed trahi eos obtortoque collo rapi oportebat: debuit sane Mercurius aliquando per vim asperius protrudere renitentes, ut perquam facete *Noster*, quo nemo melius res inferorum ad unguem calluit, narrat Dial. XXVII. et Catapl. c. 9. ἕλκετε αὐτὸν, et c. 11. σύρετ' αὐτὸν εἴσω τοῦ ποδός. Quod autem mox τὸν ὀνειροποληθέντα πλοῦτον, id plane similiter dixit scriptor aliquis (*Aelianum* auctorem stilus indicat) apud *Suidam* in

Κορνοῦτος· μηδὲ μὴν ὀνειροπολοῦντες τὴν ἐκ κλήρου διαδοχήν. Hemst. De ἐλπίσι quod vult *Hemsterhusius*, admodum sane probabilis res est, multo etiam probabilior, imo certissima foret, si ullum ejus lectionis vestigium exstaret, aut ἐν σφίσι minus facile defendi posset: altera autem conjectura ἑλκέσθωσαν supersedere facilius possumus: nam κατασπᾶν proprium est de Mercurio, invitos mortuos deducente, vocabulum, et *Nostro* solenne, ut Pluto non ideo cogitandus sit commotiori quodam animo haec proferre: imperat modo, non irascitur: atque sufficit, quin etiam optime convenit, ἡκέτωσαν. De verbo ὀνειροπολεῖν haec *Hemsterhusii* junioris adnotata adponere placet: „Cultissimus *Achilles Tatius* l. V. „p. 349. Οὐκ ἔτι δέομαι πολλῶν ἡμερῶν καὶ γάμου μακροῦ, ὃν „ἡ δυςτυχὴς ὠνειροπολοῦν· nimirum, ut opportune *Virgilius* „Ecl. VIII.

„*Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?*

„ὀνειροπολοῦσι. Ad hanc formam *somniatas opes* dixit *Tertul*„*lianus*. Paullum aliter de Pythagoreis adfirmat *Clemens*, „eos τὴν μετένδεσιν ὀνειροπολεῖν τῆς ψυχῆς· *Aristophanes* Nu„bib. Ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικην." Lehm.

Ead. l. 5. Ἰόλεως) Hic cum ad decrepitam aetatem pervenisset, Herculis precibus juventuti restitutus est, ut *Ovidius* fabulatur Metam. IX, 398.

— dubiaque tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.

Cogn. V. *Ovid.* Met. IX. *Hesiod.* Scut. H. initio, et *Hygin.* 103. *Scholiastes* hic turpiter erravit. Solan.

Ead. l. 6. Κακοὶ κακῶς) Sic idem passim: *Aristoph.* in Plut. *Aristaen. Heliod.* Bourd.

Ead. l. 11. Πρωθήβης) Vox *Homero* familiaris, quam hic mendose pleraeque exhibent edd. Sed recte eadem Syr. c. 35. V. Il. I. 445. Solan. Vid. ad Somn. in. Lehm.

Pag. 153. l. 18. Π ρ ὸ ς ἡ δ ο ν ὴ ν] quorsum referendum, quaeras, si nulla id distinctione, ut in Edd. *Hemst.* et *Schm.*, indicetur. Ad antecedens vero χρήσασθαι referendum, res ipsa declarat: et illuc retulerunt veteres interpretes juxta ac recentiores, quamquam in Edd. plerisque vett. post δυνάμενον commate posito significatum clarissime, πρὸς ἡδονὴν referri debere ad ἀποθνήσκειν· absurdissime sane. E talibus exemplis luculenter patet, interpunctionis leges non minus diligenter, quam pronuntiationis, esse observandas. Paulo post in Terpsionis verbis lectionem duorum Codd. Pariss. ταύτης praeferendam censuit *Belinus* vulgatae ταύτην, pro-

pterea scilicet, quod pro *ταύτην*, quod ad Parcam simul et Naturam referendum sit, scribi debuisset *ταύτας*. Non adtendit itaque securus Criticus, cum ipsis his duobus Subjectis conjunctum esse Verbum Singulari numero *διέταξε*, neque etiam scivisse, aut certe non cogitasse, videtur, secundum quam linguae legem id fieri optimo jure possit. Omnino etiam *αἰτιῶμαι* h. l. sine Objecto positum paullo durius videretur. LEHM.

Pag. 154. l. 3. *Ἀναστρέφεσθαι*] *In contrarium converti, aliter prorsum se habere:* parissime in Cataplo: *εἰρήνη δὲ πᾶσα, καὶ τὰ πράγματα εἰς τοὔμπαλιν ἀνεστραμμένα.* HEMST. I.

Ead. l. 5. *Οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα*) *In quatuor famulos incurvatus.* Idem Nigrino. BOURD.

Ead. l. 6. *Κορύζης μὲν τὴν ῥῖνα, λήμης δὲ* etc.) Hae vel praecipuae sunt earum vocum, quarum usu frequenti tam proprio quam figurato insignis est *Lucianus* et notabilis: vix enim ullum alium reperias scriptorem, ubi toties recurrant. Multa *Stephanus* collegit Ind. Thes. in *Κόρυζα*· alia *Gatakerus* ad *M. Antonin.* IX. §. 29. neutri tam sedula fuit diligentia, ut *Luciani* penum exhaurire potuerit. Dicemus opportuniore loco. HEMST. Senium non injuria veteres adpellare *malam artem* consueverant, in quod tanta malorum incubuerit cohors: *Noster* eadem ferme senectutis incommoda recensuit Dial. 5. sed ibi *καὶ λημῶντα προσέτι καὶ κορυζῶντα*, aliquanto brevius quam hic, dixerat. *Κόρυζαν* vocari *mucum illum et humiditatem seu aetatis seu naturae vitio e naribus destillantem*, pernotum est; *Hesych.* *Κόρυζα, μύξα, κατάῤῥους, περὶ κεφαλὴν πάθος*· ita distingue: si cui provectae parum aetatis homini praeter modum nares fluere viderent, et muco oppletas, id existimabant indubitabile torpentis ingenii, et stultae simplicitatis signum: *εἰς μωρίαν διέσκωπτον τοὺς ῥεομένους ἐκ τῶν μυκτήρων*, inquit *Eustathius* ad Od. Ξ. in homine enim sene hoc aetatis potius culpa contingere ponebatur: meminerunt etiam Physiognomones: hinc voces apud Graecos *mucum* seu *pipitam* designantes venuste solent pro *stultitia* et *inani vanitate* usurpari: *Luciano* sane id in hac significatione vocabulum placuisse constat: nullius tam adcurata fuit in exemplis colligendis diligentia, ut omnia potuerit exhaurire: istis igitur, quae *Stephanus* in Thesauro, et perfectae vir eruditionis *Gatakerus* ad *M. Antonin.* lib. IX. §. 29. congesserunt, haec praeterea ex *Auctore nostro* accedant: adv. Indoct. c. 21. *πρεσβῦτις ξένη αὐτῷ τἀληθὲς εἰποῦσα ἔπαυσεν αὐτὸν τῆς κορύζης*· de Morte Peregr. initio: *πολλά τοίνυν δοκῶ μοι ὁρᾶν σε γελῶντα ἐπὶ τῇ κορύζῃ τοῦ γέροντος*· eleganter et

saepe de senibus hac vocis istius notione utitur *Lucianus*: non praetereundus insignis in Navigio locus c. 45. *καίτοι ἑνὸς τοῦ ἀναγκαιοτάτου προσδεῖ, ὅς περιθέμενόν σε παύσει μωραίνοντα τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας·* venusta loquendi ratione, et more *Lucianeo* ad *Homeri* exemplum conformata: ille enim poëtarum ocellus Il. IX. *Γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα*, quod est *ἀφελὼν*, interprete *Hesychio*. *Homeri* locum respexit et *Eunapius* in *Libanio*: *δέσποινα νεόπλουτος καὶ τὸ γῆρας ἀπεξεσμένη·* *Theophanes* etiam non invenuste Homil. 14. de Thamare: *αἱ δι' ἀκολασίας ὑπερβολὴν ἀποξύσασαι τοῦ προσώπου πᾶσαν αἰδῶ*. Potuisset etiam pure scripsisse *Noster* et ad *Platonem* *ἀπομύξας·* sic enim magnus ille Philosophus p. m. 582. B. *ὅτι τοί σε κορυζῶντα περιορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον·* et *Pollux* II, 78. *Τὸ δὲ ῥεῦμα (τῆς ῥινὸς) μύξα κατὰ Ἱπποκράτην· κόρυζα κατὰ Ἀττικούς· τὸ ταύτην ἀφαιρεῖν, ἀπομύττειν·* *Diogenes* ad illum, cui servus calceos induebat, apud *Laërtium*, *Οὔπω μακάριος εἶ, ἂν μή σε καὶ ἀπομύξῃ*. Praeterea nomen idem *fastum ridiculum, et inani gloria inflatum animum* significat, quae certissima mentis male sanae sunt indicia: egregie Dial. 20. has enumerat caussas *Lucianus*, quae Empedoclem in Aetnam insilire compulerint: *κενοδοξία καὶ τῦφος καὶ πολλὴ κόρυζα·* minus a nostra aetate remoti scriptores usum hujus vocabuli avide captarunt: inter eos politissimus *Cinnamus* Histor. lib. IV. de Demetrio: *Οὗτος πολλάκις περὶ τὴν ἑσπέραν καὶ ἔθνη πρεσβεύσας Ἑλληνικὰ κορύζης μεστὸς ἐκεῖθεν ἐπανήκει, καὶ ἐτερατεύετο ἄλλα τε πολλὰ* etc. et frequenter *Nicetas Choniates*. Inde *κορυζᾶν*, quod apud *Nostrum* saepe indicem senilium annorum mucum significat; ita facetissime in Jove Tragoedo: *ἀλεκτρυόνα μόνον κατέθυσε γέροντα κεῖνον ἤδη καὶ κορυζῶντα·* ut alia praeteream: Grammatici, *stolidum atque insulsum esse* exponunt: *Hesych. Κορύζει, ξαίνει, μωραίνει· Κορύζων, μεμωραμμένος.* malit *Martinius Κορυζᾷ*, et *Κορυζῶν·* id enim et a *Suida* confirmari videtur: *Κορυζῶν, μεμωραμμένος ἢ μυξάζων.* Ne tamen immerito quis damnet *τὸ κορύζειν*, *Polybii* intercedit auctoritas: sic enim Ecl. 144. *Περὶ Πρεσβ.* scribit: *πᾶσαι μὲν ἐκόρυζον αἱ πόλεις, πανδημεὶ δὲ, καὶ μάλιστα πᾶσ' ἡ τῶν Κορινθίων·* est autem hoc loco, *superba quadam indignatione sese efferebant*: nonnemo tamen, ut credo, hic malit *ἐκορύζων* restitui: male itidem in *Glossis* scribitur: *Pipitat, κορυζιᾷ*. Sed illud in *Hesychio* *ξαίνει* me solicitat, prorsus enim illius notio cum *κορυζᾶν* disconvenit: *μωραίνειν* et *μυξάζειν* in *Suida* videmus conjuncta: quid itaque si pro *ξαίνει* legamus *μυξάζει*. sed me rem acu tetigisse ipse mihi non satis persuadeo: aliam in

Suida dabo verissimam emendationem, quae molestiam hujus incertae compenset: *Βουκόρυζαν, τὴν μεγάλην κόρυζαν· καὶ κορυζᾶν τὸν ἰσχυρῶς κορύζοντα· Μένανδρος.* primo *κορυζῶντα* debere legi non praeteriit Eruditiss. *Kusterum*; quanquam et alterum, ut dixi, forte valeat: sed pro *κορυζᾶν* ponendum existimo *βουκόρυζον·* huic enim lectioni concinne convenit addita interpretatio: confirmat *Hesychius*: *Βουκόρυζος, ἀναίσθητος, ἀσύνετος·* mirum, ni ipsum prae oculis habuerit *Menandri* locum. Quae apud Atticos *κόρυζα*, a communi dicitur et recentiori Graecia *μύξα· μύξαν* enim, si Medicos excipias et *Aristotelem*, apud veteriorum neminem, qui puritati Atticae studuerunt, reperies: de *Aristotele* vero notatur, illum non tantum in philosophia populares opiniones, verum etiam in scribendo communem vocabulorum usum fuisse sequutum: utitur autem varie voce deducta *μυξώδης* de omni re, quae *mollis et ex lento humore composita*; hinc *ὑγρότης* et *γλισχρότης μυξώδης* plus una vice, et *μαλακὸν καὶ μυξῶδες* conjunxit. *Μύξαν* translate pro *fastu* posuit et *adrogantia* *M. Antoninus* de Rebus suis lib. IX. §. 29. *φιλοσόφως πρακτικὰ ἀνθρώπια μυξῶν μεστά·* erudita ad eum locum est et lectu digna *Gatakeri* nota. De *Blenno*, quae vox *mucidum* et *insulsum* significat, ejusque origine inspice *Vossium* quoque in Etymologico: addenda est *Hesychii* glossa: *Λέμφοι, αἱ πεπηγμέναι μύξαι· Λέμφος, ὁ μυξώδης καὶ μάταιος, δηλοῖ δὲ τὸν ἀνόητον καὶ ἀπόπληκτον·* rem plenius illustrat *Eustath.* ad Od. Ξ. p. 1761. legendus etiam *Thomas*, qui ab Atticis hominem senem et gravedine laborantem *λεμφὸν* dici notat: inde *Menander γέροντα λεμφὸν* vocat, ut *Ammonius* habet: *Lucilium* adpellat *emunctae naris Horatius* Sat. 4. Lib. I. ad quae proba est *Acronis* nota: *significat sapientem, quia e contrario mungosum stultum adpellamus*: vox meis auribus inexspectata *mungosus*; neque tamen obelo configendam puto, etsi cogitarem de *mucoso*, quod in *Philoxeni* Glossis legas: *Muccosus; μύξων·* paullo aliter commentator ineditus: *tersae vel mundae, emunctae naris est, qui deridet alios fortiter*: *Horatium* cum in hac loquendi ratione tum in aliis saepius imitatum esse *Hieronymum* scio. Vid. *Erasm.* Chil. II. Cent. VIII. Ad. 59. Idem non praeteriit alterum illud *ἀγκῶνι ἀπομύττεσθαι*, cui congruit, quod *Horatio* quidam acerbo convicio exprobravit, *Quotiens vidi patrem tuum brachio se emungentem?* ut in suavissimi poëtae vita narratur. *Λήμη* sequitur in *Luciano*, quae *pituitam et concretum oculorum liquorem* designat: hoc modo cum visus impediatur, *λημᾶν* frequenter apud *Nostrum* pro *caecutire* sumitur: ut in Jove Trag. *ἀλλ' εἰ μὴ πάνυ λημῶ*

λίθου τοῦ λευκοῦ πεντέληθεν οἶμαι λιθοτομηθεῖσα. adv. Indoct. *εἴγε καὶ χύτραις λημῶντες τυγχάνοιεν·* dicitur enim proverbio *κολοκύνθαις καὶ χύτραις λημᾷν*, ut observarunt *Hesychius* in *Λημᾷν* et *Χυτραις λημᾷς*, *Suidas* et *Paroemiographus Vaticanus:* hunc ipsum vero *Luciani* locum respexit *Scholiastes Aristoph.* ad Nub. v. 327. ubi phrasin a *Luciano* usurpatam *χύτραις λημᾷν* ut raram et audacius adinventam notat: in Timone: *λημᾷς δὲ καὶ ἀμβλυώττεις·* liquidius etiam in Fugitivis: *Οὔτε ἡμᾶς ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾷν δυνάμενοι, ἀλλ' οἷον λημῶντες ὑπὸ τοῦ ἀμβλυώττειν ἀσαφές τι καὶ ἀμυδρὸν ἡμῶν εἴδωλον ἢ σκιὰν ἐνίοτε ἰδόντες ἄν·* quo plura? suavissime *Comicus* ad mentis et ingenii caecitatem verbum hoc transtulit Pl. v. 581. *Ἀλλ' ὦ Κρονικαῖς γνώμαις ὄντως λημῶντε τὰς φρένας ἄμφω·* versiculum *Aristophanis* vulgo placuisse, ex imitandi studio patet: *Gregorius Palama*, mentem inducens corpus in jus vocantem, *αὐτὴ δ' ἐγώ*, inquit, *κρονικαῖς λήμαις ἐπισκοτοῦμαι·* et *Theophylactus* in Epistolis: hinc etiam Epicurus ridicula corruptione *Democritum* adpellare consueverat *Λημόκριτον*, teste *Hesychio Illustri.* Sed Attice et argutissime Pericles *τὴν Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως*, teste *Aristotele* Rhetor. III. c. 10. et *Plutarcho* in Pericle p. 156. ubi *Interpretis* errorem ex dictis non difficulter emendabis. Praeterea *γλαμᾷν* Attici usurparunt, et ex *Aristophane*, qui *γλάμωνα* dicit, *Scholiaste* ejus, *Hesychio*, *Suida* et *Etymologo* patet: *Hesychius* etiam: *γλαμὸς, μύξα*, quae vox ab eadem pendet origine: in *Etymologo* mendum residere arbitror, cum scribit: *Γλαμυρὸν καὶ γλαμῶδες ὑγρὸν καὶ καιόμενον δακρύοις ὄμμα·* nihil succurrit melius, quam *ῥεόμενον·* Attici vero uti multa e dialectis sumserunt, ita quoque a Doribus et Aeolibus hoc ipsum *γλαμᾷν* et *γλάμων*. Inde Romani, docente *Vossio* in *Etymol gramias* derivarunt et *gramiosos:* Glossae veteres habent, *Grama, λήμη.* Rem ipsam non ineleganter expressit apud *Rutilium Lupum Lycon* in illo characterismi exemplo prorsus egregio: *Primum oculis mero madidis, humore obcoecatis, visu gravidis lucem constanter intueri non potest:* viden' oculos humore obcoecatos, id est, *λημῶντας*; Sed quid facias *oculis visu gravidis?* legendum judico, *visu gravibus: oculi visu graves*, qui visus integrum non habent usum: alterum non placet. HEMST. I.

Ead. l. 7. *Ἔμψυχόν τινα τάφον*) Terpsion Thucritum senem decrepitum *vivum sepulcrum*, sive *cadaver* adpellat, qua proverbiali figura utitur *Sophocles* in Antigone. Huc pertinet etiam illud Mimi *Laberii* apud *Gellium: virilis sexus nil nisi nomen retineo.* COGN. Ex *Erasmi* Chiliadibus descri-

pta in *Vivum cadaver: Vivum sepulcrum.* Pleraque *Gilb. Cognatus*, quae quidem paullo sunt doctiora, aliis debet; quibus solicite demonstrandis operam navare non est animus. Vultures *Gorgias* ingenii vitio tumide dixerat ἐμψύχους τάφους, damnatus propterea non solum, sed irrisus etiam a severioribus arbitris: vide *Longin.* de Sublim. p. 18. et Comment. Quamvis sublimiorem figuram, si commode, flexu totius orationis adjuvante, ponatur, et ratione defendi et exemplis posse existimem, facile tamen dedero castigatius usurpasse *Lucianum* de *silicernio*, vel *sene capulari*, qualem, cum debilitatis animi corporisque viribus sepulcro quam vita longiore dignior est, non tantum τυμβογέροντα Graeci, praesertim Comici, sed et σορὸν et σορέλλην per convicium adpellitare solent. HEMST.

Ead. l. 9. Ἄνω ποταμῶν) Ἄνω ποταμῶν χωροῦσιν αἱ πηγαί. Proverb. in ea, quae accidunt ἐναντία τῶν ὀφειλόντων. Repetit de Merced. cond. Utitur *Aeschyl. Eurip. Aristoph.* BOURD. Mutilus videri possit hic locus; sed in ejusmodi proverbialibus locutionibus saepius invenias aliqua sui parte truncata adferri verba. *Euripidis*, ad quos adludit, versus scholium exhibet ex Med. 410. Proverbium, de quo fuse Paroemiographi, et ad eos *Andreas Schottus*, *Menag.* ad *Diog. Laërt.* p. 193. p. 139. E. *Hesychius* observat, *Aeschylum* eo proverbio usum esse. V. *Hemsterh.* p. 31. παροιμία δὲ τοῦτο (inquit *Scholiastes Euripidis* ad hunc locum) ἐπὶ τῶν εἰς τὸ ἐναντίον καὶ παρὰ τὸ προσῆκον μεταβαλλομένων πραγμάτων. SOLAN. Expositum a *Paroemiographis* proverbium: recte *Hesychius*: Ἄνω ποταμῶν, παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ᾽ ἐναντία γενομένων· κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης· nequicquam igitur *Euripidi* in Medea originem adsignant hujus proverbii, si jam ante hunc Tragicum *Aeschylus* eo fuerit usus: quos alii laudarunt, auctoribus addatur *Libanius* ad Theod. qui singulari ratione et eleganti hanc usurpat paroemiam: ἦ οὖν ἕτερον δεῖ σε γενέσθαι σήμερον, καὶ ἄνω τῶν ποταμῶν πορευθῆναι τὸ πρᾶγμα, id est, *et naturam ipsius rei prorsus inverti.* HEMST. I. Cf. et *Boissonad.* ad *Nicet.* IV, 302. et qui ibi laudantur. LEHM.

Ead. l. 12. Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει) Leg. *Erasm.* BOURD. *Erasmus* prolato *Luciani* loco haec addit: *Id est, Nunc id evenit, quod vulgo dici solet, Plaustrum saepenumero bovem ipsum aufert. Translata metaphora a plaustris per declive retro labentibus, unaque secum bovem auferentibus.* Labitur, ut saepius, quam a quoquam hactenus animadversum fuit, in adagiis explicandis, ingens patriae nostrae decus, cujus errores magnis virtutibus compensatos illa litera-

rum tum primum renascentium rudimenta satis excusant. Ἐκφέρειν ea, qua voluit, potestate sumtum mihi quidem non adprobabit: hic certe, si rectum foret, vertendum erat, *plaustrum bovem saepe effert, ejusque funus ducit.* Tum neque illud satis commode, nec ad ingenium linguae Graecae, quod paroemiam hunc in modum integram reddat, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἐλαύνει· sequi debuerat Grammaticos praeeuntes, qui ἕλκει vel adjiciunt, vel supplendum esse monent. *Mich. Apost.* C. IX. n. 66. Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν) Λείπει τὸ ἕλκει· ἐπὶ τῶν ἀντεστραμμένως τι ποιούντων· *Diogenian.* C. III. n. 30. nec Graeci tantum, sed et nostrates hoc ipso similive proverbio rerum ordinem inversum praeposterumque significare solent. Non alia *Luciani* mens, qui sane nihil hic discrepans indicare voluit ab istis praecedentibus, ἀναστρέφεσθαι δὲ μηδαμῶς, et ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε. Jam si hanc sententiam *nostri* scriptoris, uti decet, pro explorata teneas, locum tueri nequit supervacuum illud, quin imo putidum, πολλάκις ἐκφέρει· quis unquam iis verbis aut additis, aut ad integrandam paroemiam est usus? Quocirca, ut dicam, quod res est, vehementer suspicor, adsumentum hocce ab indole proverbii tam alienum deberi incauto lectori, qui, ubi funerum ducendorum mentionem fieri videbat, istiusmodi verbum nimis liberaliter adtexuit: resecueris inutilem caudam, quanto rotundius atque ornatius exibit oratio? Νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν. Confer initium Dial. VIII. Hemst.

Pag. 155. l. 1. Ἐπιχαίρετε) Melius ἐπιχαίνετε. Bourd. *Bourdelotius* recte vidit, legendum esse ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε, *alienis inhiatis*: et firmant excerpta Ms. vulgatum ἐπιχαίρετε est ab hoc loco alienissimum. Graev. Ἐπιχαίνετε) Genuina haec lectio reperitur in Ms. Gr. P. L. et ed. J. Usurpat etiam *Demosth.* p. m. 278. A. In reliquis corrupte ἐπιχαίρετε. eodem vocabulo usus est sub finem Dial. praeced. οἱ δὲ προαπίτωσαν αὐτοῦ μάτην ἐπιχανόντες. Solan. Ἐπιχαίνετε, pro vulgato ἐπιχαίρετε, tam promta emendatio, ut ne *Bourdelotium* quidem effugerit: suam ipse locutionem facile defendet *Lucian.* Dial. superiore, μάτην ἐπιχανόντες· et in Tim. ἐπικεχηνότες μόνον τῷ χρυσίῳ. alterum vix Graecum; dicendum fuerat, ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐπιχαίρετε, quemadmodum in *Jamblichi* Protr. Μόνη γὰρ αὕτη ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν οὔτε ἐπιλυπεῖται ἀγαθοῖς ἀλλοτρίοις, οὔτε ἐπιχαίρει κακοῖς τῶν πέλας· unde pessimum hominum genus ἐπιχαιρέκακοι sunt dicti. Ceterum est ad heredipetarum materiam ita conveniens *Libanii* locus T. I. p. 947. A. ut describendi laborem subterfugien-

dum mihi non putem. Ἦν δέ τις ἀνὴρ ἐν Αἰγύπτῳ φιλοχρήματος· οὗτος ἐποιεῖτο φίλους, οἷς παῖδες οὐκ ἦσαν, ὅπως αὐτοῖς αὐτὸς εἴη παῖς· γενόμενος δὲ ἐξ ἀπόρου πλούσιος εἰς τὰ τῶν τελευτώντων εἰσιὼν, ἤχθετο τοῖς ἔτι ζῶσι τουτωνὶ τῶν πατέρων. Μακαρίζοντος δὲ ποτὲ αὐτὸν ἀνδρὸς ἑτέρου τὰ αὐτὰ νοσοῦντος τῆς τύχης, δι' ἣν αὐτῷ πλοῦτος εἷς μέγας ἐκ πολλῶν ἀθροισθείη, μήπω γ', ἔφη, μακάριόν με καλεῖν πρὶν ἂν καὶ οἵδε ἀπέλθωσιν· εἰπὼν, ὧν εἰς τὰς οὐσίας ΕΚΕΧΗΝΕΙ. *Philo Jud.* de Decal. p. 763. ὁ γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπικεχηνώς. Hemst. — Egregia de χαίνειν notat *Fronto Ducaeus* ad hunc *Chrysostomi* locum Hom. II. ad pop. Antioch. p. 32. B. διὰ τοῦτο ὁ βασιλεὺς τοῦ πένητος ἐδεῖτο, καὶ πρὸς τὸ σῶμα ἐκεχήνει τοῦ μηδὲν πλέον μηλωτῆς ἔχοντος ὁ τοσοῦτον χρυσίον ἔχων· diceres cum *Lucretio*: *et in corpus pauperis inhians adspexit.* Hemst. I. *Horat.* Sat. II, 5, 56.

— *corvum deludet hiantem.* Lehm.

Ibid. Εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτοὺς) Εἰσποιεῖν Graecis est, adoptandum aliquem tradere in gentem aliam ac familiam; quo pacto sensu parum distat ab ἐκποιεῖσθαι, nisi quod illud ad familiam sit referendum, in quam quis transire jubetur, hoc ad eam, unde in alienam potestatem exit: hic fori Attici usus; saepe tamen liberior et amplior quaedam illi verbo virtus accedit. *Isaeus* pro Euphil. apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 176. εἴπερ ξένον ὄντα τοῦτον εἰσεποιοῦμεν ἀδελφὸν ἡμῖν αὐτοῖς. *Paus.* IV. p. 314. Μεσσήνιοι γὰρ οὐκ εἰσποιοῦσιν Ἀριστομένην Ἡρακλεῖ παῖδα ἢ Διΐ. *Heliod.* IX. p. 449. τῷ βασιλεύοντι παῖδας ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσι. *Lucian.* Deor. Conc. §. 4. *Bacchus*, inquit Momus non mediocriter indignans, ὅλην φρατρίαν εἰσεποίησεν ἡμῖν, *totum gregem in nostrum Deorum ordinem intulit atque inseruit.* Εἰσποιήσασθαι vero non pater tantum dicitur filium adsciscens atque adoptans, sed et judex, talem adoptionem, si forte venerit in controversiam, sententia sua confirmans: utrumque reperire licet apud *Isaeum* tum in Actione pro Euph. cujus partem conservavit *Dionys Halic.* T. II. p. 175. tum in ceteris orationibus, quae supersunt, et omnes in hereditatum judiciis ac jure versantur. Hinc intelligi potest, quid sit τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖν ἑαυτόν. Verum praeterea singularis est significandi vis in participio φέρων, quam orationis partem *Budaeus* ornatus magis caussa, quam significationis, poni censet C. L. G. p. 393. haud multum dissentiente *Stephano* in App. p. 78. Ad *Aelian.* V. H. VIII, 14. agnoscunt παρέλκον illud Atticum *Faber* et *Kuhnius*; hic tamen, ut erat Graeci sermonis callentissimus, insuper observans *saepius significare* sua sponte, data opera, *et ubique orationi*

pro rei substratae indole emphasin addere. Perizonius, hac quidem in eruditionis parte *Kuhnio* multum inferior, notat *abundare tali in constructione hoc participium, vel potius declarare impetum quendam aut certum consilium agendi id, quod agitur.* Nihil est horum, quod non suis in locis aptam sedem inveniat; haud raro ita collocatum offendes, ut illibato sensu abesse posse videatur. *Manetho*, quem ceteroquin elegantiae Graecae arbitrum non capiam V, 21.

Μύθοις οὐρανίοισι φέρων παρέθηκα γελοῖα.

Sopater apud *Stob.* p. 312. *Homero* satis non fuit principem vocare patrem, ἀλλὰ καὶ τὸν ἤπιον φέρων ἐπέθηκε τῷ πατρί. *Demosth.* de Pace p. 61. C. argentum, si in alteram librae lancem imposueris, οἴχεται φέρον, καὶ καθείλκυσε τὸν λογισμὸν ἐφ᾽ αὐτό· nisi transposita legi malis, οἴχεται, καὶ καθείλκυσε φέρον· quem usum, sed rarius, inesse quoque memini participiis ἄγων et ἄρας. Aliquando verbis junctum, quae vehementiorem motum continent, vim incitandi ac propellendi adjuvat: velut in istis, φέρουσα ἐνέβαλε *Herodot.* VIII. c. 87. φέροντα ἐμβάλλειν, ἐνσεῖσαι ἑαυτὸν, ἐκτραχηλίσῃ φέρων, φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ὤθησεν ἑαυτὸν φέρων· cujusmodi ex scriptore *nostro* multa subministrabit Index. Sed quam diversa praeterea verborum genera complectatur, depromtis ex uno *Aeschine* exemplis ostendere lubet: in Timarch. pag. 25. v. 4. Ἀπαγαγὼν γὰρ αὐτοὺς (ita de judicibus loquentem Demosthenem facit) ἀπὸ τῶν περὶ Τίμαρχον αἰτιῶν ἐπέστησα φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον· in Ctesiph. p. 65. v. 25. καὶ εἰς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα, ὥςτ᾽ etc. cum quo convenit illud *Libanii* T. I. p. 707. A. τοιγαροῦν εἰς τοῦτο μετέθηκα τὰ πράγματα φέρων· p. 66. v. 25. Callias Chalcidensis ἀδικήσας Φίλιππον κακεῖθεν ἀποδρὰς ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις· quomodo *Plutarch.* T. II. p. 4. B. plerique parentes in quodcunque inciderint pravum mancipium τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς. P. 74. v. 6. Demosthenes τὴν κατὰ γῆν (ἡγεμονίαν) ἄρδην φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις· v. 23. προσέμιξε φέρων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκεύῳ τῇ πόλει· in quorum sane nonnullis tantundem fere valet, atque *ultro* et *dedita opera.* Sunt etiam locutiones, ubi propensionem animi, agendique studium apertius declarat: sicut in illo *Longini* pag. 198. Ὁ πᾶς αὐτοῖς (Homero, Platoni, Demostheni) αἰὼν καὶ βίος φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια· et *Clementis* Strom. VII. p. 727. D. qui athletarum aliquem ita fuisse precatum refert: Jupiter, si mihi cuncta sunt diligenter ad obeundum certamen praeparata, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. *Achill. Tat.* I. p. 25. εὐθὺς ἐχαρίσατο φέρων αὐτῷ τὸν ἵππον· parum discedit apud

Plutarch. T. I. p. 633. B. cum piratae *τοὺς μὲν ἄλλους διέφευγον ἡγεμόνας, Πομπηΐῳ δὲ φέροντες αὐτοὺς μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐνεχείριζον·* et *Aelian.* V. H. VI. c. 1. Hinc jam porro ejusmodi verbis adnectitur, ut insinuandi sese adplicandique ad aliquem et commendandi speciem praeferat. *Maxim. Tyr.* Diss. XXXI. p. 315. *καὶ τίνι φέροντες ἑαυτοὺς ἐπιτρέψομεν;* *Plutarch.* T. I. p. 155. D. *Οὕτω δὲ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προσένειμεν ἑαυτόν.* *Julian.* Or. VII. p. 231. B. *Ἀλλά σοι μὲν, ὦ θεῶν πάτερ, ἐμαυτὸν φέρων ἀναθήσω·* frequenter autem ad eos pertinet, qui in doctorum se fidem ac disciplinam tradunt: eo loquendi more delectatus *Eunapius*: de Porphyrio p. 14. *προσέθετο φέρων ἑαυτὸν* Plotino: p. 34. Aedesius *ὅλος ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἀνέθηκε φέρων εἰς τὴν ἔτι λειπομένην παιδείαν·* p. 49. *ἐπέδωκεν ἑαυτὸν φέρων τῇ χείρονι τῶν ὁδῶν.* *Damasc.* apud *Suid.* in *Σεβηριανός· τῷ Πρόκλῳ φέρων ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι·* atque eum in modum est fere capiendum, quod *Porphyrius* apud Euseb. H. E. VI. c. 19. de Origene scripsit, *πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα, ᾧ δὴ φέρων αὐτόν τε καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε·* quorum, quia summus *Valesius* aberravit, vertendo sensum explanabimus: *ad barbaram Christianorum et audacem disciplinam velut in scopulum impactus adhaesit, cui adglutinatus seque turpiter vendidit, suamque in philosophiae cultu solertiam.* Poteramus, si liberet, in pluribus exemplis lapsus eruditorum hominum patefacere. Nunc quando haec potestas ad vultures heredipetas transit, significantur scilicet irrepere blando lenocinio, seseque ingerere, ut *Petronius* ait loco percommodo c. 140. *Philumene, quae multas saepe hereditates officio aetatis extorserat, tum anus et floris exstincti, filium filiamque ingerebat orbis senibus:* *Cicero* pro Caecin. §. 13. *atque etiam se ipse inferebat et intrudebat:* ubi nescio quam recte aliis *ingerebat*, aut *inserebat* placuit. Saepius ita *Noster*: adv. Indoct. c. 19. *εἰ μὴ σαυτὸν φέρων ταῖς τοῦ γέροντος ἐκείνου διαθήκαις παρενέγραψας·* quae huic loco sunt simillima. In Lapith. paullo aliter cap. 22. (*τοῖς πολὺ σοῦ πλουσιωτέροις*) *οὐδὲ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν ἐπέδωκα.* Ex his liquido adparere arbitror, quam elegans sit et adposita *Luciani* verborum sententia: *Vos autem, malum! quid est caussae, cur alienis inhietis, ac subdole irrepentes vos orbis senibus adoptandos ingeratis?* Nolim tamen ita quis existimet, quasi variatas illas significandi figuras in participio *φέρων* solo residere censerem: hoc dixi, ab uno motus incitatioris capite, prout diversis orationum formis ac verbis aliis aptatur, prodire diversos, structura diducente, potestatis eleganter immutatae rivulos, quorum cursum ac virtu-

tem consequi non licet, nisi circumscriptione quadam utaris ad interiores sententiae recessus excutiendos. HEMST. Cf. Timon. c. 22. Necyom. c. 8. Omnino de hoc Pseudopleonasmo agit *Weiskius* de Pleonasmm. Grr. p. 125. sq. LEHM.

Ead. l. 8. *Τῶν ἐρωμένων*) Tacent libri scripti editique: quibus etiam invitis, si *Luciani* mentem, et institutum orationis ordinem sequaris, particula negans videbitur inserenda, τῶν οὐκ ἐρωμένων· potior est Codicibus ipsa sententiae vis perpensa: *Rem quandam et artem*, inquit, *excogitastis novam, vetularum ac senum amorem, tum quidem maxime si prole careant: nam quibus liberi sunt, eos non curatis, neque amore prosequimini. Atque adeo jam multi eorum, qui non amantur, comperta vestri amoris versutia, etiamsi liberos habeant, odisse se tamen illos fingunt, ut et ipsi amatores nanciscantur.* Liquet, credo, quos dixerat ἀνεράστους, οὐκ ἐρωμένους mox adpellari: tum ὡς καὶ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσι consistere nequit, nisi legeris οὐκ ἐρωμένων. Συνέντες an συνιέντες scribatur, parum refert: hoc tamen librorum in gratiam praetuli. HEMST. Secuti sunt *Hemsterhusii* auctoritatem *Bremerus*, qui τῶν οὐκ ἐρωμ. edidit, et *Matthiae*, qui verba haec odiosa etiam prorsus praetermisit: audacius quidem hoc factum, siquidem consulto. Ego quam sententiam de his verbis et de toto hoc loco olim proposui, cur mutem, nondum video: imo magis etiam nunc mihi persuasum, rectissime se habere τῶν ἐρωμένων, modo Plutonis mens recte capiatur. Dicit autem haec: „*Nova quaedam ars est, quam vos excogitavistis, quod anus amatis ac senes, praesertim si liberis careant.* (Ergo inter illos amatos senes et anus tamen etiam sunt, qui liberis gaudeant, et *ars* illa pertinet omnino ad omnes vetulas et vetulos.) *Qui vero liberos habent, vobis minus sunt amabiles.* (hoc enim est ἀνέραστοι h. l., nisi contradicere sibi Plutonem ipsum existimare velis. Quodsi quid per hunc locum corrigendum erat, hoc ἀνέραστοι erat corrigendum: at optime habet: paullo gravius Pluto rem exprimit, quae qua ratione sit capienda, ex antecedentibus patet.) *At vero multi eorum ipsorum, qui amantur* (i. e. *quibus vos adulamini:* genus est omnium senum et vetularum, qui specie amantur, i. e. observantur et coluntur, sive habeant liberos, sive non,) *perspicientes amoris vestri astutiam, etiamsi forte liberos habeant, odio eos habere simulant, ut et ipsi amatores* (cultorum et clientum gregem) *habeant.* Omnino vero et hic tenendum, dialogi sermonem ab oratorio stylo vel philosophica demonstratione natura sua multum esse diversum. Cujus quidem discriminis vel ignoratio vel neglectus etiam Diall. Deor. XII,

2. in similiter composito loco interpretes male habuit. Lehm.

Ead. l. 8. Συνέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν) Scribendum Ms. suadente, συνιέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν, *qui intelligunt vestras artes* aut *astutiam.* Graev. Συνιέντες G. P. et Coll. Sed vide finem dialogi sequentis. Solan.

Ead. l. 11. Δωροφορήσαντες) Sic legit interpres; sic reposuimus, cum male antea δορυφορήσαντες. Bourd. Δορυφ — antiquam et genuinam, ut putamus, lectionem reposuimus. Exstat autem in G. P. L. Fl. Ald. J. H. B. et Fr. Mutarunt P. S. et A. et fecerunt δωροφορήσ—. V. Nigr. c. 14. Solan. Haud ineptum erat, quod interpretibus et *Bourdelotio* adrisit, δωροφορήσαντες, et probae notae verbum, *Aelian.* de Anim. VIII, 11. τὸ πρόςωπον τοῦ ἐρωμένου καθαίρειν, καὶ δωροφορεῖν αὐτῷ θηρῶντα πάμπολλα, et huic rei adprime conveniens, ut Polystratus ostendit Dial. IX. παντοῖά μοι δῶρα προςήγετο ἁπανταχόθεν τῆς γῆς κάλλιστα. Cur tamen lectionem priscam moveremus, caussa fuit nulla; praesertim cum membranae veteres nihil innovarent: δορυφορήσαντες ergo, qui divitem spe tabularum honorifice semper fuerant prosecuti, et perpetuo quasi satellitio stipaverant. Verum exemplum prodidit *Plinius* VIII. Ep. 18. Domitii Tulli, qui, *cum se captandum praebuisset, reliquit filiam heredem, frustratus improbas spes hominum, quos sic decipere, pro moribus temporum, prudentia est.* Hemst.

Ead. l. 13. Ἀποσμυγέντες) In cod. Ms. οἱ δὲ ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας καταγελασθέντες, *illi vero derisi frendent dentibus,* quod multo magis mihi probatur, quam, quod in editis exstat, ἀποσμυγέντες, *dolore ardentes:* est enim valde durum, et quod vix alibi reperias, hoc verbum. Graev. Glossema est, quod in Ms. Gr. P. et L. legitur, καταγελασθέντες. Genuina ἀποσμ. quam omnes impressi agnoscunt. Aliud paullo est, quod legitur in Diall. Merr. VII. σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἀπεμύκτισας, sed eodem fere redit. Certe ἀπομύττω *emungere* est, (vide Ver. Hist. I. c. 24.) quod in utraque lingua eleganter admodum ad eos transfertur, qui, cum pecuniam variis artibus ab aliquo expresserunt, in sinu rident, et sibi plaudunt. Sed tum legendum foret ἀπομυγέντες, nisi forte hic sigma, ut in quibusdam fit, insertum dicas. Si haec non placet, aliam addam conjecturam: ὑποσμύχομαι, uti ex *Suida* et *Hesychio* videre est, metaphorice *urere* est. Apud *Simonidem* σμύχω *de tempore* dicitur, quod omnia absumit. *Grot.* 143. et apud *Theocrit.* de Amore Flor. 269. Vid. Od. Γ. 195. Δ. 672. ἐπισμυγερῶς. Si itaque levi mutatione velis ὑποσμυγέντες pro ἀπ — substituere, optime sic etiam sensus se habe-

bit, aut saltem satis commode. Si quis nunc, quid sentiam, roget; dicam. Primo καταγελασθέντες merum glossema mihi videtur, in textum ab iis illatum, qui verbum *Luciani*, qualecunque tandem fuerit, ut sibi incognitum repudiabant. Secundo, *emungendi* mihi sensus, quod et glossema admittit, perplacet: atque adeo, aut ἀποσμυγέντες, ut legitur, aut, si per Grammaticos non liceat, ἀπομυγέντες omnino legendum putem. Solan. *Ἀποσμυγέντες*) Pluribus in libris exstat hujus vice καταγελασθέντες, certissimum genuinae vocis, qualiscunque a *Luciano* fuerit profecta, interpretamentum; qua de re dubitationem omnem tollit *Scholiastes Vossianus.* Nisi animum alibi praestantissimus *Graevius* habuisset occupatum, qua erat ingenii perspicacia, pro Junone nebulam amplecti refugisset. Quando autem valde durum, et quod vix alibi reperias, hoc verbum pronuntiat, id eo quidem magis est considerandum, quia *in Luciano* certe nusquam, si exceperis hunc locum, occurrit. *H. Stephanum* nulla vitii tetigit suspicio, ut qui explicationem, eamque non unam, tentarit Thes. T. III. p. 891. Ejus sententia, hoc in genere monenti non mediocris, in medium proferri meretur: *Ἀποσμύχω*, Deuro, igni absumo. *Metaphorice utitur Lucianus in dial. Terps. et Plut.* ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας ἀποσμυγέντες, cum stridore dentium infrendent, et prae dolore ardescunt, *seu* exardescunt. *Nisi malis* extabescentes, macerati et confecti dolore: *nam σμύχω significat non solum καίω, verum etiam μαραίνω.* Haec ille: sed antequam explorati quid constitui possit, enodanda venit paullo diligentius natura verbi et propria significandi dos. Illam veteres posuerunt non in igne luculento, qui late flammam conspicuam spargat, sed in eo, qui caecis intra viscera corporum alimentis nutritus sensim serpit proxima corripiens, fumoque se tantum prodit. Idem paene verbum et pronuntiandi modo, et significatione Belgae servamus. Licet *Homerus* aliquantulum, utpote poëta, legem eam migraverit Il. *I.* 649. — *κατά τε σμύξαι πυρὶ νῆας*, vim tamen nativam recte *Scholiastes* declarat, ex eoque *Eustath.* pag. 781. *Ἐστὶ δὲ σμύξαι τὸ καῦσαι, ἢ καπνὸν ἐκ πυρὸς ἀναδοῦναι, ὃ καὶ τύφειν λέγεται· ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ χόλον ὑποσμύχειν ἢ φθόνον εἴληπται· ἐκεῖθεν δὲ καὶ τὸ σμυγερὸν, ἤτοι ἐπίπονον* etc. Conferunt autem *τὸ τύφειν*, quemadmodum et fecit *Schol. Sophocl.* ad Antig. v. 1021. exponens *τὸ ἠρέμα ὑποσμύχειν*· non equidem intercedo, quanquam et nonnihil diversa sit utriusque virtus, et per diversas orationis figuratae semitas propagata. Radix vero significandi prima in composito διασμύχειν admodum graphice depingitur a *Gregor. Nyss.* T.

I. p. 826. D. *Εἰ πῦρ ἀχύροις ὑποκρυφθείη τέως μὲν ἔνδοθεν διασμύχει τῇ καύσει τὰ παρακείμενα, φλὸξ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον οὐκ ἐκδίδοται, ἀλλὰ δριμύς τις καπνὸς βιαίως ἔνδοθεν συνθλιβόμενος διεξέρχεται·* paullo dilutius a *Phil. Jud.* de V. M. p. 662. B. restant, inquit, eversae Sodomae documenta, *καὶ καπνὸς, καὶ ἡ ἔτι ἀναδιδομένη φλὸξ ἀμαυρὰ, καθάπερ διασμυχομένου πυρός.* Hinc clare conficitur, parvam in *Artemidoro* labem insidere II. c. 10. ubi primum *οἶκοι καιόμενοι καθαρῷ πυρὶ καὶ μὴ συμπίπτοντες* fausta portendunt: tum contra *οἱ δὲ σμυχόμενοι καθαρῷ πυρὶ, καὶ καταιθαλούμενοι καὶ συμπίπτοντες* etc. *πᾶσι πονηροί·* non convenit *οἴκοις σμυχομένοις καθαρὸν πῦρ·* quapropter fulgor ille puri ignis addita negatione reprimendus est, ac propemodum exstinguendus, *οὐ καθαρῷ πυρί.* Medici traducunt ad febres sive *πυρετοὺς*, quorum alii sunt *θερμοὶ καὶ διακαεῖς,* alii *μαλακώτεροί τε καὶ οἷον σμυχόμενοι,* apud *Galen.* lib. I. *τῶν πρὸς Γλαυκ. Θεραπ. Heliodorus* semel significatione propria II. p. 79. *καλάμους, εἴπη τινες ἔτι σμυχόμενοι περιελείφθησαν, ἁψάμενος,* translata saepius usurpavit: de animi doloribus et interno cruciatu I. p. 33. *ὡς πάλαι γε σμυχόμενος ἐμαυτῷ, καὶ τὸ πρᾶγμα δι' ὑποψίας ἔχων ἀπορίᾳ τῶν ἐλέγχων ἡσύχαζον·* ubi nemo diffitebitur, aptius accedere particulam *σμυχόμενος ἐν ἐμαυτῷ·* iram et aemulationem, sed pectore pressam atque intus reductam notat VIII. p. 374. *ὁ δὲ καὶ φύσει μὲν τὴν εὐνούχων ζηλοτυπίαν νοσῶν, σμυχόμενος δὲ καὶ πάλαι κατὰ τοῦ Θεαγένους.* Verum dignus est, quem pristino nitori reddamus, locus lib. X. p. 484. *καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ μὲν ἐπέβαλε τῇ Χαρικλείᾳ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲν ἐπὶ τοὺς βωμοὺς καὶ τὴν ἐπ' αὐτῶν πυρκαϊὰν ἐνδεικνύμενος, πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος·* posteriora ne verterent, interpretes deterruisse credo difficultatem, quam tamen tollere Vat. Cod. ope pronum est, modo *πυρὶ*, quod is praebet, pro *περὶ* adsciscamus: posses *τῷ πάθει* quasi per *ἐπεξήγησιν* adpositum servare, sed rejectum liberabit orationem ingrato tractu, et sententiae vim atque acumen argutius adstruet: *ipse majore, quam in aris ardebat, solicitudinis aestu confectus.* Denique locutio rarior insolentius est formata VII. p. 342. *ἡ δὲ Χαρίκλεια σεσηρός τι καὶ κατεσμυγμένον ὑποβλέψασα, Chariclea vero ringens, et torvius, ut tectam indignationem facile proderet, in illam intuita.* Exstat illud *κατασμύχειν* de amoris aestu, quo animus contabescit apud *Theocrit.* Eid. III, 17. de moerore VIII, 90. *Ὡς δὲ κατεσμύχθη, καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπα·* et in *Phalar.* Ep. 144. *ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν ἐκείνης* (uxoris defunctae) *δαίμονα, εἴπερ αἴσθοιτό σε οὕτω κατασμυχόμενον, ἀνιᾶσθαι μὲν εἰκὸς, αὐτὴν δὲ* (vel *αὐτήν τε*) *τὴν πλεῖ-*

στα μὲν εὐφράνασαν τὸν ἄνδρα etc. cum in medum si verba nulli interpretum intellecta levi manu refingantur, et distinguendo legitimum ordinem accipiant, sensum habebunt expeditum. *Hesychius* quem Lexicographi solent morem, ad vim linguae pandendam parum adcommodatum, secutus exponit Σμύξαι et Κατασμύξαι, μαρᾶναι, καῦσαι, ἐμπρῆσαι· neque tamen non est commodum illud μαραίνειν, quod in virtute verbi declaranda veteres aliquando solent adhibere: continetur enim in τῷ σμύχειν ille quidem caecus sub cineribusque latens ignis, sed ita simul comparatus, ut carpat, consumat lentoque morsu tabefaciat; quam potestatem figuratae loquendi formae maxime spectandam praebent. *Apollon. Rh.* III, 446. ubi Medea limis Jasonem adspectat amore capta Κῆρ ἄχεϊ σμύχουσα. — adjuvandus est, auctore *Suida* in Σμυχόμενος, binarum literarum accessione *Scholiastes*: τῇ λύπῃ τὴν ψυχὴν καιομένη καὶ ἀναλίσκουσα· nam ἀλίσκουσα, quod vulgatur, ab explicando verbo σμύχειν prorsus alienum: v. 761.

— ἔνδοθι δ' αἰεὶ
Τεῖρ' ὀδύνη σμύχουσα —

eximie *Virgilius*, ut, quem fuit imitatus, superasse videatur:

Vulnus alit venis et caeco carpitur igni.

In compositis, et διασμύχειν, *Georg. Nyss.* T. II. pag. 196. τοῦ πένθους οἱονεὶ πυρός τινος ἔνδοθεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς διασμύχοντος. *Suid.* Διασμύχων, διαξύων, διακαίων· sed ibi, *Hesychio* duce, reficiendum est διαζέων· et περισμύχειν, *Agath.* Anth. VII. Ep. 76. Ἧς με περισμύχουσι μεληδόνες· sed maxime solet ὑποσμύχειν frequentari. *Gregor. Nyss.* T. I. p. 828. C. κατασβεννύειν ἔνδοθεν τὴν ὑποσμύχουσαν ἐν τῇ καρδίᾳ μνησικακίαν· *Georg. Metrop. Nicom.* in S. Deip. Ingr. in Templ. pag. 1116. B. ὑπὸ τῆς ἀφανῶς ἔνδον ὑποσμυχούσης φλογὸς πυρπολούμενος. *Kusterum* laudo, qui *Eunapio* restituit; ejus enim esse, quae *Suidas* promit in Θλαδίας, nullus ambigo: ἦν γὰρ βαρὺς ὁ σταθμὸς τοῦ ὑποσχεθέντος χρυσίου ὑποσμύχων αὐτῶν τὰ ἔντοσθεν· legebatur ὑποσμήχων. Eadem labes *Basilii Seleuciensis* interpretem *Pantinum* mirifice decepit de Mirac. Thecl. II. p. 206. ὅπερ (ἔλαιον) καὶ αἰτήσας οὗτος καὶ ἐπαλειψάμενος· οὗ καὶ τὸ πάθος ὑπέσμηχε· τῆς μὲν ἰάσεως ἔτυχε, τῆς δὲ ἀσεβείας οὐκ ἀπηλλάγη· *cujus ille copiam sibi fieri postulans, seseque eo inungens, (quo etiam aegritudinem suam una abstersit) sanitatem nactus*: ex illa versione cognosce, quantum errorem saepe unius literae vitium pariat; reddideris ὑπέσμυχε, statim exstat nativus orationis color: *Quod oleum cum ille postulasset, eoque in loco inunxisset, ubi malum ipsum urebat. Hesychio* simul opem feramus: Ὑποσμύγει, (melius ὑποσμύχει) θλίβει,

ἀνιᾷ. καταπονεῖ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τραυμάτων· ubi quamvis olim existimarim haud inepte περὶ τραυμάτων posse legi, ut vulneribus scriptor nescio quis verbum illud usurparit, nunc tamen antepono ἐκ μεταφορᾶς τῶν καυμάτων· sequitur in eodem, Ὑποσμύχουσα. ἔνδον ἐρεθίζουσα· *Suidas* amplius: ἐνδιερεθίζουσα, ὑποκαίουσα, θλίβουσα, καταπονοῦσα· totidem vocabulis *Etymologus*, nisi quod διερεθίζουσα· nimirum veteres Glossographi, unde haec fuerunt descripta, dederant hic διερεθίζουσα, alter ἔνδον ἐρεθίζουσα, quod in *Suida* leviter corruptum. Quae adduximus exempla, manifeste monent, eorum in censum τὸ σμύχειν cum suo comitatu referri oportere, quae ligatae orationis terminis apud antiquos fere conclusa recentiores, quorum artis erat rarissima quaeque, etiam repugnante severa scribendi norma, consectari, in usum communem revocarunt: vix enim in omni scriptorum turba, quae Christi aetatem antecessit, totidem hujus verbi vestigia deprehendas, quot ex inferioribus modo a me parce, nam longe plura sunt ad manum, fuerunt prolata. His itaque consideratis arduum non est definire *Luciani* verborum sensum aliquem haud plane absurdum: *Hi autem dentibus infrendent interno ac caeco dolore macerati:* verum quantumlibet congruere videatur, non desunt argumenta, quae huic lectioni status controversiam optimo jure moveant Omitto usum Aoristi secundi, nusquam certe alibi, nisi memoria fallat, mihi observatum. Primum indoli τοῦ σμύχειν non ita videtur convenire ἀπὸ, ut in unum vocabulum commode coalescat: utique scripsisset potius ὑποσμυγέντες creberrimae consuetudinis auctoritate munitum: eadem ratione inductus malo in *Zosimo* IV. p. 264. ὡς δὲ πλέον ὑπεσμύχετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ Theodosius, pro ἐπεσμύχετο. Deinde cur non ὑποσμυχόμενοι; aptius sane multoque magis ad hunc locum adpositum, ut fatebuntur, qui legitimum orationis Graecae cursum aure docta callent. Tandem magnum est corruptelae latentis documentum interpretatio καταγελασθέντες, quam qui vocabulo, quodcunque in *Luciano* repererat, adposuit, hoc quidem vulgatum ἀποσμυγέντες reperisse nequaquam credi potest; tanto enim intervallo utraque dissident, ut ad quandam communis significatus adfinitatem nulla machina conciliari queant. Criticen ergo restat ut advocemus, si quid auxilii solvendo nodo conferre possit: blanditur enimvero mirifice perpulchra *L. Kusteri* conjectura, qui rescribendum monuit unius literulae detrimento ἀπομυγέντες· fateor equidem, in eo verbo florem esse comicum, ab iisque poëtis decerptum, quos studiose *Nostrum* lectitasse constat. Quan-

quam nunc rarius inveniatur, tot Scenae antiquae monumentis absumtis, *Polluci* tamen nihil est caussae, cur fidem denegemus adfirmanti II, 78. *ἤδη δέ τινες τῶν κωμικῶν τὸ ἐπὶ κέρδει ἐξαπατᾷν ἀπομύττειν εἶπον·* adcuratius proprietatem signavit, quam Grammatici: *Hesych.* *Ἀπομύττειν, ἐξαπατᾷν, γοητεύειν·* quod posterius sine dubio pertinuit ad illustrandum aliquem Comici locum, ubi miris praestigiis delusus senex auro emungebatur. *Eustath.* ad Od. Ξ. p. 1761. *Ἀπομύξαι τινὰ τὸ ἐξαπατῆσαι.* Neque aliter intellexerunt *προμύσσειν* in *Hippocrat. Παραγγ.* p. 26. *Κρέσσον οὖν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν*, modo ne vitio sit scriptum pro *ἀπομύσσειν·* quamvis ibi quo minus pro *ludibrio habere, ludificari* accipias, nihil obstet. Congruit Latinorum *emungere*, quod est *per dolum et astutis technis defraudare:* ut de Comoedia sumtum scias, notissima sunt *Plauti*, *Terentii*que loca: idem *Horatii* sensus de A. P. v. 238.

— audax
Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

Lucil. apud *Nonium* p. 36. *Quovis posse me emungi bolo.* Veteres aemulatus *Apollin. Sid.* VII. Ep. 2. *Non parvo etiam corollario facilitatem credulitatemque munificentiae socrualis emungens.* IX Ep. 7. *Quidam* etc. *scribam tuum seu bibliopolam copiosissimo velis nolis declamationum tuarum schedio emunxit:* ut *Hieronymum*, imitatorem antiquitatis non segnem, praeteream. Atque adeo haud scio, an in *Caecilii* versu apud *Ciceronem* de Amic. §. 99. quandoquidem Pal. primus *atque unxeris* suppeditat, legendum sit, *Hodie me ante omnes Comicos stultos senes Versaris atque emunxeris lautissime.* Hinc simul patet, quanti sit facienda *J. Gebhardi* observatio Ant. Lect. II. c. 23. in *Terentio Nonio*que p. 103. *emulsi* et *emulgere* Pal. Cod. fide reponentis. Quamobrem eleganter *ἀπομυγέντες*, *ab eo, qui testamento nequissimos vultures excluserat, delusi atque emuncti:* quod sane dici merito poterant, quibus nec opinantibus ereptus esset hereditatis bolus, quam improba spe jamdudum crevissent. Verum hoc pacto necdum adparet, quid *Scholiasten* deduxerit ad suum illud *καταγελασθέντες·* quam enim explicuimus potestas ab ista non parum dissidet. Igitur *ἀπομυγέντες* vel alia virtute, *illudendi* nimirum *subsannandique*, accepit, vel in exemplari suo legisse censendus est *ἐπιμυγέντες*. Prius licet auctoritate veterum fere destituatur, nihil tamen habet, quod genio linguae sit contrarium; praesertim si interpreteris *adducto naso*, vel etiam, *excusso per nares spiritu irridere:* ad confirmandum facit simile verbum *ἀπομυλλαίνειν*, atque ille *Clementis ἀπομυκτισμὸς* Paed.

II. c. 6. *Qui sermones*, inquit, *impudicos ac turpes non refugiunt*, *severe sunt compescendi*: τοὺς χρωμένους αἰσχρολογίᾳ ἐπιστομιστέον καὶ ὄψει δριμυτέρᾳ καὶ προσώπου ἀποστροφῇ, καὶ τῷ απομυκτισμῷ καλουμένῳ· πολλάκις δὲ καὶ λόγῳ τραχυτέρῳ· ubi *subsannationis* explicatio adeo placuit, ut *Potterus* etiam ἀπομυκτηρισμὸν reponi potius voluerit: ego non discesserim a vulgato, quod a μυκτὴς sive ἀπομυκτὴς prono cursu derivatur. *Timoni* in Sillis, teste *Diogen.* L. II, 19. dictus fuit Socrates Μυκτὴρ, ῥητορομυκτὴς, ἀττικὸς εἰρωνευτὴς· hac enim medicina iste locus indiget. Quin *Lucianus*, quo minus dubitemus, offert ipsum illud verbum ἀπομυκτίζειν Diall. Merr. VII. Neque tamen diffiteor non aberraturum forte, qui voci inusitatae *fastidiendi* virtutem, *corrugatisque naribus*, ut sordida solemus, *aversandi* tribuerit; quae sane tum *Luciani*, tum *Clementis* instituto ad amussim quadrat: ita veteres in *Horatii* formula loquendi, *naso suspendere adunco*, vel irrisionem et fastidium junxerunt, vel utrum melius conveniret, dubitarunt: nescio autem, an ex *Clemente* remedium ferri possit corruptis *Suidae* verbis, quae merito *Kusterus* habuit suspecta, Ἀπομυρίζω, ἀποστομίζω, legendo Ἀπομυκτίζω, ἐπιστομίζω. Sed alterum ἐπιμυγέντες ut *Scholiastes* invenerit, probabilius existimo: valet enim ἐπιμύσσειν, Grammaticis monstrantibus, *irridere*, *subductoque naso et excusso illudere*. *Suid.* Ἐπέμυξεν, ἐξεμυκτήρισεν, ἦχον διὰ τῶν ῥινῶν ἐποίησεν· *Hesych.* in quo quidem utrum ordine continuo, Ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν, ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν, an separatim sit scribendum, Ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν· Ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν· non satis exploratum habeo: ad *Homerum* certe respexit Il. Δ. 20. Θ. 457. — αἵδ' ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη· ubi quemadmodum intelligi deberet istud verbum, antiqui dissenserunt: hos, quibus *mussitandi compressisque labiis ingemendi* potestas adrisit, secutus est *Scholiastes* parvus: *Hesych.* Ἐπεμύξατο, ἐπεστέναξεν, ἐπεγόγγυσεν· illos, qui *deludere, cum acerbo risu atque indignatione insuper habere* reddiderunt, *Hesychius*: neutris suae opinionis tuendae ratio defuit, quandoquidem illud ἐπέμυξαν vel a μύζειν repeti poterat, vel a μύττειν, quae, tametsi ab eadem radice μύειν propagata, distare notandi proprietate jam admonuit adcuratissimus *Sylburgius* ad *Clenard.* p. 519. Similem observare licet in solo μυχθίζειν significandi discrepantiam: apud *Aeschylum* utique Pr. V. v. 742. Σὺ δ' αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζῃ, quin sit, *ducto per nares spiritu ingemiscere, atque indignationem testari*, vix in dubium voces: eo spectat *Hesychii* Μυχθισμὸς, στεναγμός· nec alio fonte manantia μυττάζειν et μυττηκάζειν. Idem tamen *ir-*

ridere, et *adunco naso subsannare* designat: *Hesych.* Μυχθίζουσι, μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι· neque aliter *Suidas* explicuit *Meleagrum* Anth. VII. Ep. 107.

Φλέξω ναί· τί μάταια γελᾷς, καὶ σιμὰ σεσηρὼς
Μυχθίζεις; τάχα που σαρδόνιον γελάσεις.

In *Theocriti* Eid. XX. pro μυθίζοισα utrum v. 11. an 13. supponi debeat μυχθίζοισα, parumper haesito; quamvis animum inclinent ad posteriorem locum producta *Meleagri* verba. Clare *Origenes* in Cels. IV. p. 187. ἀλλ' οὐκ εὔγνωμον, ἐκεῖνα μὲν μὴ γελᾷν ὡς μῦθον, ἀλλὰ θαυμάζειν ὡς ἐν μύθῳ φιλοσοφούμενα· ταῦτα δὲ μόνῃ τῇ λέξει τὴν διάνοιαν ἐναπερείσαντα μυχθίζειν· ubi sententiae nexus qualem vim postulet, haudquaquam obscurum est. Verum minime negligendus est impressae maculae similitudine notabilis *Hesychii* locus, Ἐπισμυκτὸν, ἐπιμυκτηρισμόν. Quamcunque in partem versaveris ἐπισμύχειν, nunquam inde extundes potestatem τοῦ ἐπιμυκτηρίζειν· idcirco nihil occurrit expeditius, quam ut vitiato codice deceptus *Hesychius* dederit ἐπισμυκτὸν, quod scribendum fuerat ἐπιμυγμόν· nisi tamen quis, me non invito, propius ad literas corruptae vocis, poëticam formam praeferat ἐπιμυκτὺν, cujusmodi multa praesertim ab Ionibus frequentantur, ἀλητὺς, ἀποδαστὺς in *Hesychio*, ἁρμοστὺς, ἀσπαστὺς, γενετὺς, ἐδητὺς, κτιστὺς et ληϊστὺς *Herodoto*, μαστὺς, ὀρχηστύς. Nunc si *Scholiasten* secutus probaveris in *Luciano* ἐπιμυγέντες, sensus orietur a priore nonnihil diversus: neque enim ad testatorem amplius, a quo fuerint egregie ludificati, sed ad alios istos pertinebit, de quibus modo *Noster*, τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεται, quorum plenis cachinnis pessimi captatores excipiuntur: *Hi vero dentes prae dolore collidunt, a cunctis ob destitutam hereditatis per insidias adpetitae spem irrisi ac ludibrio habiti.* Porro, me quidem arbitrum si capias, mutandum erit quoque ὑποπρίουσιν in ἐπιπρίουσι· illud insolens, atque etiam a *Stephano* neglectum, praepositionem habet indoli verbi simplicis minus apte respondentem: hoc et usu crebro et ratione nititur. *Hesych.* Ἐπιπρίων, τοὺς ὀδόντας τρίζων· pari modo *Tymnes* III. Anth. c. V. Ep. 31.

— ὀδόντα
Ὀξὺν ἐπιβρύχουσα.

Hemst. Quodsi normam refingendo loco, ut par esse puto, e Scholio repetas, praestat haud dubie ἐπιμυγέντες. Sed pro ὑποπρίουσι, quamvis non frequentissimo verbo, dubitabam tamen reponere ἐπιπρίουσι. Optime enim ac proprie ὑπὸ, quod verbo inest, occultam illam et intus reclusam irae flam-

mam innuit, qua nihil huic loco convenientius esse potest. Lehm.

Pag. 156. l. 9. Ζώης ἐπιμήκιστον) In plurimis hujus formae vel jungendis vel separandis varia librariorum est atque incerta ratio; neque utrum praeferas, quicquam refert. Quod editur in *Thucydid.* I. c. 1. ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι, *Dionysius* habet ἐπιμακρότατον de Comp. Verb. pag. 42. Hic nihil edd. mutant; alibi secus: ut in *Macrob.* §. 1. ἐπιμήκιστον ὑμᾶς βιῶναι. §. 2. ἐπιμήκιστον δύνασθαι βιῶναι. *Aristaen.* II. Ep. 21. Ἀλλ', ὦ Δελφίδιον, ἐμὸν πρόκριτον ἀγαθὸν, ζώοις ἐπιμήκιστον, εὖ ζώοις. *Philostr.* Her. c. 9. καὶ δικαίους ἐποίει, βιῶναί τε ἐπιμήκιστον. *Jos. Wassius* Add. praefationi *clariss. Dukeri* ad *Thucydidem* insertis solutum scribendi morem in similibus probat, quem sane membranae quo vetustiores, eo adcuratius observare solent. Hemst.

Ead. l. 11. Ἢ προπέμψεις) Certissimus, ut mihi quidem videtur, est naevus in voce προπέμψεις, pro quo legi posset προπέμψας· at verum *Luciani* arbitror προπέμψῃς. Neque alium, quam hunc, verborum horum sensum intelligo: *Euge, o Thucrite, vivas diutissime, dives simul et tales deridens; neque certe prius moriare, quam ubi praemiseris omnes adulatores.* Jens. De hoc et similibus supra affatim dictum puto ad Timon. c. 33. Neque est, cur scripturam optimam solicitemus. Solan. Eruditiss. *Dukerus* ad *Thucyd.* VII, 63. prolato hoc loco adjungit: *quod fortassis alii usitatius dicerent* προπέμψῃς· atque id ipsum rescribi voluit *Jensius.* Sed merito lectioni vulgatae suppetias venit politissimus *Wophenius* Lect. Tull. III. c. 13. Hemst. Alia est, ac *Solanus* putavit, loci Timonis ratio. Scripsit haud dubie *Noster*, ut *Jensius* conjecit et *Schmiederus* edidit duobus ducibus codd., προπέμψας. Lehm.

Pag. 157. l. 1. Ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσιν) Vereor, ut interpretes elegantiam praepositionis habuerint perspectam. Capiendum est, quasi dixisset, omnes omnino ante eum huc advenient earundem curarum auspiciis; iisdem illos curis comitantibus ac deducentibus. Illustrant similes loquendi formulae, ὑπὸ μάρτυσιν, ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι, ὁ ἐωνημένος ὑπὸ κήρυκι, προϊέναι ὑπὸ φωτὶ πολλῷ, ὑπὸ δᾳσὶ vel λαμπάσιν ὑμεναίοις apud *Heliodor.* IV. p. 192. VII. pag. 314. X. p. 519. ὑπ' αὐλοῖς ὀρχεῖσθαι, ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις εὔρυθμα βαίνειν *Lucian.* Diall. Deor. II. χοροὺς ὑπὸ τῷ μέλει τούτῳ στησόμεθα παίδων καὶ παρθένων *Dion Chrys.* p. 407. A venuste *Noster* in Tim. p. 114. ἐλεγεῖα ᾄσῃ ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικέλλῃ· quod aliis ignoratum *Tanaq. Fabro* non latuit. Sic Latine licet ef-

ferre non tantum *ad tibias*, sed et *sub tibiis* Graecorum imitatione. Auctor Copae,

Crispum sub crotalo docta movere latus:

neque aliter *Propert.* II. El. XXXI, 35.

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.

Ex his simul mens patebit *Apollonii Rhodii* III, 3. *Μηδείης* ὑπ' ἔρωτι, *Medeae amoris auspiciis ac ductu*; et v. 971. ὑπὸ πνοιῇσιν ἔρωτος. Nisi Genitivum in hac phrasi saepius adjungerent Graeci, ὑπ' αὐλητῶν, ὑπὸ φορμίγγων, mallem ferre apud *Dion. Chrys.* p. 286. C. διθύραμβος ὢν ὁ Διόνυσος, καὶ ὑπὸ κεραυνῷ καὶ βροντῇ γενόμενος, pro ὑπὸ κεραυνοῦ καὶ βροντῆς. HEMST.

Ead. l. 16. Δεινίου) Vide de Dinia in Toxaride. COGN.

Pag. 158. l. 1. Ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι) Videtur verbum excidisse in his, ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, quae sic transtulerunt, *id mihi fore pollicens*, ut *meo bono quamprimum moreretur.* Sed *Lucianus* reliquerat, puto, ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ τεθνήξεσθαι, *me herede instituto brevi moriturum.* GRAEV. Acute conjecerat *Graevius* reponendam hic vocem κληρονόμῳ, quae in vulgatis deest. Reperitur autem in praestantissima ed. *J.* Librariorum negligentiae imputandum existimo, quod in viri eximii nota, ὑπ' ἐμοὶ pro ἐπ' ἐμοὶ legitur. Nullam etiam video caussam, cur hac in parte a scriptura recepta, nulla addita ratione, discedere voluerit. Necessario autem leg. ὑπισχνούμενον, uti in P. recte scriptum est. SOLAN. Quod a *Luciano* relictum putat *Graevius*, totidem literis exhibet Juntina: neque negari potest, probam esse locutionem. *Artemidor.* I. c. 81. τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον οἱ νοσοῦντες ἀπέθανον ἐπὶ κληρονόμοις ταῖς θυγατράσι· ita legendum est. V. c. 35. ἀπέθανεν ἡ ἀδελφὴ ἐπὶ κληρονόμῳ τῷ ἰδόντι τὸν ὄνειρον. Fateor, cum in modum si *Lucianus* scripsit, optime constare sententiam, dummodo refingas ὑπισχνούμενον· *illum ipsum semper observabam, promittentem se moriturum esse me scripto relictoque herede:* nam ὑπισχνεῖσθαι pro *sibi polliceri, speque certa rem quandam praecipere*, durius videtur, et ab usu Graecorum abhorrens. Verum quia nulli Codices, quorum nobis est copia, accedunt, verisimile sit, istam laciniam ingenio deberi *Antonii Francini*, qui Juntinae editionis curator pluribus in locis effecit, ut magis in eo fidem, quam acumen desideremus. *Berglerus*, peritus Graecae proprietatis judex, aliter huic difficultati obviam ire instituit: operae pretium erit interpretationem ejus, quam lectione vulgata contentus adtulit, audire. Cum ergo ad *Alciphr.* I. Ep. 3. ubi est, καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδίοις ζῶντες, monuisset, in

similibus exemplis a se productis ἐπὶ *non facile reddi aequivalente praepositione Latina, Lucianus*, inquit, *in dialogo Zenophantis et Callidemidae, ubi alter istorum, qui senis cujusdam hereditatem ambierat, dicit*, ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, i. e. illum ipsum senem semper colebam, id mihi pollicens fore, ut me vivo moriatur, *sive* superstite me: *non ut interpres* meo bono, *quod Graeca secum non ferunt.* Phrasis est sane valde familiaris non tantum ἀπολειφθῆναι vel ὑπολειφθῆναι ἐπὶ παισὶν, ut *Pausan.* III. p. 259. *Πολυξὼ ὑπολειπομένην ἐπὶ ὀρφανῷ παιδί. Damascius* apud *Suid.* in *Αἰδεσία*· τοῦ Ἑρμείου τελευτήσαντος ἐπὶ παισὶν ὀρφανοῖς ἀπολειφθεῖσα· sed etiam τελευτᾶν ἐπὶ παισὶν, *relictis, superstitibus filiis obire:* Argum. *Demosthenis* orationum, I. in Aphob. et pro Phorm. *Lollius* III. Anth. VI. Ep. 46. Ὀρφανικῷ δ' ἐπὶ παιδὶ λιπὼν βίον —. Castigavit *Kuhnius* ad *Aelian.* V. H. XIII, 24. lapsum in hac vertenda loquendi formula *Junium;* cujus errorem ideo miror, quia bene rem gesserat in *Eunapii* Aedes. p. 70. ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ τοῖς τρισὶ παισὶ reddens, *diem obiit ternis relictis liberis. Euripides*, quanquam oratione variata, non dissimili virtute,

Διαδέκτορα πλοῦτον
Ὡς ἕξοντες γ' ἐκ πατέρων
Ἑτέροις ἐπὶ τέκνοις,

Ion. v. 480. Leve vitium *Achilli Tatio* demamus; nam lib. I. p. 13. pro ἔτι νηπίῳ γάρ μοι τέθνηκεν reponendum est ἐπί· *Plutarch.* in Demetr. p. 889. D. ἐπὶ νηπίῳ γὰρ αὐτῷ παντάπασι τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος. Jam nihil obstare videtur, quin locutum esse brevius existimemus *Lucianum* ὑπισχνούμενον ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, pollicentem mihi, ut obsequii cultusque gratiam referret, se, tanquam filio superstite me relicto, atque adeo, quod ipsa res intelligi jubet, scripto herede decessurum esse: argute autem τεθνήξεσθαι, quod et captator sperabat, et ab homine sene non injuria dicitur. Ceterum vir ampliss. *C. van Bynkershoek* de Capt. Instit. p. 309. proposuit hoc *exemplum captatae hereditatis, et simul mortis, ut ui ea res captatori infeliciter cesserit.* HEMST. Ὑπισχνούμενος legi vetat lex syntactica, secundum quam in τεθνήξεσθαι et in ὑπισχνούμενος unum idemque Subjectum quaerendum esset, scilicet Callidemides, quo nihil fore ineptius, nemo non intelligit. Praeterea etiam ὑπισχνούμενον non destitutum satis gravi codd. auctoritate. Minus probo, quod *Graevius* et *Solanus* vocabulum κληρονόμῳ addi voluerunt, quamquam in nonnullis edd. vett., quarum *Graevius* nullam inspexisse videtur, vere illud reperitur. Etenim ἐπί τινι ἀποθνήσκειν optimam esse

et plenam locutionem, ostendit modo *Hemst.* Haud dubie itaque additamentum *κληρονόμῳ* alienae manui debetur. LEHM.

Ead. l. 2. *'Επεγίνετο*) Simile locutionis exemplum si proferatur, non intercedo, quo minus locum obtineat vulgata lectio: nunc autem, dum alium sibi vindicem recepta vulgo scriptura quaerit, tentare libet *ἐπετείνετο*, vel *ἀπετείνετο*· facilis in vicinis literis error: quam frequenter fuerit peccatum in commutandis *T* et *Γ*, luculenter docuit Vir eruditione summa *L. Kusterus* ad *Suidam* in *Μεγάλειον μῦρον*· haec autem verba de continuato et extenso tempore usurpantur: *Lucianus* in Hermotimo: *εἰς μέσας νύκτας ἀποταθείσης, ὥς φασὶ, τῆς συνουσίας*· ut hoc loco *εἰς μήκιστον*· *Libanius* Orat. VIII. p. 250. Jovem refert *ἐκτεῖναι τὴν νύκτα, ὅτε Ἡρακλῆς ἐσπείρετο*· *Horat. Vivet extento Proculejus aevo.* exemplis opus non est, ubi res per se nota loquitur. HEMST. I. — Placuit aliquando *ἐπετείνετο* vel *ἀπετείνετο*, sicut in Hermot. *εἰς μέσας νύκτας ἀποταθείσης, ὥς φασὶ, τῆς συνουσίας*· itaque saepius *ἐκτείνειν* et *παρατείνειν* de tempore in longum producto usurpantur; quemadmodum *Horatius, Vivet extento Proculejus aevo.* Nunc tamen nihil movere satius puto. *Thucydid.* I. cap. 126. *Χρόνου δὲ ἐπιγιγνομένου οἱ 'Αθηναῖοι τρυχόμενοι τῇ προσεδρείᾳ ἀπῆλθον οἱ πολλοί*· ubi quod ex tribus Codd. adfertur *ἐγγιγνομένου*, minime spernendum est, similiter enim *Demosth.* adv. Pantaen. p. 987. C. *χρόνων ἐγγεγενημένων, cum jam multum temporis intercessit:* et *Diodor. Sic.* V. p. 236. D. *χρόνων ἐγγενομένων διὰ τὴν ὁμωνυμίαν δόξαι τὸν αὐτὸν εἶναι*· ipse *Thucydid.* VIII, 9. *διατριβῆς ἐγγιγνομένης*, ubi vide *Dukerum. Long.* I. p. 15. *Χρόνος ὀλίγος διαγίνεται.* Paullo diversum est in Amatorio, quem *Demostheni* titulus adscribit p. 250. E. *ἴσως ἂν ἄκαιρον μῆκος ἡμῖν ἐπιγένοιτο τῷ λόγῳ.* HEMST. II. Vere injustum, ac paene tristem, sui ipsius castigatorem se hic gerit magnus vir in gratiam vulgatae lectionis, quam equidem judico, in uno illo *Thucydidis* loco, cujus lectio etiam ambigua sit, imbecillius habere fulcrum. Cogitaveram ego olim de *διεγίγνετο*· praeplacet autem *ἐπετείνετο*, vox hac vi *Nostro* familiarissima. Cf. Nigr. c. 2. *τὸ γάρ μοι πάθος τὸ ἐν ὀφθαλμῷ μᾶλλον ἐπετείνετο.* Alia haud paucissima loca Indici reservem. LEHM.

Ead. l. 3. *'Υπὲρ τὸν Τιθωνὸν*) *Erasm.* Adag. in *Tithoni senecta*, *Andr. Schott.* ad *Zenob.* C. VI. n. 18. Prov. Vatic. C. III. n. 89. HEMST.

Ead. l. 5. *'Επειδὰν τάχιστα*) Prava distinctio imposuit interpretibus, qui ista verba *ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Ἡροδόδωρος αἰ-*

τήσῃ πιεῖν, *πίνει δ' ἐπιεικῶς*, *ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα*, *ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ*, verterunt: *ut celerrime simul atque Ptocodorus potum posceret*, (*bibit autem abunde*) *praesentius in calicem injectum in promtu haberet.* Addit *Bourdelotius*, *ζωρότερον celerius* hoc loco notare, ut ex *Homero* interpretatur *Plutarchus* Symposiacôn decad. 5. Sed interpungendum est, *ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν*, *πίνει δ' ἐπιεικῶς*, *ζωρότερον*, *ἐμβαλόντα ἐς κύλικα ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ*, *ut celerrime simul atque Ptocodorus posceret*, *bibit enim copiose*, *meracius*, *immittere ut possit in calicem*, *paratum habeat illud*, venenum nimirum: haec jungenda, *αἰτήσῃ πιεῖν ζωρότερον*, cum merum poscet. Graev.

Ead. l. 6. *Ζωρότερον*) *Celerius:* sic hoc loco haec dictio sumenda, ut ex *Homero* Il. 9. interpretatur *Plutarch.* Symposiac. dec. 5. Bourd. Nec cur *Benedicto* placuerit *praesentius*, nec cur *Bourdelotio celerius*, caussa patet ulla, cum ex proxima parenthesi palam sit notare vel plenius vel meracius; quorum prius hic commodissimum, ut in magno poculo latere aliquid et alia occurrentis inde mali caussa fingi posset, prorsus ut supra in Timone de Thrasycle: *ὁ παῖς μεγάλην κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ, τῷ ζωροτέρῳ δὲ χαίρει μάλιστα.* Gron. Consule *Plutarch.* 1204. et *Hom. Schol.* et *Casaub.* ad *Theophr.* Ch. 144. *Aristot.* de Poët. c. 26. *Merum Nostro* haud dubie significat, uti ex Timon. c. 32. etiam patet. Solan. Non ausculto *Graevio* copulanti *αἰτήσῃ πιεῖν ζωρότερον*· si jungi voluisset *Lucianus*, non interposuisset, opinor, *πίνει δὲ ἐπιεικῶς*. Locutionem praeter *Athen.* X. p. 423. et *Casaubonum* illustrat *Brodaeus* ad II. Anth. cap. 47. Ep. 10. Recte vero *ζωρότερον ἐμβαλεῖν τὸ φάρμακον*, *largius infundere venenum*; quod scilicet Callidemidae jam longa spe lassati, et compendium ingratae morae quaerentis aviditati conveniebat, ut tanto citius eo hausto Ptocodorus interiret: ita cepisse *ζωρότερον* apud *Homerum* quosdam veterum Criticorum constat. Cogitet aliquis *ἕτοιμον ἐγχεῖν αὐτὸ* pro *ἔχειν*· ut *Πιεῖν τις ἡμῖν ἐγχεάτω Philem.* apud *Athen.* p. 663. F. *ὁ παῖς ἐγχεάτω μοι τὴν μεγάλην φιάλην Xenoph.* Symp. p. 512. v. 26. et *τούτου τὸ φάρμακον ἐγχέαντος* in *Plutarchi* Alex. p. 707. A. sed nihil est necesse; nam et mox, *δύο κύλικας ἑτοίμους ἔχων.* Hemst. Non possum, quin cum lectore communicem, quae de hoc loco ad me scripsit elegantissimus *Gesnerus*: *Totum hoc in parenthesi videtur esse*, *πίνει δ' ἐπιεικῶς ζωρότερον*, bibit satis meracum. *Duos quasi gradus facit, primo comparativum in ζωρότερον, qui intendit aliquantum significationem; deinde ἐπιεικῶς iterum moderatur. Possis igitur etiam vertere:* bibit aliquan-

to meracius. *Eo autem totum hoc pertinet, ut facultas admiscendi veneni indicetur, quod facilius alienus sapor sentitur, quo magis dilutum est vinum; difficilius autem, quo est meracius.* Idem in Addendis. Argutior *Gesneri*, multo simplicior et convenientior, *Hemsterhusii* ratio esse videbatur. Hanc etiam *Wielandius* amplexus, harum styli virtutum peritissimus arbiter. Lehm.

Ead. l. 11. Ὁ μειρακίσκος] Commisit *Lucianus* contra nitidiorem Atticismum: ipse enim in Soloecista reprehendit ὁ μεῖραξ· nam Attice dicitur ἡ μεῖραξ et μειρακίσκος. Rem plene exposuit summus *Graevius* ad Soloecist. p. 740. Sed pluribus in locis *Samosatensis* noster quandam scribendi libertatem legibus Atticismi Grammaticis solutam sectatur. Similem in alterius perniciem compositae fraudis eventum non ineleganter *Heliodorus* excogitavit Aethiop. lib. VIII. p. 379. Hemst. I. De μεῖραξ et μειρακίσκος cff. etiam *Pierson.* ad *Moerid.* p. 261. sq. et *Pauw.* ad *Phrynich.* p. 212. sq. ed. *Loóeck.* Lehm.

Ead. l. 13. Σφαλεὶς) Tale σφάλμα apud *Heliod.* lib. VII. Bourd.

Ead. l. 15. Ἐκτάδην ἐκείμην) Sic D. XIV. ἐκτάδην κείμενον. Bourd. Comparavit *Berglerus* ad *Alciphronis* locum III. Ep. 22. p. 326. *Πλαγγὼν δὲ τὸ Μελιταῖον κυνίδιον* etc. *κεῖται σοὶ τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην νεκρόν.* Idem usurpat p. 394. et 450. *καὶ ὁ μὲν ἐκτάδην κεῖται πρὸς τὴν ἐκφορὰν τῶν οἴκοι παρασκευαζομένων.* Ἐκταθῆναι, *extendere pedes, mori.* Hemst.

Pag. 159. l. 7. Ἧκε γὰρ ἄν σοι) Ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν. sic Ms. *venisset enim ad te,* sc. κλῆρος, *hereditas, communi illa via, licet paullo tardius.* sic et apud Latinos *hereditas* dicitur *venire*, quae ab heredibus cernitur. *Florus* II, 20. *Inusitata et incognita quadam felicitate, relictae regiis hereditatibus opes, et tota insimul regna veniebant.* Sic et *Cicero*, aliique. Graev. Quid si, rejecta, quam forte male sedula manus adfinxit, vocula postrema ordinem continues: ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος· nimirum ὁ κλῆρος· nisi malis βραδύτερον. Persimilis *Aristophanis* locus in Plut. v. 1243. Ἧκεν γὰρ ἄν σοι ναστὸς εὖ πεπεμμένος, ad quem de illa potestate verborum ἥκειν et ἔρχεσθαι plura dicemus. Vide praestantiss. *Car. And. Dukerum* ad *Flor.* II, 20. pag. 470. Hemst. Ἥκειν et ἔρχεσθαι concinne apud Graecos ea dicuntur, quae sine multo labore inventa adponuntur lucro: — — — *Arrianus* scriptor politissimus de Expedit. Alex. lib VII. c. 9. *καὶ τὰ ἐξ Αἰγύπτου καὶ Κυρήνης ἀγαθὰ, ὅσα ἀμαχεὶ*

ἐκτησάμην, ὑμῖν ἔρχεται· quantum ab hoc simplici nitore abest versio Latina Doctiss. *Vulcanii: Aegypti Cyrenesque opes, quibus potiti sumus sine vi, eae quoque ad vos accesserunt:* Noster quoque Dial. XI, 2. οἱ δὲ κλῆροι ἐς Εὐνόμιον καὶ Θρασυκλέα περιῆλθον. Parilem apud Romanos elegantiam in verbo *venire* adnotavit *Graevius.* Sed ille Callidemides Pythagorae sequi praeceptum maluerat, ταῖς λεωφόροις μὴ βαδίζειν ὁδοῖς. Hemst. I.

Ead. l. 28. Ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα) Proverb. ἐπὶ τῶν μὴ προσηκόντων. *Aristoph.* alii. Bourd. Vide quid supra ad aliud, itidem decurtatum, proverbium adnotaverim D. VI. Solan. Est in eo proverbio inexspectati eventus atque ante non provisi significatio; quippe aliud adagium dehortabatur, tanquam a re periculi plenissima et vix tentanda, κατέναντι λέοντος νεβρὸν ἐλθόντα μοῖραν αἱρεῖσθαι κρεῶν, ut est in Charmide *Platonis* p. 463. E. hoc ex qua fabula derivetur, obscurum non est: illa tamen, ni fallor, ab *Archilocho* sumserat *Plato.* Explicat *Luciani* locum *Erasm.* Chil. in *Hinnulus leonem.* Hemst. Fallor: sumsit ab ipso Critia *Plato*, ut loco diligentius inspecto manifeste patet. Idem.

Pag. 160. l. 2. Κατασοφισθεὶς) Ms. κατασοφισθεὶς ἀθλίως, *misere deceptus.* Vulgatus: κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος. Graev. Illud ex interpretamento ortum esse, patebit ex iis, quae dixi ad Diall. Deor. XVI, 2. Lehm.

Ead. l. 7. Θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν) Institutionem hanc esse puram, atque adeo perperam referri ad eas institutiones, quas lex vocat *captatorias*, docet ampliss. *Bynkershoekius* de Captat. Inst. c. V. p. 319. Lex certe de animi secreto non judicat: verum *Noster* hoc quoque genus institutionis hamo subtiliter obvoluto instructum, etsi directe non incurreret in leges, ad speciem captatoriam retulit, sententiam probissimorum suae aetatis hominum secutus. Sic mutuae conjugum institutiones quamvis jure publico non improbabantur, poterant enim veris adfectionibus videri provocatae, quia tamen, si mores seculi maculosos spectares, plerumque in suspicionem incidebant insidiatoriae malitiae, gravem bonorum honestorumque hominum vituperationem subierunt. *Ammian. Marcell.* XXVIII, 4. p. 581. *Parte alia uxor, ut proverbium loquitur vetus, eandem incudem diu noctuque tundendo, maritum testari compellit, hocque idem ut faciat uxor, urget maritus instanter:* ibi *Valesius* hunc *Luciani* locum protulit, interpretatus θέσθαι τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, *testamentum ei ostendere:* praefero sensum paullo ampliorem, *in publicum proferre, cum pluribus communicare,* quorum ope

indicium ad captatum permanet: ceteroquin non ignoro illud *Horatii* II. Serm. V, 51.

Qui testamentum tradet tibi cumque legendum.

Quod autem praecessit *ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ* non est, quod voluerunt interpretes, *imminente morte*, sed *spe mortis*, quam simulac Hermolaus obiisset, resignatis tabulis mutuum ultimae voluntatis beneficium experturus erat. Hae sunt, quas *Longinus* vocat p. 240. *ἀλλοτρίων θῆραι θανάτων καὶ ἐνέδραι διαθηκῶν·* nam *θηρᾶν* et *venari* non minus dicuntur, quam *captare*. *Horat.*

— *viduas venentur avaras.*

Hieron. Epit. Nepot. *Alii matronarum opes venentur obsequiis.* Hemst.

Ead. l. 11. Ὅτι μὲν οὖν) Perperam in sequioribus editionibus ὅτι conjungitur, cum ὅ, τι scribendum sit, ut recte dedit *Aldus*, jamque recte in versione posuit interpres, *Quid ille suo in testamento scripserit, id quidem ignoro.* Jensius.

Ead. l. 14. Τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκ.) Hami escaeque circumpositae, retium et piscationis frequens, ubi de heredipetis agitur, fit mentio: sed praeterea solent ad quaecunque lucra, quae per fraudem ac dolos captantur, istae loquendi formulae traduci. Quaedam notavit *Hadr. Junius* in adagio, *Escam hamo circumponere. Philo Jud.* de Jud. p. 720. C. *ἵνα τὴν ἐν ὀλίγοις πίστιν δέλεαρ καθεὶς ἀγκιστρεύσηται τὴν ἐν μείζοσιν ἀπιστίαν· Zeno Veron.* de Avar. *Hinc unus pecuniam suam tanquam hamum proponit, ut facultates ad se adtrahat alienas:* opportune diversa in re *Petron.* pag. 15. 664. *Solon* in Troch. apud *Plut.* T. I. p. 86. A. *Περιβαλὼν δ' ἄγραν ἀγρευτὴς οὐκ ἀνέσπασεν μέγα Δίκτυον, θυμοῦ γ' ἁμαρτὼν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς·* sic enim mihi videtur non inscite *B. Martinus* emendasse V. L. III, 20. Ideo, qui captus et inescatus tenetur, *καταπιεῖν τὸ δέλεαρ* vel *τὸ ἄγκιστρον* dici consuevit: de Juliano *Symeon Metaphr.* Vit. Athanas. §. 16. *Αὐτός τε τὸ δέλεαρ τῆς πλάνης καταπιὼν εἵλκετο τῷ ἀγκίστρῳ πειθόμενος·* de iis, quos praemiis et honoribus irretitos Julianus a fide Christi abstraxerat *Asterius* Hom. in Avar. p. 43. *πόσοι δὲ τὸ τῶν ἀξιωμάτων δέλεαρ εἰςδεξάμενοι μετ' ἐκείνου κατέπιον τὸ τῆς παραβάσεως ἄγκιστρον. Gregor. Nyss.* T. II. p. 227. B. Foenerator *περιφέρει τὸ βαλάντιον, καὶ δείκνυσι τοῖς πνιγομένοις τῆς θήρας δέλεαρ, ἵν' ἐκείνῳ (ἐκεῖνο) διὰ τὴν χρείαν περιχήναντες συγκαταπίωσι τοῦ τόκου τὸ ἄγκιστρον.* Hinc eleganter *φιλάργυρος*, qui ad ostentatam undecunque lucelli escam avidus adnatat, *ἀγκιστροφάγος*, testibus *Hesychio* et *Etymologo*. His adsimilia sunt in *Luciano* permulta; sed inprimis vide de Merc. Cond.

c. III. Verum alia longe est ratio, quam postulat hic locus, quando qui hamo praeroso captatorem deceptum circumvenit, dicitur *καταπίνειν* et *κατασπᾶν τὸ ἄγκιστρον*· perquam adposite *Horat.* II. Serm. V, 24.

> — *captes astutus ubique*
> *Testamenta senum; neu, si vafer unus et alter*
> *Insidiatorem praeroso fugerit hamo* etc.

Sunt ibi multo plura, quae cum descriptis ab auctore *nostro* captatoriis artibus conferre non poenitebit. *Aristaen.* I. Epist. 17. *συχνότερον οὖν τὸ δέλεαρ αὐτῇ προςακτέον· κἂν αὖθις τὸ ἄγκιστρον καταπίῃ, πάλιν ἀσπαλιεύσω.* *Erasmus* in *Vorare hamum* parum adcurate. Hemst. De piscis, *λάβραξ* Graecis dicti et *λάβραξ Μιλήσιος*, quod in sinu Milesio eorum et plurimi et maximi antiquitus capti sunt, quique Latinorum est *lupus marinus*, solertia et voracitate adeundi Auctor Halieuticων, quae vulgo feruntur, Ovidianorum vss. 22. sqq. et 37. sqq. *Plutarch.* in libello inscripto: *Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ἔνυδρα;* et *Plin.* H. N. XXXII, 2. Lehm.

Pag. 162. l. 3. *Οἶνος ἀνθοσμίας*) *Ἡδὺς, εὔοσμος, περίοσμος, ἀνθηρὸς, εὐώδης.* Sic *ἀνθοσμίαν* saepissime interpretantur Grammatici Graeci: leg. *Achill. Tat.* lib. 1. Bourd.

Ibid. *Τράπεζαι ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ*) Ea semel de Siculorum deliciis in animos hominum impressa opinio perpetuo invaluit, quibus olim nihil inquinatius nec mollius. *Plato* hanc dictionem usurpavit Republ. III. *Athenaeus* lib. XII. copiose de illis. *Macrob.* Saturn. lib. VII. c. 5. *Modum vero servat, qui sui potens est, et in mensa Sicula vel Asiana.* Hae pro lautis et opiparis leguntur. *Lucianus* in Demosth. Encom. vocavit Syracusanas immodice lautas et opiparas: Syracusani enim opibus adfluentes conviviorum luxui nimium indulgebant. Cogn. *Siculae dapes*, quarum *Plato* etiam meminit de Rep. III. Solan. Proverbio fuerunt notatae Siculorum Syracusanorumque mensae delicatae non secus ac Sybaritarum: quare *Lysis* Ep. ad Hipparch. meminit *Σικελικᾶς πολυτελείας*, qua degustata Hipparchus vel Archippus a severitate Pythagoreae disciplinae deduci se fuerit passus. *Luciani* locum *Brodaeus* adtulit Misc. V, 33. et iisdem fere veterum exemplis usus *Cluv.* Sic. Ant. I. p. 6. Operae pretium erit consimilem adscribere *Theodoreti* sententiam, ubi pari modo vinum fragrans et Siculae deliciae junguntur ex Serm. IX. *περὶ Προν.* *Ἀλλὰ σὺ μὲν, ὦ ταλαίπωρε καὶ χαμαίζηλε, τῇ γαστρὶ καὶ τῇ γνάθῳ καὶ ταῖς ὀφρύσι τὴν εὐδαιμονίαν μετρεῖς, καὶ ὅρον εὐπραξίας εἶναι νομίζεις ζεῦγος ὑψηλὸν* etc. *καὶ ἐκπώματα*

καὶ οἴνους ἀνθοσμίας, καὶ πανδαισίαν Σικελικήν τε καὶ Συβαριτικὴν, καὶ ἄλλα ὅσα σοι τὸν ὑγρὸν καὶ ἀνειμένον καὶ ἁβροδίαιτον ἐπιτηδεύουσι τὸν βίον. Themist. p. 238. *καὶ τράπεζαν παραθέμενος Σικελικὴν πίνει τε ἄδδην καὶ εὐωχεῖται, κόρης αὐτῷ τινος Κορινθίας ἢ παιδὸς Ἰωνικοῦ διακονουμένων·* Protr. ad Nicom. p. 301. B. *Συρακουσίαν ἀεὶ τράπεζαν ἢ Σικελικήν τινα προτιθέντες. Gregor. Nyss.* T. II. p. 244. B. *οἱ τὴν ἁβροδίαιτον καὶ Συβαριτικὴν παρατιθέμενοι τράπεζαν. Liban.* Antioch. p. 380. C. Nihil est in re facili, cur plura coacervem. HEMST. Praeterea in minori ed. haec adnotavit *Hemst.*: „De οἴνῳ ἀνθοσμίᾳ omnia sunt pervulgata ex *Athenaeo*, *Polluce*, *Eustathio* aliisque Grammaticis: meminit etiam *Aristophanes*, quem laudat *Erotianus* in οἶνος ἀνθοσμίας, Pluto v. 808. in illa narratione ficta facetiarumque plena: *Οἱ δ' ἀμφορῆς (μεστοὶ) οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου·* ibi vide *Scholiasten. Pherecr.* apud *Poll.* X, 75. *κύλικας οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου Ἤντλουν διὰ χώνης· Achilles Tatius* pereleganti loco lib. II. p. 67. *οἶνον μέλανα* et *ἀνθοσμίαν* distinguit: *ἀνθοσμίου μεθύσκεσθαι* apud *Lucianum* in Epist. Saturn. et alibi saepe." LEHM.

Ibid. ʿΥπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ) *Τράπεζαι Σικελικαί. Isaac. Pontan.* ad *Macrob. Theod. Marcil.* ad *Horat.* BOURD.

Ead. l. 6. ʿΥπέῤῥει) Emendatius in membranis exaratur: *ἀλλ' ἐπέῤῥει μοι, ὦ γενναῖε, παρ' ἄλλων τἀγαθὰ, mihi, o optime, ab aliis bona adfluebant:* vulgo ὑπέῤῥει. GRAEV. Omnino legendum ἐπέῤῥει, suadente Ms. Gr. et L. alia enim illa lectio ὑπέῤῥει, quae omnes insidet edd. sententiam obscurat; haec illustrat. Dicitur enim ἐπιῤῥεῖν de abundanti scaturigine, qua, ni moles objiciantur, campi ipsi inundentur. Hinc proverbium apud hunc *Nostrum* Hermot. c. 61. *ἐπιῤῥεῖ γὰρ, κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πίθος·* et in Gallo c. 12. *τὸ μὲν χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐξαντλεῖν σκάφαις τισὶ μεγάλαις ἀέναόν τε καὶ πολὺ ἐπιῤῥέον.* Sic denique translata apud *Xenoph.* Cyrop. VII. de frequentissimo hominum concursu. Adde *Philostrat.* in Herode, *ὁ μητρῷος αὐτῷ πλοῦτος οὐ παραπολὺ τούτου ἐπεῤῥύη,* p. 548. et *Homerum* ipsum. SOLAN. Sine controversia verum est ἐπέῤῥει· *ὑποῤῥεῖν sensim ac lente fluere* nimis est dilutum, quam ut Polystrati cogitationi satisfaciat. Praeterea suam ipse manum tuebitur *Lucianus* Imag. c. 21. *ἐπιπλεῖον ἐπιῤῥεῖν τἀγαθά.* Gall. c. 12. *τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἀέναόν τε καὶ πολὺ ἐπιῤῥέον.* Denique nihil est similibus veterum exemplis frequentius. *Euripid.* Med. v. 1229. *Ὄλβου δ' ἐπιῤῥυέντος· Xenoph.* Socr. Apol. p. 411. v. 23. *ἀγαθῶν ἐπιῤῥεόντων· Liban.* Declam. X. p. 367. C. *ἄλλοις μὲν αὐτομάτως ἐπιῤ-*

ῥεῖ τὰ τοῦ πλούτου καλά· *Longus* IV. p. 144. ἐμοὶ δὲ πλοῦτος ἐπέῤῥει καθ' ἑκάστην ἡμέραν· *Aristaen.* II. Ep. 12. Οὐδεὶς γὰρ ἐξαρκεῖ πλοῦτος αὐτῇ, οὐδ' ἂν ἐκ ποταμῶν ἐπιῤῥέῃ. *Influentis dona fortunae* dixit *Seneca* Thyest. v. 536. Hinc ἐπιῤῥοὴ pro *copia et adfluentia:* σβεννύναι τὴν αὔξην τε καὶ ἐπιῤῥοὴν apud *Plat.* de LL. VI. p. 875. et πλούτων ἐπίῤῥοιαι *Eustathio Antiocheno.* Si pro vulgata lectione firmanda minor etiam exemplorum numerus fuerit adductus, quin pristinas in sedes revertatur, nihil intercedo. HEMST.

Ead. l. 16. Μακάριος ἦν) *Amm. Marcellin.* XXVIII, 4. p. 574. *Ex his quidam etc. adulatoribus offerunt genua suavianda vel manus, id illis sufficere ad beate vivendum existimantes.* HEMST.

Pag. 163. l. 1. Μῶν καὶ σύ τινα ὥςπερ ὁ Φάων) Mallem abesset τινα, oratione hunc in modum divisa: Μῶν καὶ σὺ, ὥςπερ ὁ Φάων, τὴν Ἀφροδίτην etc. *num et tu, similiter ac Phaon, Venerem ex Chio trajecisti?* videtur huic lectioni suffragari, quod a *Luciano* mox scriptum παρὰ τῆς χρυσῆς Ἀφροδίτης· nunc animadverto, non ab ea Venere formam tuam esse profectam, quae te senem navicularium praemio juventae fuerit remunerata, sed ab illa aurea, quam domi conditam in arca servas. Alioqui exciderit θεὸν vel θεῶν, quod si revocari placet, orationem ita constitues: μῶν καὶ σὺ θεῶν τινα, ὥςπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην, ἐκ Χίου διεπόρθμευσας. De Phaone *Etymol. Ms.* Φάων ἐπὶ τῶν ἐρασμίων καὶ ὑπερηφάνων· τοῦ γὰρ Φάωνος πολλοὺς ἐρασθῆναι· plenius *Suidas;* nam *Hesychius* ea in voce misere mutilatus est. Vid. *Aelian.* V. H. XII, 18. et Comment. *Brod.* ad Anth. III. c. 25. Ep. 64. Hoc Phaonis titulo fabulas inscriptas *Antiphanes* et *Plato* Comici ediderunt: ut posterior eo in argumento luserit, colligi quodammodo potest ex *Athen.* X. p. 445. F. HEMST. Adde *Apostol.* XX, 15. *Serv.* ad Aeneid. III, 279. *Hemsterhusianarum* loci mutationum neutra, ut omnino nulla, necessaria esse videtur. Hoc vult, nisi fallor, Simylus: *Tune quoque aliquam, s. aliquo modo, ut Phaon ille Aphroditen ex Chio trajecisti?* Scilicet illam ipsam quidem Venerem dicit, quam Phaon trajecisse fertur, id quod ex Articulo patet: sed quum id ipsum factum fuisse vix probabile Simylo videatur, rem ad similitudinem quandam restringens utitur Pronomine indefinito τις more illo *Luciani,* quem aliquoties jam ab interpretibus minus, quam par erat, respectum vidi. Nostrates dixerint sic: Sonach hast du wohl auch, wie jener Phaon, eine Venus aus Chios übergesetzt? Non autem fuisse hanc Venerem eam, quae formosos, ut Phaonem,

sed quae divites faciat, *χρυσῆν Ἀφροδίτην*, paullo post ipse Simylus fatetur. Quodsi cum *Hemst.* omiseris *τινὰ*, minus vera et elegans, si *θεῶν* addideris, etiam vaga et languida, exsistet oratio. Non multum a mea sententia discrepat *Abreschii* in Dilucc. Thuc. p. 613. qui sic reddit: *Num, ut Phaon illam* (anum mentitam) *Venerem e Chio, sic tu quampiam* (aliam indutam faciem) *trajecisti?* Modo ne facies, vel aetas mulierculae argutius urgeatur. Similiter Articulus cum Pronomine *τις* conjunctus supra occurrit Dial. VI, 3. *καινήν τινα ταύτην τέχνην ἐπινενοήκατε* pro *καινή τίς ἐστιν αὕτη ἡ τέχνη, ἣν ἐπινεν.* Charon. c. 2. *τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τὴν μεγαλουργίαν ἔχειν.* Cf. etiam Adnot. ad Somn. cap. 1. Lehm.

Ibid. Φάων) Vide *Aelian.* Var. Hist. XII, 18. et *Palaephat.* de Incredib. c. 49. Juvenis Lesbius, quem Sappho amavit. *Scholiastes* ab aliis discrepat, qui tradunt, a Venere juvenem et formosum redditum, quia *nulla mercede transvexerat.* Solan.

Ead. l. 13. *Ἀλλήλους ὑπερεβάλλοντο ἐν τῇ περὶ ἐμὲ φ.*) Convenit illud Periplectomenae *Plautini* Mil. Glor. A. III. Sc. I, 119.

Ille miserrimum se retur, minimum qui misit mihi:
Illi inter se certant donis: ego haec mecum mussito,
Bona mea inhiant; certatim dona mittunt et munera:

nec plura legisse poenitebit. Quamvis autem in hac locutione poterat omitti *ἐν*, sicut in *Platonis* Phaedr. p. 1213. A. *φοβούμενοι τοὺς μὲν οὐσίαν κεκτημένους, μὴ χρήμασιν αὐτοὺς ὑπερβάλωνται*, servanda tamen est sine dubio; de quo notavit adcuratissimus *Dukerus* ad *Thucydid.* V, 49. Hemst.

Pag. 164. l. 2. *Οἰμώζειν*) *Horatius:*

Nil sibi relictum praeter plorare. Solan.

Ead. l. 9. *Ἐχαρίζετο*) Notum, quid in obscoenis sit *χαρίζεσθαι, ἀφροδιάζειν.* Bourd.

Ead. l. 11. *Βάρβαρος ἦν καὶ ὄλεθρος*) *Liban.* Apol. p. 591. D. *βαρβάρους ἀνθρώπους, ὀλέθρους τινὰς εὐνούχους.* *Demostheni* debent, qui haec eadem de Philippo rege Macedonum, tanquam vilissimo mancipio, dicere fuit ausus pag. 90. B. *ὑπὲρ Φιλίππου* etc. *οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος, οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν, ὅθεν καλὸν εἰπεῖν· ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι.* Idem *Aeschinem* adversarium vocavit *ὄλεθρον γραμματέα* pro Cor. pag. 494. B. quod *Ulpianus* interpretatur, *ἢ ὀλέθρου ἄξιος, ἢ ὁ πολλοῖς προξενήσας ὄλεθρον τῷ μεταβάλλειν τὰ γράμματα ἐν τῷ ἀναγινώ-*

σκειν· adeo saepe fluctuant in explicanda patriae linguae indole Grammatici: quod priore loco posuit, tenendum est; usurparique solet de perditissimo mancipiorum genere illud vocabulum, quales erant inprimis Phryges. *Diogen. L.* in Aristippo II, 75. *Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου ταμίου πολυτελεῖς οἴκους αὐτῷ καὶ λιθοστρώτους δεικνύντος, ἦν δὲ Φρὺξ καὶ ὄλεθρος, ἀναχρεμψάμενος προσέπτυσε τῇ ὄψει.* *Herodian.* I, 12. §. 8. *Κλέανδρός τις ἦν τὸ μὲν γένος Φρὺξ τῶν δημοσίᾳ εἰωθότων ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι.* Ideo flagris ac verberibus, quo meliores evaderent, officioque servili promtius fungerentur, admonendos fuisse docet proverbium apud *Suidam*, *Φρὺξ ἀνὴρ πλαγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος*· quem *Epicharmi* versum esse trochaicum mihi persuadeo: eidemque lubens adscripserim, nisi quis de Sophrone potius cogitet, quod apud *Schol. Aristoph.* legitur ad Av. v. 1283. *Ἢ πλαγεὶς* (vel *παισθείς*· nam vulgatum *παύσει* nullius est pretii) *βάκτρῳ καλίνῳ σκύταλα Φρὺξ ἀνήρ. Σκύταλα* certe pro cervice vox Sicula, teste *Hesychio*, quem una litera corruptum emendabis, *Σκύταλον, τράχηλον, Σικελοί.* Hemst.

Ead. l. 13. *Ὑπεξυρημένος τὸ γένειον*) Vide Notam ad Tim. c. 22. Solan. Mollis adhuc et delicatulus, qualem novacula reddiderat, cum obsequium domino fuerat praestandum: simillimus in Tim. locus §. 22. adstipulatur additis ejusmodi signis, quae puerum infami ministerio dilectum patefaciant, *καταπύγων οἰκέτης, ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον*· neque enim hoc eo spectare putem, quod *servi, dum manumitterentur, capite rasi fuerint, imo et mento raso,* ideoque *Lucianum* hoc tribuere *servo, cui libertas testamento data*, quod *Wouwerius* existimat ad *Petron.* p. 480. particula *ἔτι* huic opinioni adversatur. *Archilochus* exponens, qualem imperatorem optet, *Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον* placere sibi scripsit apud *Dion. Tars.* I. p. 399. Ita Nanarus Babylonius (deteriorem scripturam Nanybrus in versione *Valesius* amplexus est, cum tamen Nannarum *Suidas* habeat, ab eoque non diversus sit *Ἄνναρος Ctesiae* memoratus *Athenaei* lib. XII. pag. 530. D.) in Exc. *Nicolai Damasc.* p. 426. 429. *ὁ κατεξυρημένος τε καὶ καθυπεστιβισμένος τὼ ὀφθαλμώ.* Alibi jam indicavi, perditos aetatis suae mores, praesertim captatorias fraudes, quibus bellum indixit, in tempus multo vetustius conferre *Lucianum.* Hemst.

Pag. 165. l. 2. *ΚΑΙ ΝΕΚΡΩΝ Δ.*) Haec ex Ms. G. addere visum est titulo hujus dialogi. Solan.

Ead. l. 12. *Ὡς ἔχει ὑμῖν τὰ πρ.*) Mox iteratur *ὑμῖν*· al-

terutro certe loco est in ἡμῖν mutandum; utro dubites: me Cod. O. momentum impulit, ut hic mallem. Hemst. Utroque loco ἡμῖν videbatur reponendum, quum praesertim in cod. 3011. vere legatur μικρὸν μὲν ἡμῖν, et hoc melius respondeat sequentibus ὑμεῖς δὲ, quam si legeretur μικρὸν μὲν ἡμῖν. Cogita scilicet Charonem de cymba sua prospicere turbam umbrarum advenientem, multa supellectile onustarum. Quod quum intelligat, quam perverse fiat, adclamat iis: *Audite, cujusmodi sint res nostrae* (in Orco scilicet, diversissimae illae a terrestribus quondam vestris). *Parva nobis*, (Orci incolis) *ut videtis, est cymbula: ὑμεῖς δὲ τοσοῦτοι* etc. Sic edidit *Schmiederus*, quamquam non primus: nam etiam Lips. ed. eadem habet verba, praeter μὲν, cujus loco ibi est καὶ, sine sensu. In reliquis libris multa horum verborum variatio, multa confusio, de qua vid. Lectt. Varr. Mox pro τραπῇ placuit *Jacobsio* ῥέπῃ, quo facile possumus carere. Respondent enim sibi invicem τραπῆναι et περιτραπῆναι, ut in Icarom. c. 10. quem locum apte contulit *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 288. Denique vel contra clamantibus sat multis codd. et ad hoc *Belino* et *Schmiedero*, qui μετανοήσητε volunt, non tamen videbar mihi bonam lectionem μετανοήσετε abjicere debere, cujus, nisi fallor, emendandae, id est, ad legis rigorem revocandae, caussa olim severus quidam Grammatices doctor cum Conjunctione μὴ Conjunctivum conjungendum esse putavit. Sed utrumque recte dici, modo discrimen Indicativi et Conjunctivi recte capias, a cordatioribus Grammaticis observatum: vid. *Dorvill.* ad *Charit.* pag. 544. *Hermann.* ad *Viger.* p. 776. et qui ibi laudatur *Hoogeveen.* de partt. Grr. denique *Stallbaum* ad *Platon.* Phileb. p. 13. Quemadmodum nempe etiam nos utrumque recte dicimus: Ich fürchte, du werdest fallen, et: Ich fürchte, du wirst fallen: ita et Graecis, ubi Conjunctivo utuntur, maxime cogitatio rei, ubi Indicativo, res ipsa, vel factum, cum aliqua certitudine obversatur. Itaque recte habet infra XVI, 2. ὅρα, μὴ τὸ ἐναντίον ἐστί, recte etiam Diall. Deor. XX, 16. δέδοικα, μή μου ἀμελήσεις μετὰ τὴν κρίσιν, neque hic, ut nonnulli editores fecerunt, quidquam erat corrigendum. Cf. etiam Necyom. c. 2. Lehm.

Pag. 166. l. 5. *Γυμνοὺς ἐπιβαίνειν χρὴ*) Hujus dialogi itidemque Catapli *Lucianus* argumentum concepit ex *Platonis* Gorg. p. 356. 357. ubi si lecta fuerit Socratis, gravissimi fabulatoris, narratio, horum omnium venustas elegantissima dilucidius adparebit. Quod autem sequitur ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, si *Thomam Mag.* audias, castigatius scriptum foret

ἠόνος· quamvis *Moschopulus* adsentiatur p. 7. 202. nihil est, quod horum Grammaticulorum auctoritas magnopere nos moveat; utraque scribendi ratio, si non usitatior illa, quae pravo judicio premitur, perinde saltem usitata: similiter urbs Thraciae Ἠὼν et Ἠϊών. Vocem restitue *Libanio* Demosth. Apol. p. 452. B. ὥςπερ οἱ πολλὰ ἑωρακότες ναυάγια τῶν παραπλεόντων τῶν εἰς τὰς μονὰς ἐκβεβρασμένων· legeris ἠόνας vel ἠϊόνας, scrupulus omnis erit sublatus: pro more suo mirificus est in his vertendis interpres. Hemst.

Ead. l. 9. *Τὰ ἔπιπλα*) *Τὰ ἐλαφρότατα τῶν κτημάτων, παρὰ τὸ ἐπιπολάζειν.* Bourd.

Pag. 167. l. 1. *Ἀποῤῥίφθων*) Sana lectio, quam varie inutiliter tentant. Bourd. *Benedictus*, *projeci*: verte, *projiciantur*. Guyet. Pro ἀποῤῥιφθήτωσαν Attice, *projiciuntor*, non *projeci*, ut habet interpres, quasi esset ἀπεῤῥίφθην. Cler. Quale monstrum illud ἀποῤῥίφθων; *Bourdelotius* tamen sanam lectionem adfirmat. Quidni addidit, quare et quomodo? Ingenue fateor, me non intelligere. Video requiri ἀπέῤῥιφθον in duali. Sic paullo post ait Lampichus, Ἰδού σοι ὁ πλοῦτος ἀπέῤῥιπται. Ceterum notandum est, Menippum hic dicere, sibi peram et baculum abjecta esse ante, quam ingressus sit cymbam; cum tamen infra jam apud inferos Dial. XX. rogetur ab Pythagora, quid in pera habeat; et Dial. XXII. jam dudum soluto navigio, fingatur baculo suo Charonti intentare verbera; atque §. 3. pateat, etiam tum habere eum peram. Jens. Ἀπεῤῥίφθων Ms. O. Atticum est pro ἀπεῤῥίφθωσαν. Hujus temporis exempla videsis Char. c. 14. et Diall. Merett. XI. desinente. (Alterum hoc exemplum ex Diall. Merett. XI. fin. nihili est, ut inspicienti patebit. Reitz.) In impressis ἀποῤῥίφθων. Solan. Viden', levicula menda quas turbas dederit, dum docti viri linguae Graecae rudimentis minus adtendunt. Mirari libet errantis *Bourdelotii* supercilium. Recte vero doctiss. *Jensius* literis ad me scriptis monuit, non ἀπέῤῥιφθον dicere se debuisse, sed ἀπεῤῥίφθων. Illud autem duali numero, qui convenit hic loci, an plurali Atticorum more pro ἀπεῤῥίφθωσαν accipias, nihil refert: est enimvero, Grammaticis dictantibus, Atticis admodum familiare, ut χρήσθων, μαχέσθων ponant pro χρήσθωσαν, μαχέσθωσαν· sic ἀξιούσθων, ἐξηρήσθων, ἐῤῥώσθων apud *Philostr.* p. 605. 620. 807. κεκαλύφθων et plura in *Clementis* Paedag. p. 171. sed non ita proprium, quin aliis eadem quoque forma placuerit. Vide modo Foed. Hierapytn. et Prians. p. 120. Marm. Oxon. Hemst.

Ead. l. 6. *Χαρμόλεως*) De hoc apud veteres nihil adhuc invenio: verum tamen esse nomen puto. SOLAN. Fictum esse magis est credibile. LEHM.

Ibid. *Ἐπέραστος*) Excidit articulus, *ὁ ἐπέραστος*. HEMST.

Ead. l. 7. *Οὗ τὸ φίλημα διτάλαντον ἦν*) Recte hunc locum sumus interpretati. Quid ibi esset *φίλημα*, alibi docuimus. BOURD.

Ead. l. 11. *Ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ, καὶ τὸ διάδημα*) Fuit cum hunc locum putarem mutilum, legendumque, *ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ ἐμπεπορπημένος, καὶ τὸ διάδημα διαδεδεμένος* etc. ut Dial. XIII. *Καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι, ἐλαύνοντα, διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον.* Sed adsuetudine *Luciani* mei meliora doctus, intelligo elegantem istiusmodi verborum, quae desiderari opinabar, ellipsin. Ita namque in Deorum concilio c. 9. *Ἀλλ' ὁ Ἄττις γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας, καὶ ὁ Σαβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκλήθησαν οὗτοι; ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν, καὶ τὴν τιάραν;* Certissime hic in ultima parte subauditur *διαδεδεμένος*, vel simile. Pari ratione, ac in Contemplantib. cap. 14. *Ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι* etc. et hic post *διάδημα* intelligitur *διαδεδεμένος*· nec certe cum *Brodaeo* in Miscell. IX. c. 10. legendum *ᾧ τὸ διάδημα*. Ita et aliis in casibus simili modo verbum aliquod supprimitur; velut in iisdem Contemplantib. c. 9. *Ἐκεῖσε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος.* iterum ibidem c. 23. *Ἡ Βαβυλὼν δέ σοι, ἐκείνη ἐστὶν, ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον.* post vocem *τεῖχος*, et dein post *περίβολον* aliquid intelligitur, quod *cincta* valeat. Simili ellipsi in Cataplo c. 13. *Ποῦ δὲ ὁ τὸ ξύλον;* ubi recte interpres, *Ubi ille est, qui fustem gerit?* Pari locutionis ratione apud *Nostrum* cap. 14. in Gallo dicitur *Σίμων ὁ τὰ πιναρά.* et Pan in Bis Accusato cap. 9. *ὁ τὴν σύριγγα.* et celebris illa Athenis porticus, *ἡ τὰ ποικίλα.* et Orpheus in Fugitivis cap. 29. *ὁ τὴν κιθάραν.* JENS. Similem phrasin vide Bis Acc. c. 19. Adde et Catapl. c. 4. et 13. *ὁ τὸ ξύλον*· et Bis Acc. c. 9. *ὁ τὴν σύριγγα.* SOLAN. Primum *ὁ βλοσυρὸς* tam adcurate convenit Lampicho tyranno, et, quibus insignitur, notis, ut sine membranarum omnium consensu loco moveri non deceat. *Suidas*: *Βλοσυρὸς, ἀξιωματικὸς, καταπληκτικὸς, φοβερὸς, σεμνός.* Potius quam hoc expellerem, mallem alterum vocabulum adoptare: *ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ, καὶ τὸ διάδημα ἁλουργὸς, ὁ βλοσυρός.* Sed deinde non est eripienda *Luciano* ellipseos, qua valde dele-

ctatur, venustas: accedant exemplis a doctiss. *Jensio* collatis ex Tim. §. 7. ὁ νεόπλουτος, ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας· ex Catapl. §. 4. ὁ γενναιότατος οὗτος, ὁ τὸ ξύλον. Similem in modum *Aelian.* Epist. II. τὴν ὄϊν τὴν τὰ μαλακὰ ἔρια. Lampichum Geloorum tyrannum non aliunde protulit, quam ex hoc solo *Luciani* loco illustr. *Maffei* in Galliae Antiq. Sel. Ep. I. Hemst.

Ead. 12. Ὁ βλοσσυρὸς) *Minax.* Bourn. In Charontis, Mercurii, et diversorum mortuorum dialogo (nam recte in inscriptione hujus dialogi additur in codice vetusto, καὶ νεκρῶν διαφόρων) ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ καὶ τὸ διάδημα, ὁ βλοσυρὸς, τίς ὢν τυγχάνεις, vertitur: *Hic vero purpuratus et diademate vinctus, facie truculentus. Quis es tu?* Sed Ms. pro ὁ βλοσυρὸς habet ἁλουργὸς, *hic vero qui et veste et diademate purpureus est. Quis es tu?* Graev. Etiam Codex 2956. exhibet ἁλουργός. Nihilominus placet vulgata: nam ἁλουργὸς nihil tandem aliud significaturum esset, quam quod modo praecessit, ὁ τὴν πορφυρίδα. Contra βλοσυρὸς optime convenit. Significat autem haec vox, undecunque originem ducat, proprie eum, *qui torvo vultu est, atque adeo terribilis adspectu, horribilis visu. Suidas* explicat per καταπληκτικὸς, φοβερός. Et *H. Stephanus* ejus significationis plura exempla, quamquam sine ordine ac judicio, collegit. Tenendum vero, hanc vocem etiam in bonam partem adhiberi, ita, ut magni et generosi quid indicet, quod Latini *ferox* dicunt. Ajax e. g. in Iliad. VII, 212. dicitur μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι, h. e. subridens vultu *feroci* ac *superbo*, mit dem stolzen, zuversichtlichen, Blick' eines Helden. Sic intelligendus *Eustathius*, qui dicit *Homerum* ibi significare Ajacis δεινότητα προσώπου. In *Platon.* Theaet. c. 6. vocat Socrates ipse matrem suam μαίαν μάλα γενναίαν τε καὶ βλοσυρὰν, obstetricem valde *generosam* et *ferocem*; verum non tam *animo* ferocem, ut *Casaubonus* ad *Athen.* V, 19. voluit, quam potius *vultu* et *facie*; eine sehr edle und in ihrem Stolze Achtung gebietende, ehrwürdige, Frau (s. Dame, si cui hoc elegantius scilicet et exquisitius videatur). Porro apud *Aelianum* V. H. XII, 21. Lacaenae matres dicuntur, ubi filios suos in pugna ex adverso vulneratos cecidisse vidissent, γαυρούμεναι, καὶ σεμνὸν ἄρα καὶ βλοσυρὸν ὁρῶσαι, i. e. cum fastu incessisse, et gravem ac *ferocem* vultum prae se tulisse. In nostro loco sermo est de tyranno, opum suarum amantissimo et dignitate pristina superbissimo. Utrumque patet e proxime seqq. Ὑπεροψία igitur illa, quam deinceps a Mercurio abjicere jubetur Lampichus, fuit haud dubie illud,

quo animadverso Mercurius eum dicebat τὸν βλοσυρόν. Atque adeo βλοσυρὸς jam non potest facile esse *facie truculentus*, grimmig, schrecklich von Anblick, von stierer Miene, ut interpretes, vel veteres, vel recentiores, vertunt, sed *ferox vultu*, hoffärthig, hochmüthig. Itaque paene idem est βλυσυρὸς, ac σεμνὸς, hoc modo discrimine, quod σεμνὸς, si, id quod saepius fit, a *nostro* scriptore in malam quandam partem usurpatur, fere adfectatam quandam gravitatem cum totius habitus, tum incessus, denotare solet; ut infra §. 8. de philosopho. LEHM.

Ead l. 13. *Λάμπιχος*) Neque hic mihi notus est. SOLAN.

Ead. l. 15. *Τί οὖν ἐχρῆν*) Optime modo jungebantur τί οὖν πάρει; hic secus: quamobrem separanda duxi, τί οὖν; ἐχρῆν etc. Hoc saepe factum; saepius fieri debuit: vide Prom. c. 9. Diall. Marr. XIII. c. 2. Mortt. III, 1. XXII. τί οὖν; ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; In Charon. c. 8. fraudi fuit interpretibus prava distinctio hunc in modum reformanda: τί οὖν; οἰηθῶμεν ἄρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε; Haec semel monuisse suffecerit. HEMST.

Pag. 168. l. 15. *Δαμασίας*) Amphipolitanus, stadio victor Ol. CXV. AG. IV, 1252. E. Vide etiam *Nostrum* Lexiph. c. 11. ubi statua ejus memoratur. Alter Damasius Ol. CCI. *LLoyd.* SOLAN.

Pag. 169. l. 9. *Κράτων*) Sicyonius: vide c. 11. SOLAN. Idem nomen ejusdem personae et indolis in Dial. de Saltat. LEHM.

Ead. l. 10. *Τὰ ἐντάφια*) Inepte vertitur *epitaphia*, cum sint *vestimenta funebria*. GRAEV. Inepte interpres. *neque epitaphia*: ἐνταφία, ut notum est, pro *vestibus sepulcralibus*. GRON. His solebant mortui veterum quam pretiosissimis ornari, quia scilicet spectaculo eos proponi (προτίθεσθαι) moris erat. Cf. *Eurip.* Alcest. v. 158. *Cuper.* Observv. II, 9. et *Kirchmann.* de Funerib. I, 10. LEHM.

Ead. l. 12. *'Ανεκήρυξεν*) Post hanc vocem in impressis omnibus legebatur, εὐεργέτην δηλονότι· quod merum scholium est, et in Coll. Gal. reapse loco scholii habetur. Bene factum: ad pristinas ergo sedes redeat. SOLAN. *'Ανεκήρυξεν εὐεργέτην δηλονότι*) Ultima vox si abesset, nihil erat, quod in hoc loco desiderares: nam ἀνακηρύττειν εὐεργέτην legitima loquendi formula, perinde ac, quod in *Nostro* frequenter occurrit, ἀναγράφειν εὐεργέτην· in marmoreis etiam psephismatum monumentis, quae honori virorum bene de republica meritorum sunt constituta, nihil crebrius invenias, quam aliquem εὐεργέτην celebrari; quae *Firmus* imitatus Ep. XVII.

scripsit, *ταινίαις ὑμᾶς ἀναδοῦμεν ὡς εὐεργέτας.* Nunc tamen voculae vicinae *δηλονότι* contagione violari *εὐεργέτην* fateor; quippe nequit excogitari, quo tandem pacto venerit in *Luciani* contextum, nisi lectorem peritum statuas, ut clarius explicaret *ἀνεκήρυξεν*, in marginem adscripsisse *εὐεργέτην δηλονότι.* Quam ob rem expungere non fuissem veritus, si vel unus certae fidei Codex addixisset, eamque dubitationem sustulisset, an non forte *Lucianus* scripserit *ἀνεκήρυξεν εὐεργέτην.* Hemst. Atqui addicunt Codd. 2954. 3011. Vat. (Loss.) Gorl. et Coll. Redeat ergo Scholion in sedem suam. Nolim tamen cum *Lossio* copulam *καὶ* ante haec verba (*καὶ εἴ ποτε* etc.) deleri; quandoquidem in hac Mercurii oratione non omnia ac singula ad strictam quandam Logices normam exigenda sunt: alioquin etiam alia forent mutanda. Lehm.

Ibid. *Ἀνδριάντων ἐπιγραφὰς*) De quibus dico ad Catapl. Bourd. Statuas eorum fuisse nominibus et titulis inscriptas, quorum in honorem erant positae, tum ex testimoniis antiquorum, tum ex istis, quae temporis injuriam tulerunt, imaginibus res est manifesta. *Tibullus* ad Messalam:

Nec quaeris, quid quaque judex sub imagine dicat,
Sed generis priscos contendis vincere honores.

et mox:

At tua non titulus capiet sub nomine facta.

Dio Chrysostomus ingenio florentem et eloquentia orationem habuit ad Rhodios, qui pessimo exemplo titulis antiquorum heroum erasis, nomina recentiorum publicis imaginibus subscribebant, atque adeo hoc facto hominum bene de republica meritorum decus et memoriam delere instituerant: in hac cum multa reperiantur, quae huic *Luciani* loco adprime conveniunt, ea colligere, operae duxi: p. 312. D. *εἶτα τῆς μὲν πρότερον οὔσης ἐπιγραφῆς ἀναιρεθείσης, ἑτέρου δὲ ὀνόματος ἐγχαραχθέντος, πέρας εἶχε τὸ τῆς τιμῆς·* p. 314. D. *οἱ δὲ ἄνθρωποι δέονται καὶ στεφάνου καὶ εἰκόνος καὶ προεδρίας καὶ τοῦ μνημονεύεσθαι· καὶ πολλοὶ καὶ διὰ ταῦτα ἤδη τεθνήκασιν, ὅπως ἀνδριάντος τύχωσι καὶ κηρύγματος, ἢ τιμῆς ἑτέρας·* p. 316. *ἡ γὰρ στήλη* (sic optime *Casaubonus* pro *στολή*) *καὶ τὸ ἐπίγραμμα καὶ τὸ χαλκοῦν ἑστάναι, μέγα δοκεῖ τοῖς γενναίοις ἀνδράσι·* iterum: *τὴν ἐπιγραφὴν τὴν ἐσομένην Ὀλυμπιάσι ἢ Πυθοῖ τῆς νίκης·* 318. G. *κἂν ἐπιγραφῆς τινος πρότερον ὦσι τετυχηκότες·* 325. A. *ἡ δὲ εἰκὼν ἐπιγέγραπται οὐ μόνον τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τὸν χαρακτῆρα σώζει τοῦ λαβόντος·* 329. G. *τοῦ ζῆν ἐωνημένοι τὴν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπιγραφήν·* ita etiam 336. B. 337. A. 338. et 353. a non enim omnia juvat exscribere: vides ubique *εἰκόνος* vel *ἀνδριάντος ἐπιγραφὴν* dici titulum, qui non tantum nomen,

cujus honori statua erat erecta, sed et virtutis notas atque brevem contineret descriptionem: *Aelian.* V. H. lib. IX. cap. 11. *ἐπιγράμματα ἐπὶ πολλῶν εἰκόνων αὐτοῦ·* adeundus quoque *Pollux* lib. VIII. c. 10. segm. 131. *Corn. Nepos* in Vita Attici cap. 18. *Noster* Necyom. c. 17. HEMST. I.

Ead. l. 13. *Μέγαν τάφον*) Et hunc locum, et quaedam non dissimilia notavit *Des. Herald.* ad *Martial.* VIII, 75. HEMST.

Pag. 170. l. 3. *Στράτων*) Sic optime ed. *J.* non enim jam Crato loquitur, uti volunt vulgatae edd. sed miles quidam tropaeum ferens. MS. Gr. et P. *Νεκρός·* quod nimis vagum. Facilis autem mutatio *Στρα.* in *Κρα.* decepit oscitantem librarium. SOLAN.

Ibid. *Κρα. ὅτι ἐνίκησα*) In Ms. pro *Κρα.* est *Νεκρός.* Est enim alius quam Crato: nimirum miles, sine nomine. GRAEV.

Ead. l. 7. *Βρενθυόμενος*) Eorum in classem referendum est hoc verbum, quae raro ab ipsis veteribus usurpata, quippe notae plebejae, recentioris aevi scriptores frequentius excoluerunt: id enim elegans illi atque eruditum arbitrabantur, si vocabula in angulo quodam antiquitatis remoto delitescentia et scenae libertati condonata studiosius eruerent, scriptisque suis quasi tessellas insererent. Veniam merebatur temperata certisque finibus circumscripta haec licentia; Lexiphanum effraenis libido *Luciani* virgulam censoriam. Facilius autem in *βρενθύεσθαι* significandi vim exemplorum ope declares, quam abstrusam originem aperias. Grammatici notationem repetunt a *Βρενθίῳ* vel *Βρενθείῳ*, unguenti Lydii genere aestimatissimo, quod *Pollux* testatur VI, 104. vetustatem et rei et nominis *Sappho* confirmat ab *Athenaeo* producta XV. p. 690. E. Recte *Hesychius* et *Etymol.* *Βρένθειον, μῦρον τῶν παχέων, ὡς ἡ Βάκχαρις· οἱ δὲ ἀνθινὸν μῦρον.* *Βάκχαρις* enim, ne quis errorem viri doctissimi secutus labatur, ut docent *Schol. Aeschyl.* ad Pers. v. 41. *Erotianus* et *Galenus* in Gloss. Hipp. *Λυδῶν* vel *Λύδιόν τι μῦρον.* Cum vero ab herbis et floribus, eorumve radicibus, unde conficiebantur, nomen unguenta traherent, idem evenisse huic *βρενθίῳ* nihil est cur dubitemus: *βρένθις* certe vel *βρένθιξ* Cypriis erat *θρίδαξ* aut *θριδακίνη*, auctore *Nicandro* apud *Athen.* II. p. 69. B. et *Hesychio:* idem *βρενθινὰ* commemorat radices quasdam, quae mulierum genas rubro colore inficiant: *Etymologus* praebet *Βρενθία*, tanquam si diminuta foret vox a *βρένθος*, quod ipse suppeditat in *Γήτειον* p. 230. *βρένθος, βρένθειον· ἔστι δὲ εἶδος πολυτελοῦς μύρου·* eamque ob caussam notavit antiqua manus ad *Clementis* Paed. II. p. 177. *βρένθιον ἀπὸ* τ-

νος ἄνθους ἡδέος. Qualis autem fuerit βρένθος, ut Cypriis, sola lactuca, an apud Lydos aliosque diversum herbae florisve genus, mihi quidem definire non est in promtu; multoque minus an Arcadica Βρένθη, cujus ex *Pausania* meminit *Stephanus*, nomen huic germini acceptum retulerit. Porro colligere licet ex eo, quod medici nusquam adpellationem hujus unguenti aut parandi modum tradant, usum ejus jampridem interiisse, tametsi *Pherecrates* apud *Athenaeum* βρενθίου velut aetate sua noti fecerit mentionem. Recta est scribendi ratio βρένθινον, βρένθειον et βρένθιον, derivandi normae non minus quam consuetudini respondens: nam quod *Luciani Schol.* habet ad de Merc. Cond. prope finem βρένθυον, nisi de industria, quo melius ad τὸ βρενθύεσθαι congrueret, ita finxerit, vitio laborare censeo; ideoque magis, quia *Etymologus*, quem et ipsum veteres secutum descripsit, βρένθειον praefert. Jam illum esse fontem verbi βρενθύεσθαι, Grammaticis, quibus idem, quod in vernaculo sermone *Varroni*, justius objici potest, minime concessero: repugnat tum sincera interpretandi lex, tum contorta et abhorrens significationis explanatio: audi modo, quem colorem illinat *Helladius* apud *Phot.* p. 870. Βρενθύεται δὲ τὸ ἀλαζονεύεται· γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ βρένθιον, ὅ ἐστι μῦρον. οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι καὶ βρενθυόμενοι μύρῳ χρῆσθαι εἰώθεισαν· qua quidem inani probabilitatis specie haud scio, an quisquam originum Graecae linguae peritus capi possit. Verum *Helladii* verba plenius exscripsit *Etymol.* p. 212. in Βρενθύεται· non alius enim est Βησαντινόος, (ita legendum, non Βισαντῖνος· alibi paullo rectius Βησαντῖνος) quam hic ipse *Helladius* oriundus urbe Antinoo vel Besantinoo. Mihi videtur in βρένθος primaria fuisse virtus tumoris et ὄγκου, quae quasi materies subjecta se porrigit ad diversos, quibus diffunditur, significandi ductus: poteram, nisi longum, multaque simul alia dilucidare necesse foret, firmare non levibus argumentis: nunc tantum facilem ab hac radice translatae potestatis propagationem considerari velim. Haec tamen est ratio, cur in *Hesychio* τύμβον, quae vox ad illam explanandam bis adhibetur, neque cum *Henr. Stephano* in τύφον, nec cum *Guyeto* in θυμὸν mutari patiar. Βρένθος certe apud *Athen.* XIII. p. 611. E. pro *fastu tumido* et *adrogantia contemtoria* ponitur: *recitabo,* inquit, *ex oratione Lysiae in Aeschinem Socraticum, etsi longiora* διὰ τὸν βρένθον ὑμῶν τὸν πολὺν, ὦ φιλόσοφοι· hoc ille subactus, si quisquam, in libris veterum evolvendis, et idem diligens singularium vocum captator ex latibulo quopiam antiqui scriptoris depromsit. *Eustathii* quoque locus ad Il. Θ. p. 691. pro-

cui dubio vel *Aelio Dionysio*, vel *Pausaniae* debetur: τὸ βρένθος ἐπὶ ὑπερηφανίας παρὰ τῷ Κωμικῷ· ἐξ οὗ τὸ βρένθειον, μύρόν τι ἐκεῖνο (retinuit, credo, ex vitiato exemplari: praestaret Λυδῶν vel Λύδιον) περιαδόμενον· ἐξ ων ῥῆμα τὸ βρενθύεσθαι, ἤγουν κατατρυφᾶν ἀλαζονικῶς. Satis placet illud ἐξ ὧν aeque pertinens ad τὸ βρένθος, quam τὸ βρένθειον· at quando auctoritatem Comici profert, clare ostendit, alienam se observationem excerpsisse; saltem in *Aristophanis*, quem eo titulo plerumque solet indicare, quae supersunt, quasque solas legit *Eustathius*, fabulis nusquam occurrit βρένθος. Fuerit etiam lectum alicubi ἡ βρενθὺς, nisi me fallit in *Hesychio* corrigendo conjectura, Βρενθὺς, πυθμὴν, τύμβος, καὶ ὄρνεον, ὃ καὶ βρένθος· me judice deterius est, quod editur Βρενός. Hinc prono alveo defluunt βρενθύεσθαι et βρενθύνεσθαι, quam formam is, quem nominavi, Lexicographus itidem habet; non secus atque a πληθὺς exsistunt πληθύειν et πληθύνειν. Jam ut perspicias, quam varie Grammatici verbum hoc exponant, operae pretium est eorum interpretationes in unum congerere: μεγαλοφρονεῖν, ὑπερηφανεύεσθαι, ἐπαίρεσθαι, σεμνύνεσθαι, θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι, ἀξιοπιστεύεσθαι, δυσχεραίνεσθαι, προςποιεῖσθαι, ἐναβρύνεσθαι, τρυφᾶν, ἀλαζονεύεσθαι, λυπεῖσθαι, διὰ θυμὸν μετεωρίζεσθαι, μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ, θρύπτεσθαι· in quibus citius curam, quam copiam desideres: nullum tamen est tot verborum, cujus vis et ratio non facile deducatur ab illa radice, quam proposui, tumoris et ὄγκου· neque diffiteor, quantumvis satis magno discrimine dissidere videantur, eam esse τοῦ βρενθύεσθαι structurae diversitatem, ut varios illos potestatis leviter inflexae colores pro indole sententiae non adspernetur. Non una vice *Aristophanes* usurpat: notissimus de Socrate locus in Nub. v. 361.

> Ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλει·

Scholiastes cum scribit, ἀποσεμνύνεις σεαυτὸν ἐν τῷ σχήματι, καὶ ταυρηδὸν ὁρᾷς, prius ad βρενθύεσθαι, alterum pertinere censendum est ad παραβάλλεσθαι τὼ 'φθαλμώ. *Diogen.* L. II, 28. antequam eum ipsum Comici versum ponat, ita praefatur: τοῦτο δ' αὐτοῦ τὸ ὑπεροπτικὸν καὶ μεγαλόφρον ἐμφαίνει καὶ Ἀριστοφάνης λέγων οὕτως· adludunt itidem *Plato* Conv. p. 1206. quem *Athenaeus* expressit V. pag. 216. A. et *Antoninus* VII. §. 66. quod ab elegantiss. *Menagio* praetermissum *Gatakerus* adnotare non neglexit. Ut autem dubitare nemo potest, quin isthac descriptione Socratem irridere voluerit *Aristophanes*, sic speciem hominis expingi adrogantis, et alios contracto

supercilio despicientis, res ipsa loquitur. Paullum aliter scarabaeus in Pac. v. 26.

— ὑπὸ φρονήματος
Βρενθύεταί τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ·

μεγαφρονεῖ, inquit *Schol.* *magnificum se facit, multumque sibi adrogat:* quo pacto *Athen.* XV. p. 669. B. ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται, ὡς μόνος ἀνασπάσας τὰ κοττάβια· Lysistr. v. 887. Χ' ἃ δυςκολαίνει πρὸς ἐμὲ καὶ βρενθύεται, de uxore morosa, quae maritum fastidio habet, ac superbe tractat. Simili modo *Liban.* Decl. VII. p. 320. B. οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι συνηθὲς αὐτοῖς, *quam superbas iras gerere consuetum habeant.* Orat. XV. p. 437. C. καὶ οἱ μὲν ἠσέλγαινον, ὁ δὲ ἐβρενθύετο. Saepius *iracunde indignari, ipso vultus et oris habitu indignationem profiteri:* de Merc. Cond. c. 37. ἅπαντες δ' οὖν ἀπαλλάττονται λαβόντες, ἔτι καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλείω ἔδωκας. *Athen.* IX. p. 383. F. μή καί τις αὐτῶν (μαγειρῶν) τὰ ἐκ Δυςκολου Μενανδρίου βρενθυόμενος λαρυγγίσῃ τάδε. *Aelian.* de Anim. V, 36. avis asterias, εἴτις ὄκνον καλέσειεν αὐτὸν, ὅδε βρενθύεται καὶ ἀγανακτεῖ. Singularius formulam loquendi concinnavit *Noster* in Tim. c. 54. βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸν, *vultu composito ac severo meditabundum incedere,* qui locus est ad hunc conferendus. Magis est vulgatum, ut ἐπὶ adsciscat. *Athen.* XIV. p. 625. B. nisi potius ipsius *Heraclidae Pontici,* hominis eruditissimi, sint verba: οἱ Ἴωνες ἐπὶ ταῖς τῶν σωμάτων εὐεξίαις βρενθυόμενοι, καὶ θυμοῦ πλήρεις. *Themist.* Or. XXIII. p. 291. A. ἠκούσατε δὲ αὖ τινος τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων ὑψηλολογουμένου καὶ βρενθυομένου ἐπὶ τοῖς συνωνύμοις etc. Orat. XXIX. p. 346. B. si labem exiguam elueris, sensus, qui *Petavium* fugit, egregie constabit: Ἐπὶ γὰρ αὐτοῖς τοῖς ὀλίγοις βρενθύομαι ἴσως καὶ αὐθαδίζομαι· καὶ ἐπεστόμισεν ἄν με Σωκράτης, ὡς ἀλαζόνα ὄντα· *at ego me forte ob ista pauca superbus effero, mihique multum tribuo: imo tum Socrates mihi, tanquam jactatori importuno, os obturaret.* Rarioris usus est illud *Plutarchi* pro Nobil. §. 8. ἐξετάζωμεν, πότερον ἐκεῖνος (Ἀριστοτέλης) τοσοῦτον προυπηλάκισε τὴν εὐγένειαν, ὅσον σὺ βρενθύεις· et *Zachariae Schol.* initio Dial. de Opif. Mund. Καὶ νῦν βρενθυόμενος εἶναι σοφὸς etc. Haec argumento sunt, quod parce prisci scriptores, βρενθύεσθαι a recentioribus usu creberrimo fuisse tritum. Cui placuerit inprimis, *Theodoretum* reperio: vide, ne dubites, nam nihil est caussae, cur plura describam, Prol. Ἑλλ. θεραπ. pag. 463. D. Serm. V. p. 557. D. VI. p. 571. B. X. p. 628. D. I. Αἱρετοκακομ. c. 2. ut alia praeteream. Apud *Agathiam,* scriptorem pro ea aetate nitidum ac purum, multo saepius occurrit, quam nota-

tum est a *Suida*, qui, quod exemplum primo loco posuit, *Theophylacto* debet Hist. I. c. 3. *Ὁ δὲ σοβαρευόμενος πολλῷ μᾶλλον κατεβρενθύετο, οἷα προπηλακιζόμενος τῷ ἀναξίῳ τοῦ δωρήματος.* Idem Ep. 69. *βρενθύεται τῷ κάλλει.* Finem observationi nostrae *Hesychius* emendatus faciat: *Βρεναίαται, δυσχεραίνει, προσποιεῖται·* expeditum est *Βρενθύεται·* nisi quis religiosius ordini literarum adhaerens praeferat, *Βρινδίεται*, vel *Βρινδεῖται·* nam infra sane legitur, *Βρινδεῖν, θυμοῦσθαι, ἐρεθίζειν.* In eodem malim, *Βρενθύνεται, ἀξιοπιστεῖ, ἐπαίρεται, σεμνύνεται*, quam *ἀξιοπαθεῖ, βαρεῖται·* quanquam de posteriore non contendero. Hemst. *Schneiderus* Celeberr. in Lexic. ab ave illa aquatili, *βρένθος* dicta, quam *Hesychius* quoque et *H. Stephanus* commemorant, quippe quae superbos gestus prae se ferat, unice recte deducere videtur. Lehm.

Ead. l. 14. *Ἀλαζονείαν*) W. r. In aliis *ἀλαζονίαν.* Solan.

Pag. 171. l. 2. *Ἐννοίας πολυπλόκους*) Hinc philosophorum *πλοκαὶ*, quas *πλεκτάνας* vocavit Vit. Auct. c. 22. et alibi. Bourd.

Ead. l. 3. *Καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον, καὶ ὕθλους, καὶ μικρολογίαν νὴ Δία, καὶ χρυσ.*) Verterat *Mart. Bolerus: et curiositatem.* Id mutaturus *Benedictus* reddidit, *et rerum minimarum disquisitionem.* At sane jam satis expressit hoc philosophi vitium per tria proxime antecedentia, quae non sunt ab hoc postremo diversa. Itaque non miror, patrem notasse, videri nunc intelligere *avaritiam*, ut sic potius distinguatur *καὶ ὕθλους· καὶ μικρολογίαν νὴ Δία, καὶ χρυσίον*, et non modo tacite aurum hinc inde ab discipulis corraserit, sed etiam ostentet animo insitam insignem avaritiam et cupiditatem colligendi amplius, quam apud vivos celatam nuditas mortis nunc aperit. Mox ubi sequitur *ποία πεντηκόντορος* absurde vertunt *quae quinqueremis*, quasi bellicum quid apud inferos, cum ipse Charon in Contemplantibus testetur, se solum *δικωπίαν ἕλκειν.* Gron. Atqui aliter verti non potest, nisi verbis admodum *μικρολόγως* inhaereas. Nam *πεντηκόντορος* est e magnarum navium genere, quae etiam longae dictae, quarumque usus maxime in bello. *Euripides* ipse explicat Helen. v. 1548. collato cum v. 1428. Jam *ποία πεντηκόντορος δέξαιτο ἄν σε;* interrogative dictum, ut negativa insit sententia haec: Nulla ne longissima quidem navis, cujus quidem generis in Orco quidem nullae sunt, (v. init. Dial.) te susceperit. In his equidem nihil video absurdi, aliquid vero ejusmodi in censoria nota. Neque de *μικρολογίᾳ Gronoviis* adsentior, quod sit *avaritia*, contra usum vocabuli. Ut semper, ita et h. l. *μι-*

κρολογία, de philosopho adhibita, est *rerum minutarum, argutiarum studium*, Kleinigkeitsgeist, in cujus quidem ipsius vitii crimen incidere existimo cum interpretem, qui in verbis Mercurii subtilius justo discrimina quaerat. LEHM.

Ead. l. 12. *Μναῖ*) Coll. P. et L. In impressis *μνῶν*. SOLAN. Non de pretio pilorum h. l. agi consentaneum, sed de pondere: *βαρὺς* enim dicebatur modo ὁ *πώγων* philosophi: unde nec *μνῶν*, quod pecuniae quandam summam indicaret, loco convenit, et *μναῖ*, de libra intellectum, unice vera lectio est, quam et probissimis testimoniis confirmari videre licet e Varr. Lectt. LEHM.

Pag. 172. l. 3. *Πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν*) Pro *πέλεκυν ναυπηγικὸν·* est illa loquendi forma propria fere Atticorum. *Xenoph.* Symp. p. 521. v. 10. *εἰσεφέρετο τῇ ὀρχηστρίδι τροχὸς τῶν κεραμεικῶν.* *Theophr.* Char. Eth. c. V. *Θουριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος.* *Epicharmus* in Scirone, *πηλίνων λεκίς.* *Aristoph.* in *Γήρᾳ·* *κοπὶς τῶν μαγειρικῶν.* *Alexis:*

— *Ἀριστογείτονα*
Τὸν ῥήτορ᾽ εἶδον λάρκον ἠμφιεσμένον
Τῶν ἀνθρακηρῶν —.

Posteriora subministrat *Pollux* X, 87. 104. 111. HEMST.

Ead. l. 4. *Ἐπικόπῳ*) Sic vocat truncum, super quo aliquid dissecatur: vox in usu rarissimo. BOURD. Valde obscure vertitur sic, ut verba longe recedant a Graecis: *Menippus iste sumta securi, qua naves fabricant, eam resecabit scansorio navis tabulato suppositam.* Pro *ἐπικόπῳ* in Ms. est *ἐπικόπτῳ·* sed aut legendum est *ἐπικοπάνῳ*, aut *ἐπίκοπον* pro *ἐπικόπανον* usus est *Lucianus*, sicut illo *Menander* in Messania, ut auctor est *Pollux* Onomast. X, 24. Sic autem vocabatur *τράπεζα μαγειρική*, in qua secabant in frusta carnes assandas, vel coquendas: pro *ἐπικόπανον* veteres addit dixisse *ἐλεὸν, ξάνιον, ἐπίξηνον·* dictam esse istam mensam coquorum *ἐλεὸν*, quia ex oleis conficiebatur, auctor est *Hesych.* quamvis alios *ἐλεὸν* scribere doceat, et aliunde petere hujus vocis originem: vide in *ἐλεοῖσι*. Apud *Pollucem* stultissime vertitur *ἐλεὸν olearia cella*: vide et lib. VI. c. 13. ubi eadem repetit *Pollux*. Ceterum in prius laudato capite pro *ἐπικόπανον* Ms. ut hic *Lucianus*, prae se fert *ἐπίκοπον*, sed non in verbis *Menandri*, quae statim ex ejus Messania adfert; nec in lib. VI. cap. 13. Utrumque veteres videntur usurpasse, *ἐπίκοπον*, et *ἐπικόπανον*, sed tamen non vetustissimi: recentiora enim sunt vocabula. Sane non nisi apud novae Comoediae scriptores *ἐπικόπανον* reperiri, et qui-

dem *Menandrum*, *Pollux* tradit locis in laudatis. Sed ἐπίκοπον veteres quoque usos discimus ex *Eustathio* ad Odyss. *B.* v. 237. ubi ἐπίξηνον exponit ἐπίκοπον. *Τὸ δὲ παρθέμενοι κεφαλὰς ἀντὶ τοῦ προτείναντες. ἢ ὡς ἐν ἐπιξήνῳ ἤτουν ἐπικόπῳ ἤτοι ἐπικορμίῳ θέντες ὥστε κοπῆναι·* qui locus admodum facit ad hujus nostri *Luciani* explicationem. Vide quoque antiqua Scholia ad hunc locum *Homeri*, in quibus male legitur *προτείναντες ὡς ἐπιξείνῳ, ἤγουν ἐπικόπῳ, ὥστε κοπῆναι*, pro ἐπιξήνῳ. Sic et male legitur apud *Hesych.* ἐπίξυλον pro ἐπίξηνον, τὸ παρ' ἐνίοις ἐπίκοπον. *Ἀναβάθρα* est sive *scala*, qua in navem altiorem, aut *tabula*, qua in lintrem aut scapham pervenire commode possumus. Utitur hoc vocabulo alibi quoque *Lucianus*. Verte *Luciani* locum: *Menippus iste capta securi, qua naupegae utuntur, eam resecabit, utens pro mensa, seu trunco, quo secanda imponuntur, tabula, qua scapha conscenditur.* Graev. Hujus et loci et vocabuli meminit *H. Stephan.* Thes. T. II. p. 354. *Ἐπίκοπος*, inquit, *substantive, lignum, quod supponitur, cum quid securi secatur, ut Budaeus interpretatur apud Lucian. in Dial. Char. et Merc.* λαβὼν πέλεκυν etc. *loquitur autem ibi de barba. Potest tamen et pro mensa accipi, supra quam lanii et coqui carnes concidunt, ut ἐπικόπανον. Antiquam autem eam vocem esse Eustathius tradit, eique synonymum ἐπίξηνον, at ἰδιωτικῶς vocari ἐπικόρμιον. Aristophanis autem Scholiastes ἐπίξηνον esse dicit* (ad Acharn. v. 317.) *μαγειρικὸν κορμὸν, ἐφ' οὗ τὰ κρέα συγκόπτουσι. Eustathius exponens Homericum illud Od. B.* 237. *παρθέμενοι κεφαλὰς, subjungit, προτείναντες, ἢ ὡς ἐν ἐπιξήνῳ, ἤτουν ἐπικόπῳ, ἤτοι ἐπικορμίῳ θέντες, ὥστε κοπῆναι, in trunco, in quo carnes concidi solent. Sed fortasse non minus ἐπίκοπον substantive dicitur, quam ἐπίκοπος· quemadmodum apud Poll. ἐπίξηνον, et apud Scholiastem Aristophanis ἐπίξηνος. Praeterea in altero subintelligi posse videtur κορμὸς, aut τράπεζα, aut tale quid, in altero ξύλον, aut aliquid aliud. Sicut vero tam ἐπίξηνος dicitur, quam ἐπίξηνον, ita tam ἐλεὸς, quam ἐλεὸν, ut Eustathius adnotat.* Postea de ἐπικοπάνῳ profert, quae *Pollux* scripsit V, 90. X, 101. Fundum fere vides eorum, quae a *Graevio* sunt explicata: paucis, quid hoc de vocabulo sit tenendum, declarabo. Ἐλεὸν apud *Homerum*, vel ἐλεοὺς, hoc enim numero solum occurrit Il. I. 215. Od. Ξ. 432. τράπεζαν esse μαγειρικὴν sive *mensam coquinarem* veteres consentiunt: eorundem auctoritate masculinum genus accipimus; quamvis alioquin pro neutro faciat τοὔλεὸν *Aristophanis* in Equ. v. 152. 169. et ab utrovis aeque repeti possit poëtae ἐλεοῖσι· non aliter *Pollux*; nam et IV, 123. ubi rariorem vocis usum exponit, Ἐλεὸς δ' ἦν

τράπεζα ἀρχαία, ἐφ' ἣν πρὸ Θέσπιδος εἷς τις ἀναβὰς τοῖς χορευταῖς ἀπεκρίνατο, membranis si obtemperemus, *'Ελεὸν* erit revocandum. *Philopono* tamen vel *Cyrillo ὁ 'Ελεὸς, τοῦ ἐλεοῦ, Eleus fluvius, mensa.* Hinc *ἐλεοδύται* Delii *διὰ τὸ τοῖς ἐλεοῖς ὑποδύεσθαι διακονοῦντας ἐν ταῖς θοίναις*, teste *Athen.* IV. pag. 173. A. quem descripsit *Eustath.* ad Il. I. p. 773. v. 43. Dubitat *Harpocration*, an *'Ελεοκόποι Lysiae*, quos alii *τοὺς τὰ ἕλη κόπτοντας, τοῦ ε παρεμβεβλημένου*, interpretabantur, indidem sint derivandi: *μήποτε δὲ παρὰ τὸ ἐλεὸν, ὅπερ ἐστὶν ἐκτὸς ξυλινὸν, γεγένηται τοὔνομα·* ubi quid sibi velit *ἐκτὸς* prorsus omissum a *Suida*, minime perspicio; nisi quis reponi probet *ἕρκος*, vel, quod verius existimo, *ὅπερ ἐστὶ κόρμος ξύλινος*. De *ἐλεοῖς* plura *Jungermann.* ad *Poll.* X, 101. n. 44. Idem censetur *ἐπίξηνον* saepius in *Aristophanis* Acharn. v. 317. 354. 364. 365. usurpatum: neque repugno, modo paullum adcuratius, illam esse *culinariam*, hanc, ut *Suetonius* ait in Claud. c. 15. *mensam lanioniam* statuas. *Aeschyl.* Agam. v. 1286.

Βωμοῦ πατρῴου μ' ἀντ' ἐπίξηνον μένει
Θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι·

quorum mihi *Stanleji* versio multo magis, quam infelix emendandi conatus placet. *Ξάνιον* adjungit *Pollux* origine par, sed multo minus obvium, et Comoediae novae vocem *ἐπικόπανον*. *Menandri* verba vel integra possunt servari, ut initium jambi faciant, vel, quod fere malim, ita legi,

— *ἡγεῖται μ' ὅλως*
'Επικόπανόν τι —

Codicem me plane lanionium putat, prout creberrimis me contundit plagis: nam nihil est futilius ea explicatione, qua sibi blanditur ad *Menandri* Reliquias *Philargyrius* ille *Cantabrigiensis*. *'Επικόπανον* autem an *ἐπίκοπον* dicas, nullum interest discrimen: plus una vice meminit *Eustath.* ad illud Od. *Γ.* 443. — *βοῦν ἐπικόψων, ἀντὶ τοῦ ἐπάνω τοῦ τραχήλου πλήξων· ὅθεν καὶ ἐπίκοπον παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἐπίξηνον, ὅπερ ἰδιωτικῶς ἐπικόρμιον λέγεται·* et ad Od. *Λ.* p. 1692. *ἐπάνω ἐμοῦ, ὡς οἷα ἐπί τινος ἐπιξήνου, ὅ ἐστιν ἐπικόρμιον·* cujus vocabuli infima Graecorum aetate vulgati rationem pandit *Aristophanis Scholiastae κόρμος μαγειρικὸς*, quos *lanionum codices* ex ulmis maxime confectos adpellat *Juvenalis* antiquus Commentator ad XI, 141. *Etymol.* *'Επίξηνον, ξύλον ἐφ' οὗ κρέα κόπτουσι, τὸ νῦν ἐπίκοπον· παρὰ 'Αριστοφάνει καὶ Δημοσθένει·* de *Aristophane* liquet; *Demosthenis* locum hactenus quaero. Hinc in *Hesychio* reficiendum arbitror, *'Επίξηνον, ξύλον ἐφ' οὗ τὰ κρέα τιθέντες ἔκοπτον, ὃ νῦν τὸ κρεωκόπον*, vel *ἐπίκοπον ξύλον·* nihil enim obstat, quo minus hunc in modum suppleatur, ut

recte monuit *H. Stephanus*: sic ἐπίκοπον σανίδιον, *tabella, super quam aliquid inciditur.* *Paulus Aegin.* VI. c. 67. Leonides, ut ὀσχέου ῥακώσει mederetur, ὕπτιον ἀνακλίνας τὸν ἄνθρωπον σμίλῃ κατ' ἐπικόπου σανιδίου τινὸς ἢ σκληροῦ δέρματος τὸ περιττὸν ἐξέτεμνε. Porro, quod *Hesychius* habet, Ἐπίξυλον, τὸ ἐπὶ παραστροφίδι τοῦ ὑφαινομένου ἱματίου, καὶ τὸ παρ' ἐνίοις ἐπίκοπον, *Graevio* mutanti nondum adsentior. *Idem*: Κρήϊον, ἐπίκοπον, κρεοδόχον λέβητα· veterum expositionem tradit Homericae vocis κρεῖον sive κρήϊον duplicem; hi *codicem coqui lanionisve* accipiebant, alii *lebetem, in quo carnes coquantur.* Tum etiam, si lectioni receptae tuto fidimus, μάλκην a Pariis τὸ ἐπικόπανον vocari *Hesychius* ostendit: illi autem conjecturae, qua suspicatus fui in eodem restitui posse Ἐπίκοπον, ἐπικόρμιον, Πάφιοι aut Πάριοι, pro Ἐπίκορον, ἐπίκωπον, parum tribuo, quia forte probabilius emendes, Ἐπίκορον, ἐπίκαρτον. *Scaligero* subscribo Glossas corrigenti, *Cala*, ἐπικοπὶς, ἐπιγλυφίς. Ergo *Lucianus* ad praecidendam tam grandem philosophi barbam scala navali Menippum uti voluit vice codicis aut trunci lanionii, eoque magis, quod securis robustum aliquod lignum, non levem tabulam postularet. HEMST.

Ead. l. 8. *MEN.* Εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γὰρ νῦν ἀναπέφηνας) Locus et vitio laborat, et prava distinctione; quam ob rem ignoscendum est eruditis hominibus, qui nihil hic viderunt. Primum lege ἀνθρωπινώτερος, itaque verte: *Euge vero; nunc homini similior evasisti, foetidis sordibus ibi depositis.* Ἀναπέφηνας intellexerunt, quasi actionem contineret; perverse: aliud norma Graecae linguae, atque ipse *Lucianus* suadent. Diall. Deor. IV. §. 1. σὺ δ' ἄλλος ἤδη ἀναπέφηνας· Catapl. c. 24. πῶς καθαρὸς ἐξ ὑπαρχῆς ἀναπέφηνας; *Xenoph.* Socr. Apol. p. 411. v. 9. οὔτε θύων τισὶ καινοῖς δαίμοσιν, οὔτε ὀμνὺς, οὔτε ὀνομάζων ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα. *Suidas*: Ἀναπέφηνα, ἀπεδείχθην, καὶ οὐχὶ ἐναπέφηνα. Nihil moror Philopatridis consarcinatorem §. 3. ipse rectius §. 18. Praeterea ἀποθέσθαι in hoc dialogo nunquam dicitur, ut virtus verbi medii postulat, nisi is, qui, quae habet ipse, deponit atque a se projicit: modo, τὸν πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω, et, ἀπόθου καὶ τοῦτον. Amorr. cap. 5. πᾶσαν οὖν ὑποτιμήσεως ἀφορμὴν ἐκ ποδῶν ἀποθέμενος. Sic πᾶσαν ἀποθέμενον μανίαν τιμῆσαι μὲν τοὺς αὐτοκράτορας in Pass. Tarach. Prob. et Andron. p. 248. Hinc sponte sequitur, quomodo sit capiendum αὐτοῦ, tanquam si locum, ubi sordes excussae jacebant, digito monstraret. Deinde Menippo male tribui, quae Mercurii personae conveniant, manifesto, dummodo sententiam

consideratius perpendas, patebit. Securis loco serram Menippus ad deradendam philosophi barbam risus caussa poscit: verum, inquit Mercurius, Menippi libidinem jocandi petulantem aliquantulum reprimens, securis satis est idonea: tum Menippus dicto audiens utitur securi. Hoc peracto ministerio, sermonem continuat Mercurius: *optime sane; nunc tu, philosophe, multo humanior adpares, postquam taeterrimam illam spurcitiem deposuisti.* Exinde Menippus iterum: *Vin tu, Mercuri, ut paullulum etiam de superciliis demam?* quae sane leporis Comici sunt plenissima. Sic igitur personas digere: *'Ερ.* Ὁ πέλεκυς ἱκανός. *Εὖγε·* ἀνθρωπινώτερος γὰρ νῦν ἀναπέφηνας ἀποθέμενος αὐτοῦ τὴν κινάβραν. *Μεν.* Βούλει μικρὸν etc. Egregio sane donatum tonsore philosophum! Similiter supra p. 27. τί τοῦτο; sermo intermissus a Vulcano, postquam caput Jovis securi diviserat, repetitur. HEMST. *'Αναπέφηνας* Medium esse et forma et potestate, ab ἀναφαίνειν repetendum, extra omnem dubitationem est positum: nam quae *Bastius* Ep. Crit. p. 89. de verbo aliquo novo ἀναποφαίνειν docet ex *Aelian.* Hist. Anim. XIII, 6., ea certe ad *Lucianum* nihil adtinent: (praeter loca ab *Hemst.* jam laudata cf. Timon. c. 1. pro Imagg. c. 14. Somn. s. Gall. c. 4.) et in *Reitz.* Ind. *Lucian.* manifesto vitio fictum est verbum ἀναποφαίνειν. Quod si ita est, legendum necessario ἀνθρωπινώτερος, non —ον, praesertim quum Codd. faveant. Hinc vero non minus certo sequitur, dici haec verba ad Philosophum, non ad Menippum; non item adparet, a quo dicantur: melius tamen et mihi videntur Mercurio tribui, quod et in P. indicatur, ubi voci βούλει praefixum *Menippi* nomen. *Carpzov.* ἀνθρωπινώτερον tuiturus explicat per Ellipsin Pronominis τι, non sane sinistre. *Wielandius* denique vertendo *serrae* ope barbam demi Philosopho jubet, quasi pro ὁ πέλεκυς ἱκανός legerit ὁ πρίων ἱκ. LEHM.

Ibid. *'Ανθρωπινώτερον ἀναπ.*) Sic apud *Athen.* ἀνθρωπίνως λαλεῖν p. 383. B. SOLAN.

Ead. l. 9. *Αὐτοῦ*) Id est, αὐτόθι, εὐθύς. GUYET.

Ibid. *Τὴν κινάβραν*) Alarum aut reliquarum partium excitatur odor ad libidinem incensis. Hinc *Horatius* anum hujusmodi dicit *hircum in alis habere.* Lysimachus apud *Plautum* in Mercat.

Jam plenus aetatis, animaque foetida
Senex hircosus —.

COGN.

Ead. l. 11. *Ὑπὲρ τὸ μέτωπον ἐπῆρκεν*) Inanem fastum philosophorum, qui quidem sapientiam solo vultu simulant,

quando veteres irrident, id quod fieri solet saepissime, supercilia potissimum vellicant; usque eo, ut notam illorum ac designationem complectantur istae loquendi formulae: οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, *Menander* apud *Donat.* ad *Ter.* Andr. A. II. Sc. 5. οἱ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες, *Euseb.* D. E. p. 106. C. οἱ σεμνοπροσωποῦντες καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες, *Artemidor.* Prooem. l. I. p. 3. De ipso Platone *Amphis* apud *Diog.* L. III, 28. Ὥσπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς. *Alciphr.* I. Ep. 34. Ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας σεμνός τις ἐγένου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας· ubi praeter hunc *Luciani* locum commoda notavit *Berglerus*, quaedam tamen a *Desid. Heraldo* praecepta ad *Martial.* I. Ep. 25. Quod autem in Ox. libro legitur ὑπῆρκεν, probari nequit, nisi duabus literis interjectis expolias, ὑπερῆρκεν· verum nihil est caussae, cur obvium illud ἐπῆρκεν, et *Nostro* familiare, solicitetur. Si quid mutandum foret, exigi mallem ἑαυτόν· quamvis enim haud negem, recte dici ἀνατείνειν ἑαυτὸν, oratio tamen exit rotundior, si ἀνατείνων referatur ad ταύτας τὰς ὀφρῦς. Ita *Lucian.* in Tim. c. 54. ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας· et *Etymologus* esse contraria monet ὑποκαθεῖναι et ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς. Hoc est illud *Ammiani* de rege Chnodomario XVI. c. 12. *ardua subrigens supercilia*; et p. 143. *elatus in arduum supercilium.* HEMST.

Ibid. Ἐπῆρκεν) Vide Vit. Auct. c. 7. ὡς διῆρκε τὸ ξύλον. SOLAN.

Pag. 173. l. 1. Ὑπὸ μάλης) Quicquid clam et occulte, non propatulo, vel fit, vel gestatur, sub ala proverbio etiam fieri dicitur: quo usus est *Demosth.* contra Aphob. Ψευδομαρ. Οὐχ εἷς, οὐδὲ δύο ταῦτ' ἴσασιν, οὐδ' ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μέσῃ πολλῶν παρόντων· *non unus, neque duo ista norunt, neque sub ala, ut ajunt, provocatio facta est; sed in medio foro, multis praesentibus.* Ita dicitur alibi ab eodem *Luciano* ὑπὸ κόλπον, *sub sinu.* COGN. *Erasmus* in Adagio, *Quae sub alis fiunt*, incredibilem hujus phraseos explicationem tantoque viro indignam adtulit, jure merito propterea castigatus ab *H. Stephano* in Anim. cujus operae praeclarae non meminerat *H. Valesius*, cum ad *Amm. Marcellin.* XXVI. p. 512. iisdem, quibus *Stephanus*, exemplis usus, Graecos ὑπὸ μάλης *de re furtiva et occulta solere dicere* observat. Nos alias ad *Thomam Magistrum* plura. HEMST.

Ead. l. 13. Κολακείαν) Ita Ox. Reliqui κολακίαν. SOLAN.

Ead. l. 8. Γε) Hoc pro vulgato γὰρ ex MS. Ox. reposuimus. SOLAN.

Ead. l. 11. Παρισώσεις) *Quare aut paria esse debent poste-*

riora superioribus, extrema primis, aut, quod etiam est melius et jucundius, longiora. *Cicer.* de Orat. III, 48. In Orat. c. 25. *paria paribus relata, et similiter conclusa, et immutatione quasi quaesitas venustates* parce adhibendas aut fugiendas esse ait. *Πάρισα* haec vulgo vocabant: vide *Philostr.* p. 497. Meminit iterum *Noster* Demosth. Encom. c. 8. Solan.

Ead. l. 12. *Βαρβαρισμοὺς*) Ridicule hoc dictum. Praeterea *A. Gellius* V, 20. negat eam vocem apud ullum idoneum auctorem Graecum inveniri. Sed *Luciani* jam aetate linguae Graecae castitas vix ullibi reperiebatur. Vide in hanc rem plura in Rhet. Praec. c. 17. Vit. Auct. c. 10. et 23. Solan.

Ead. l. 13. *Ἢν, ἰδοὺ*) Rhetor ait: *ἢν, ἰδοὺ ἀποτίθεμαι.* sed scribendum *ἤν' ἰδοὺ, ecce:* quod alibi quoque saepiuscule apud *Nostrum* occurrit, sed saepius corruptum. Dicitur pro *ἠνὶ ἰδού.* Graev. Secutus est eruditiss. *Graevius H. Stephanum* Th. L. Gr. T. I. p. 1104. *Ἢν ἰδοὺ*, inquit, *apud Lucianum eadem significat initio Anachars. Sed ego tam in hoc loco, quam in ceteris scribendum puto ἤν' ἰδοὺ, posita post ἤν apostrophi nota: nec enim dubito, quin elisum sit ι adverbii ἠνὶ, quod ἐκ τοῦ παραλλήλου τῷ ἰδοὺ, perinde ac si diceretur ἠνὶ ἰδού.* Ego, quanquam, utrum probes, haud sane multum refert, secus sentio, ut opportuniore loco declarabo. Hemst.

Ead. l. 14. *Τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα*) *Polyaen.* IV. c. 6. p. 374. *ἄλλοι μὲν ἀνέσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνεῖλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο.* Quam hic *ἀποβάθραν*, paullo ante dixerat *ἀναβάθραν·* idque jam observatum a *Paul. Leopardo* Em. XIV. c. 10. et *C. A. Dukero* ad *Thucydid.* IV. c. 12. nec *Stephanum* in Thes. *Luciani* loca fugerunt. *Pausan.* X. p. 860. *διὰ τῆς ἀποβάθρας κατιών· Poll.* VIII, 120. *μήτε ἀποβάθραν, μήτε ἄγκυραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον.* Alia dabit vir illustris ad *Callim.* H. in Del. v. 22. Hemst.

Pag. 174. l. 9. *Τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν κατειλήσας*) *Petron.* c. VIII. p. 33 *Tarde, imo jam sero intellexi me in fornicem esse deductum: exsecratus itaque aniculae insidias operui caput, et per medium lupanar fugere coepi in aliam partem:* ibi vide Commentatores. Hemst.

Ead. l. 10. *Περίεισιν*) Futurum, uti supra Diall. Marr. X. *αὐτίκα μέτεισι καὶ τιμωρήσει τῇ μητρί.* Saepius hoc fieri videas. Solan.

Ead. l. 11. *Ἐπὶ τῇ σοφίᾳ*) Sequentibus adjunxi *ἀργύριον λήψεται ἐπὶ τῇ σοφίᾳ*, secus atque interpretes fecerunt. Hemst.

Ead. l. 14. Ἔσπευσα) Consule *Diogenem Laërt.* p. 162. B. qui Menippum ait laqueo sibi necem conscivisse. Solan. Mox μεταξὺ λόγων formula loquendi, qua usurpabant, si quid ab instituta oratione alienum sermonibus intersereretur: *Apollodorus* apud *Pollucem* X, 93. Μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ· ubi a me quaedam sunt observata. Hemst. I. Cf. Charon. c. 24. Navig. 5. Ner. 11. *Plaut.* Trinumm. I, 2, 156. *Sed quid ais?* *Terent.* Heaut. V, 1, 9. *Sed interim*, magis ad Graecam rationem. Nostrates, Francogallos imitati: A' propos. Agit de hac formula loquendi etiam *Hoogeveen.* ad *Viger.* p. 418. Lehm.

Pag. 175. l. 3. Συνέχεται) *Illius uxor constringitur a mulieribus*, quasi nempe suffocanda. Male hic locus versus est, *illius uxorem mulieres circumstrepunt.* Cler. Nisi versionum architecti legerint, aut in animo habuerint συνηχεῖται, unde petitum sit illorum, *uxorem mulieres circumstrepunt*, exputare non possum. Suspicabar olim, συνάγχεται vel ἀπάγχεται melius convenire saevienti in uxorem tyranni feminarum turbae, quomodo *Lambinus* in *Polybio* I. p. 119. pro ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συναγομένους legebat συναγχομένους, *fame suffocatos* ad *Corn. Nepot.* Ham. n. 35. Nunc satis contentus sum scriptura vulgari: significat enim *comprehensam constrictamque teneri.* *Porphyr.* in *Euseb.* Chron. p. 60. καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἐνόπλων ἐν τῷ γυμνασίῳ διὰ τὴν μιαιφονίαν συνεχόμενος ἀπώλετο. Quod autem de uxore Lampichi liberisque narrat *Lucianus*, eundem exitum a Locrensibus Dionysii junioris habuerunt. *Strabo* VI. p. 398. *Aelian.* V. H. IX, 8. Hemst.

Ead. l. 5. Βάλλεται ἀφθόνοις) Sic passim. Bourd.

Ead. l. 6. Διόφαντον) *Cicer.* in Bruto p. m. 215. C. Diophanis meminit Mitylenaei, Graeciae illis temporibus disertissimi. Lacedaemonius antiquus scriptor. *LLoyd.* Solan.

Ead. l. 8. Ἐξάρχει τοῦ θρ.) Narrat eadem de Luctu. Bourd. Scite; nam ἐξάρχειν verbum rei musicae debitum: qui primus cantionem incipit et voce moderatur sua, ἐξάρχειν dicitur: *Hesiod.* Scut. Herc. v. 205.

— — Καὶ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς
Μοῦσαι Πιέριδες — —

quem poëtae locum citavit *Athenaeus* lib. IV. p. 180. ubi et haec inter alia: τὸ γὰρ ἐξάρχειν τῆς φόρμιγγος ἴδιον· potuisset idem jure de omni cantione dixisse: *Archilochus*: Αὐτὸς ἐξάρχων πρὸς αὐλὸν Λέσβιον παιήονα· *Xenoph.* Cyrop. lib. IV. non procul initio: σπονδὰς τοῖς θεοῖς ποιεῖσθε, καὶ παιᾶνα ἐξάρχετε· sed notabilior est locus lib. VII. p. 103. ὅταν ἤδη ὁμοῦ προσιόντες ἀλλήλοις γιγνώμεθα, παιᾶνα ἐξάρξω, ὑμεῖς δ'

ἐφέπεσθε· ἐφέπονται itaque qui moderatoris vocem sequuntur. Sed haec alibi fuse. Hemst. I. Cf. inprimis de Luct. c. 20. Lehm. Protulit *Des. Herald.* ad *Martial.* II. Ep. 11. Mox θάπτωσί με unde *Cuperus* expiscatus fuerit de sepultura per ignem esse capiendum, ignorare me fateor: eum vide Obss. I. p. 48. Hemst. II.

Ead. l. 11. Ὀλίγον) Sic lego, ut Dial. XXIII. pro ὀλίγων, quod in plerisque est. Recte tamen *P.* et *S.* Solan. Et B. 2. habet μετ' ὀλίγον. Lehm.

Pag. 176. l. 4. Πάντως) G. Coll. et P. ut Dial. XV. In reliquis deest. Solan.

Ibid. Δικασθῆναι δεήσει) Vocem unam addit Ms. πάντως δικασθῆναι δεήσει. πάντως vulgo deest. Graev.

Ead. l. 24. Μοίριχον) Ficta credo haec nomina. Solan.

Ead. l. 26. Πλούσιος καὶ αὐτὸς ὢν) Perperam in Aldina, Salmuriensi et aliis editionibus, praeterquam in Florentina, post voculam ὢν ponitur signum interrogationis Graecum; eoque deceptus fuit interpres. At non interrogat Crates, ut et nihil respondet Diogenes. Quin si haec per interrogationem dicta essent, signum istud in fine orationis foret collocandum. Jens.

Ead. l. 27. Τὸ Ὁμηρικὸν) Legendum ὅς ante τό. Certe medica manu eget locus hic depravatissimus. Solan. Felicissima emendatio, quam confirmant optimi libri Mss., duo Pariss. et Gorl. Frustra tueri vulgatam rationem conatur *Abresch.* Dilucc. Thuc. pag. 104. Alia enim est loci Diall. Deor. VI. in. syntaxis, etsi eum ita legas, uti vulgo exhibetur. Lehm.

Pag. 177. l. 1. Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγώ σε) Sunt Ajacis verba ad Ulyssem colluctantem Il. Ψ. v. 724. Graev.

Ead. lin. 3. Ἐθεράπευον ἀλλήλους] Haec verba olim cum antecedenti Diogenis interrogatione arctius conjuncta fuerant: Τίνος ἕνεκα, ὦ Κράτης, ἐθεράπευον ἀλλήλους; Sed sic stolidam esse eam quaestionem, vidit jam *Hemsterhusius*, qui tacite versionem Latinam ad saniorem rationem reduxit, verba ἐθεράπευον ἀλλήλων in limine responsionis Cratetis ponens. Ediderunt sic etiam *Schm.* et *Matth.*, praeter ipsam sanam rationem etiam auctoritatem codicis 3011. secuti, cui Gorl. quoque et Aug. recentius collati accesserunt. Lehm.

Ead. l. 8. Οἱ μάντεις εἴτε ἀπὸ τῶν ἄστρων etc.) Si commodum videatur illud εἴτε, cur non tertio quoque loco εἴτε Χαλδαίων παῖδες· nam ὥςγε nescio an alios, me quidem non mediocriter offendit; quorsum enim spectat, aut quem sen-

sum reddit, impedita structura, quodammodo tolerabilem? Priore loco οὔτε Juntina praefert: hoc ipsum in sequentibus etiam adscitum cursum orationis interruptum expediet, καὶ οἱ μάντεις οὔτε ἀπὸ τῶν ἄ. τ. τὸ μ. οὔτε ἀ. τῶν ὀ. οὔτε Χ. π. ἀλλὰ καὶ ὁ Πύθιος αὐτὸς παρεῖχε etc. Mecum facit *H. Valesius* ad ista *Marcellini* XXVIII. p. 581. *Iisdemque subseruntur genitalium extorum interpretes controversi, hinc praefecturas profusius largientes et sepulturas divitum matronarum*, hunc in modum scribens: *Simile est, quod narrat Lucian. in Dial. Mort. cum Moerichus et Aristeas viri ditissimi se mutuo captarent, ac se vicissim heredes instituissent palam scriptis testamentis, vates et Astrologos et somniorum interpretes et Chaldaeos, Apollinem quoque Pythium ab utroque consultum modo huic, modo illi obventuram hereditatem praedixisse:* quae ita sunt comparata, ut facile, qualem animo lectionem fuerit secutus, ostendant. Saepe autem fraudulenti vates, quibus ex spe lucri futurorum praedictio pendebat, insidiis testamentariis interveniebant: egregius est *Plinii* locus I. Ep. 20. Hemst. Ad gravius, quod sequitur, additamentum ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Πύθιος magis convenit, conjungere per οὔτε, quam disjungere per εἴτε, varias vatum classes, e quibus inprimis commemorantur Astrologi, ἀστρομάντεις, et ὀνειρομάντεις sive, ut in Somnio adpellabantur, ὀνείρων ὑποκριταί. Ab his jam non diversam classem efficiebant *Chaldaei*, ut cum *Hemst.* pergi possit οὔτε Χαλδαίων παῖδες — quamquam largiar eorum magiam potissimum ad νεκυομαντείαν spectasse, vid. Necyom. c. 6. — sed videntur hi tantummodo exempli loco laudari, ad probandam scilicet insignem illam utriusque amici curiositatem sortis suae futurae cognoscendae. Recte itaque habere videtur ὥς γε. Verum ingenue fateor, nondum mihi omni ex parte sanum et integrum videri locum. Sive enim plenus est vatum, qui consulebantur, recensus, non convenit tum Singularis numerus παρεῖχε, ad unum Pythium referendus, et corrigendum adeo παρεῖχον. Sive παρεῖχε retineas, quod omnes certe libri tuentur, tum verba ἀλλὰ καὶ etc. peculiarem quandam et separatam conficiunt enuntiationem, nec potest in antecedentibus non excidisse verbum, quod cum Subjecto οἱ μάντεις conjungas. Nisi forte existimes scriptorem *nostrum* et hic, ut alibi passim, licentia quadam syntaxeos usum omisisse, quod e totius loci ratione et natura haud difficulter intelligi potest. Sed vel sic, nescio quomodo, offendit Singularis numerus παρεῖχε in ea quidem sententia, in qua maxime id agitur, ut conspicua reddatur magna quaedam multitudo et varietas. Lehm.

Ead. l. 10. *Χαλδαίων παῖδες*) Sic Necyom. c. 6. *Eunap.* Aed. Bourd.

Ead. l. 11. *Ἀριστεῖ*) Mirum cur *Ἀριστεῖ*, cum dixerit *Ἀριστέαν*. Bourd. Miratur *Bourdelotius*, cur *Ἀριστεῖ* dicat, cum *Ἀριστέαν* adpellarit; et merito miratur. Ms. ostendit, hoc vocabulum esse mendose in editis exaratum, cum pro *Ἀριστεῖ* scribit *Ἀριστέᾳ*, ut scribendum est. Graev. *Ἀριστέᾳ*) Ex MS. Gr. et L. editionum mendum sustulimus, quae omnes praeter Stephan. legunt *Ἀριστεῖ*. Vide tamen, an non *Lucianus* de Aristeo aliquo Corinthio loquatur: plures enim Aristei Corinthii apud *Thucydidem* occurrunt, Aristeas nullus. Solan. *Ἀριστεῖ*) Ut *Ἀριστέᾳ* reponatur, quia *Ἀριστέας* ante dictus fuerit, magno opere contendunt nostri Commentatores, a quorum sententia valde dissidet *Steph. Berglerus*, dignus propter peritiam Graecarum literarum non vulgarem, cujus in hac caussa ratio habeatur. Ad *Alciphr.* I. Ep. 1. ubi leguntur *οἱ βορεῖς* haec notat: *Pro οἱ βορέαι, quasi a βορεὺς per metaplasmum; ut et Aratus ἀνέμοιο βορῆος Διοσ.* v. 351. *Sic Lucianus in Dial. Crat. et Diog. Ἀριστεῖ formavit, cum nominans, qui non Ἀριστεὺς, verum Ἀριστέας vocabatur, sed hoc non sine adlusione ad ἀριστεύς.* Illam adlusionem, haud quidem alienam, etsi non praestem, ceteris tamen non invitus accedo: est enim talis nominum, praesertim propriorum, formae mutatio neutiquam insolens, et aliquando temere ab eruditis viris tentata. Quem *Μελάνθιον Homerus* plerumque adpellat, idem *Μελανθεὺς* Od. Υ. 255. Φ. 176. *Ἀμοιβεὺς* et *Ἀμοιβέας* non differunt, quod posterius in *Aeliani* V. H. III, 30. contra *Schefferum* recte defendunt *Kuhnius* ac *Perizonius*, et dudum ante utrumque *J. Fr. Gronovius* Obss. IV. p. 240. Proconnesius Aristeas, peregrinantis, cum vellet, animae miraculo nobilis, *Ἀριστεαῖος* dicitur a *Strab.* XIII. p. 881. A. *Pausan.* V. p. 392. *Jamblich.* V. Pyth. §. 138. *Tatiano* p. 136. *Clem. Alex.* Str. I. p. 333. D. refingi volunt *H. Steph.* ad *Maxim. Tyr.* Diss. XXVIII. p. 282. *Casaub.* et *Scherpezeel.* ad *Strab. Hoeschel.* ad *Orig.* contra Cels. p. 113. *Rutgers.* V. L. VI, 14. *Potter.* ad *Clem.* quibus cunctis supervacuae curae gratiam facimus. Quem *Herodotus* nominat *Ἀριστέαν τὸν Ἀδειμάντου Κορίνθιον*, illum semper *Ἀριστέα Thucydides* et *Plutarch.* T. II. p. 871. A. Non ergo licuerit *Luciano*, si liberet, formam ejus nominis variare? Verum ne quis caussetur, quod a diversis scriptoribus factum fuit, uni, idque intra paucos versus, non esse obtrudendum, *Apollodorum* adducam, qui II. p. 97. minore intervallo, cum posuisset *Ἀλκαῖος*, mox subdit *πάλιν ἐξ Ἀλκέως* ab *Ἀλκεύς*. Ceterum

hae lances dubiae, et quorsum vergant incertae, secus atque illae Jovis Homericae, unde has adumbravit *Noster*, quae Achillis Hectorisque fata exigebant Il. X, 209. *Theog.* v. 157.

Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλῳ.

Hemst. At graviores tamen h. l. complurium eorumque optimorum codd. voces, quam quibus non videretur obediendum. Recte *Schmiederus* et *Matthiae* receperant legitimum nomen. *Scholiastes* etiam Ἀριστaῖος finxit, quam et ipsam formam cum illa *Aristeae* commutatam fuisse modo docuit *Hemst.* Lehm.

Ead. l. 12. *Καὶ τὰ τάλαντα*) *Et hereditas modo ad illum, modo ad hunc vergebat.* Bourd.

Pag. 178. l. 3. *Προμαντευομένους*) *Thom. Mag.* in Βούλομαι vitiose προμαντευόμενος et οὕτως. Hemst. II. Quanquam γενέσθαι posse defendi videatur, praefero γενήσεσθαι, ut Diall. Deor. XXV, 1. πόθεν γὰρ ἂν ἤλπισα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; in istis saepius esse peccatum, Mss. usus nos docuit: sic apud *Aeschinem* adv. Timarch. ἐκεῖνό γε οὐδέποτε δύνωνται ἀφελέσθαι τὴν ἀλήθειαν· Ms. δυνήσωνται praefert, quod aptius judico. Hemst. I. Ipse postea huic conjecturae renuntiasse videtur *Hemsterhusius*, quippe indignae, cujus in majori *Luciani* editione aliquam mentionem faceret. Itaque et nobis eam missam facere licebit; praesertim quum et alibi jam de hoc Infinitivi aoristi usu dixerimus, ut ad Timon. c. 13. ad Diall. Deor. VI, 2. et XV, 3. Lehm.

Ead. l. 4. *Διαπλέοντες*) Subintellig. Ἀριστέας καὶ Μοίριχος. Guyet.

Ibid. *Ἐς Κίῤῥαν*) Dico alibi. Hanc Phocidis urbem *Pausanias* ab *Homero* scribit vocari *Crissam*. *Strabo* et *Ptolem.* diversas faciunt. Bourd. Prope Delphos. Solan. De Cirrha, Delphorum navali, agit inprimis *Pausan.* L. X. c. 8. 37. p. 817. et 893. Lehm.

Ead. l. 8. *Ηὐξάμην*) Sic malo, quam, ut vulgo, εὐξάμην· quanquam saepissime sic reperiri non ignorem. De baculo Antisthenis *Diogen. Laërt.* p. 141 A. B. Baculum gestare invidiosum fuit Athenis: vide *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. c. V. Solan. De forma vocabuli ηὐξάμην Grammatica vid. ad Diall. Marr. XIII, 1. Lehm.

Ead. l. 10. *Κοτίνου*) Ex cujus fronde στέφανος Ὀλυμπιακός. *Hesych. Suid.* Interpres *Pindari, Pollux*, alii. Bourd.

Pag. 179. l. 10. *Ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον*) *Alii vero nihil curabant istiusmodi possessiones, nullusque coluit nos, hereditatem nostri sibi spondens: verum omnes argenti studio capiebantur.* Quod hic Graece, ἐς τὸ χρυσίον βλέπειν, id Bel-

gice dicimus *op het geld sien*. Non hic tantum, verum et alibi βλέπειν vel ὁρᾶν est *adfectare, petere, cupere*, adjuncta praepositione ἐς vel πρὸς, sed et aliquando omissa. In De Gymnasiis c. 10. Ἀλλ' ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν, *Non tenuia nos expetimus dona*. In Charidemo c. 25. Καὶ σχεδὸν εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βούλεται τῶν τεχνῶν, εὑρήσει πάσας ἐς τὸ κάλλος ὁρώσας, καὶ τούτου τυγχάνειν τοῦ παντὸς τιθεμένας, *Et propemodum, si quis unamquamque artium expendere vult, omnes comperiet ad pulchritudinem spectantes, eamque consequi ante omnia ducentes*. In de Mercede Cond. c. 24. Καιρὸς ἦν πρὸς ἐλευθερίαν ἤδη ὁρᾶν. In Hermotimo c. 4. Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ ὁρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν, *Sed fidenti et bono oportet eum esse animo, qui ad viae metam pervenire studeat, et ad illam, quae supra est, beatitatem*. In Demonacte c. 2. οἱ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες, *philosophiae studiosi*. Sed hoc in loco pro ὁρῶντες J. G. *Graevius* ὁρμῶντες legi vult; sequi etiam paullo post, πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν. *Aelian*. V. H. I, 28. ἐν Ῥόδῳ φασὶ τὸν μὲν εἰς τοὺς ἰχθῦς ὁρῶντα καὶ θαυμάζοντα αὐτούς. — Sed et sine praepositione βλέπειν et ὁρᾶν simpliciter eo sensu sumtum reperitur. *Noster* in Amoribus c. 24. Τίς ἐραστὴς ὁμολογεῖ γενέσθαι, προδιδομένων Ἀθηνῶν, καὶ Δεκελείας ἐπιτειχιζομένης, καὶ βίον τυραννίδα βλέποντος; Hic quidem βλέπειν non est omnino *adfectare, cupere*; sed tamen *spectare*, ut illud verbum saepe apud Latinos: vertendum autem, *cum vita ad tyrannidem spectaret*. Non intellexit id interpres, jure propterea castigatus jam ab *Jac. Gronovio*, Graecae phraseos callentissimo. Sed plane pro *adfectare, petere, studere*, sumitur ὁρᾶν in Hermotimo c. 22. Οὐ γὰρ οὔτε χρυσίον ἔτι, οὔτε δόξας ὁρῶσιν, ὡς διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν etc. *Neque enim amplius aurum, neque voluptates, neque gloriam sectantur, ut de iis inter se contendant*. Potest et recte eo sensu per *videre* verti, cum etiam *videre* ita sumatur apud Latinos; ut jam ad *Livii* II. c. 22. docuit optime omnium de illo scriptore meritus *J. Fr. Gronovius*; qui et eundem hunc ex *Luciani* Hermotimo locum ibi adfert; ut et per *intueri*, uti hoc verbo utitur *Nepos* in Themist. c. 7. — Hunc in modum eleganter potest explicari locus quidam in De Mercede Cond. c. 29. ubi auctor ait, in regum Persarum conviviis adesse Eunuchum, qui adtendat, num quis in pellicum aliquam oculos conjiciat, dum alius Eunuchus jam dudum tensum arcum tenens, τὸν ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα, inter bibendum spiculo petat, eique malam perrumpat. Ὁ ὁρῶν ἃ μὴ θέμις, vix potest hic esse, qui simpliciter adspiciat (nam cujus, eisdem adcumbentis epulis,

oculi ita coërceri queant, ut plane non conjiciantur subinde in eos, qui adsunt?) at qui ita oculos in aliquam ex pellicibus defigat, ut facile ex vultu adpareat, eum libidinis stimulis agitatum id facere. Forsan ita hunc locum cepit quoque *Brodaeus* IX. Miscell. cap. 13. quia legi vult, εἰς ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα. At illud εἰς commodissime subaudiri, patet ex iis, quae adtulimus. Quin iterum ὁρᾶν pro *petere, incumbere in aliquid*, reperio positum ab *Luciano* pro Imaginibus c. 18. Ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξάπαντος ὁρᾷ (ὁ Ἔπαινος) ὅπως ὑπερθαυμάσεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. Dixerat, laudationem rem esse liberam, et arbitrio laudantis permissam, neque terminis circumscriptam. *Sed in id inprimis*, inquit, *ea incumbit, quomodo nimirum admirationem suam sit maxime extensura, cumque, qui laudatur, admirabilem redditura.* Jens.

Ead. l. 16. Τοῦ πυθμένος στέγειν οὐ δυναμένου) Non dubites fere, quin hanc Luciani cogitationem pepererint *Euripidae* versus apud *Plutarch.* περὶ Ἀδολεσχ. p. 502. C.

Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα πιμπλάναι
Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους. Hemst.

Pag. 180. l. 1. Ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι) Ut solent utentes armis a natura datis ferae bestiae, a quibus origo proverbii manavit. Eo minus in *Tullio, Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis adserviunt*, Tusc. Disp. II, 23. mutaverim in *unguiculis.* Uterque locus *Ciceronis* et *Luciani* non fugit *Erasmum* in Chil. Hemst.

Ead. l. 4. Ἥξουσι) De ἕξουσι cogitabam, cum animadverti stare sic posse, ut et Dial. XXVI. Solan. Vult *Solanus*, ἥξουσι stare sic posse, neque adeo opus esse ea, de qua cogitasset, emendatione. Qui locus citatur, non est Diall. Mortt. XXVI., sed Diall. Mortt. XXX, 2. ἢν δέ τις — ἥκῃ αὐτὸς χρυσὸν ἢ ἄργυρον κομίζων etc. Lehm.

Ead. l. 21. Ἐμὲ δεῖ προκεκρῖσθαι) De summa imperatoris laude *Lucianus* hic Hannibalem cum Alexandro contendentem inducit; qui apud *Livium Appianum*que a Scipione rogatus, quem maximum omnium imperatorum, qui unquam fuissent, crederet, Alexandrum Magnum nominasse traditur; huic proximum Pyrrhum; se tertium, et si Scipionem vicisset, primum se existimaturum fuisse. Vide *Livium* XXXV. c. 14. et *Appian.* in Syr. Solan. Ex historia colloquii, quod Ephesi habitum a Scipione Africano et Hannibale *Livius* atque *Appianus* et *Plutarch.* T. I. p. 381. referunt, *Lucianum* hujus dialogi sumsisse argumentum, observarunt *Fr. Fabric.* ad *Orosii* IV. c. 20. et *A. Schottus* ad *Corn. Nepot.* Vit. Han-

nib. n. 1. Ejus sermonis fidem non parum imminuit, quod rei tam memorabilis mentionem fecisse nullam videatur *Polybius*. *Livio* sane quin suspecta fuerit haec narratio, nemo, qui morem ejus cognoverit, facile dubitabit: nam postquam de Villio tanquam rem exploratam scripsisset XXXV, 14. *cum Ephesum profectum dedisse operam, ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat, saepe congrederetur, Claudius*, inquit, *secutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuisse legatione tradit, cumque Ephesi collocutum cum Hannibale.* Hoc ille, si *Polybium* haberet auctorem, nunquam interposuisset, neque alium sibi in historia pervulgata fidejussorem parasset, tam solicite demonstratis fontibus, unde fabula manarat: noluit tamen operam suam in ea re literis mandanda desiderari, quae et Romani nominis imperatori summo singulare virtutis bellicae testimonium, et tantam legentibus adfert voluptatem, ut, si veram esse sibi non persuadeant, libenter saltem optent. In *Juliani* Caesar. p. 320. et seq. ubi Julium Caesarem et Alexandrum inter se componit, multa reperies ab his non valde dissidentia: *Luciani* in notis ad illud scriptum Gallicis saepe meminit illustris *Spanhemius*, ejusque sententias cum *Juliano* comparavit. Ceterum haec Alexandri lis atque Hannibalis disceptata fuit in Beatorum insula, jus dicente Rhadamantho, ut *Noster*, qui ipse judicio testis oculatus interfuit, narrat Ver. Hist. II. §. 8. ibi de Scipione nihil; quippe Romanorum nullos, cum eo delatus fuit *Lucianus*, insula Beatorum habuit. De προεδρίᾳ vero, apud inferos etiam valde honorifica, et variis umbrarum, quae pie sancteque vitam in superis coluerant, privilegiis opportunior erit alias dicendi locus. Hemst. II. Esse aliquid Veteres existimabant apud inferos honorari προεδρίᾳ, nec rem tam optabilem contingere nisi initiatis: insignis est apud *Laërtium* in Diogene locus: ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτὸν, καὶ λεγόντων, ὡς ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι, Γελοῖον, ἔφη, (Διογένης), εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται· Dial. quoque 10. Menippo virorum optimo προεδρίαν adsignat honoris ergo Mercurius in Charontis navicula. Hemst. I.

Pag. 181. l. 9. Διενεγκεῖν τὰ πολέμια) Aptius crediderit aliquis τὰ πολεμικὰ eam ob rem, quod frequenter occurrat, et intervallo non mediocri disjungi videantur πολέμιος et πολεμικός. Verum servanda est loquendi formula, cujus veteres secutus est *Lucianus* auctores. *Thucydid.* I. c. 18. εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια· ad quem locum, ne quis praecipiti

judicio fallatur, operose cavet *H. Stephanus*; cujus adnotatio si fuisset in promtu *Jac. Gronovio*, minus, ut puto, confisus Mediceis membranis non dedisset in *Herodoto* III. c. 4. *τὰ πολεμικὰ ἄλκιμος* pro *τὰ πολέμια*· istius codicis auctoritatem facile praegravat, atque imitando lectionem antiquam tuetur *Dionys. Halic.* A. R. II. p. 96. v. 16. *ἐθνῶν μεγάλων τε καὶ τὰ πολέμια ἀλκίμων*· p. 101. v. 13. *ἄνδρας τὰ πολέμια ἀλκίμους*· v. 23. *ἀνὴρ δραστήριος καὶ τὰ πολέμια ἔργα διαφανής*· p. 544. v. 7. *τὰ πολέμια ἄλκιμος*. *Thucydid.* IV. c. 126. *ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προςήκει τὰ πολέμια.* Utitur autem his *Luciani* verbis praestantiss. *Dukerus*, existimans similiter accipiendam esse *Thucydidis* phrasin *τοὺς πολέμους διέφερον*, ad VI. c. 54. Non moleste feret vir humanissimus, si dissentire me profitear, et *Scholiastae Cass.* omniumque interpretum partibus potius accedam; quas sane, simul atque locus boni scriptoris incontroversus fuerit prolatus, ubi *τοὺς πολέμους διαφέρειν* idem valere constet, quod *bello strenuum atque egregium esse*, lubens deseram. Hemst. Paullo ante malueram olim *ἀλλὰ καὶ πάντων* etc., quo erroris historici culpa liberaretur *Lucianus.* Nunc mihi persuasi, quemadmodum *οὐ — ἀλλὰ καὶ* elliptice dicatur pro *οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ*, ita etiam nonnunquam in eadem phrasi *καὶ* omitti: *οὐ μόνον — ἀλλά.* Egerunt de hac Ellipsi *L. Bos* ejusque Commentatores s. v. *καὶ*, et *Hindenburgius* ad *Xenoph.* Memorab. I, 6, 2. p. 40. 41. Luculentum exemplum haud multo post occurrit Dial. XIX, 1. *οὗτος γὰρ οὐχ ὑπὸ σοῦ μόνον, ἀλλ' ὑπὸ πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἄξιος ἄγχεσθαι.* Lehm.

Ead. l. 11. *Ἐν μέρει ἑκάτερος εἰπάτω*) *Julian.* Caesar. pag. 318. A. *καὶ ὁ μὲν Ἑρμῆς ἠξίου λέγειν ἕκαστον ἐν μέρει περὶ τῶν ἑαυτοῦ.* Illud *ἐν μέρει* vel *ἐν τῷ μέρει* apud *Nostrum* frequens, ad quod, etsi bene monuerat *G. Budaeus* C. L. G. p. 772. saepe nihilominus interpretes offenderunt, eleganter illustravit *Jac. Gronov.* ad *Arrian.* A. A. III. c. 26. p. 142. Hemst. II. — Sic apud *Nostrum* in Timone c. 8. et Reviviscc. c. 8. *διδόναι λόγους καὶ δέχεσθαι ἐν τῷ μέρει*· *Achill. Tat.* lib. I. p. 53. *τὰ δὲ ἄνθη ποικίλην ἔχοντα τὴν χροιὰν ἐν μέρει συνεξέφαινε τὸ κάλλος*· latuit ibi Interpretem genuina voculae significatio. Hemst. I. Verum nonnihil discriminis facit Articulus, natura quidem sua, quamquam usus etiam *Nostri* non semper adcurate respondere videtur. *Ἐν μέρει* omnino est *vicissim, per vices, alternis vicibus, deinceps singuli* vel *singula*, *non simul eodem tempore*, ut h. l. *Ἐν τῷ μέρει* vero dicitur unus facere aliquid respectu alterius, qui modo commemoratus fuerat; quod et ipsum Latinis dicitur *vicissim*, ut in Pisc. c. 28.

σὺ δὲ, ὦ Παῤῥησιάδη, λέγε ἤδη ἐν τῷ μέρει. Sed promiscue ea, ut dixi, a *Nostro* usurpari, vel ex his locis collatis colligi poterit: Nigrin. c. 3. Ver. Hist. I, 34. et quae supra e Timone et Revivisc. citavit *Hemst.* Plura etiam accedent in Indice. Lehm.

Ead. l. 14. Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξ.) Non necesse erat hoc a *Luciano* fingi: nam Hannibal, cum in superis esset, Graece sciebat, cum opuscula Graece scripsisset. *Corn. Nepos* c. 13. ejus vitae: *Hic tantus vir, tantisque bellis districtus, nonnihil temporis tribuit literis: namque aliquot ejus libri sunt Graeco sermone confecti. In his ad Rhodios, de Cn. Manlii Vultonis in Asia rebus gestis.* Cler. Credemusne *Luciano* innuenti hic, Hannibalem, tam diu extra patriam bellis gestis, et in exsilio Graece nescivisse? Haud sane mihi fit vero simile. *Corn. Nepos* ait, eum *Sosilo literarum Graecarum usum esse doctore.* Solan. *Hannibalem Graece etiam locutum lepide ait Lucianus* Mortuor. Dial. XII. ut notat *A. Schott.* ad *Corn. Nepot.* Hannib. n. 38. loco, quem adferebat, parum adtente considerato. *Lucianus* autem vix est, ut notam non mereatur, qui Hannibalem ad inferos penetrare jussit, ut ibi demum Graecae linguae notitiam hauriret: quid enim est minus credibile, quam virum suae civitatis principem, tot annos exercitus ex diversissimis gentibus conflati ducem versutissimum Graeco sermone caruisse, aut omnino carere potuisse, idque eo tempore, cum usus ejus Carthagine propter commercia Graecorum et bella Sicula esset familiarissimus? Quid porro? quando patria extorris ad Antiochum se contulit, ab eoque maximarum rerum consiliis adhibebatur? is Graece non calluerit, qui Graeculorum aliquando scholis interesse non fuerit dedignatus, eosque se praesente de virtutibus imperatoriis disputantes riserit? Sed clara sunt veterum testimonia. *Dion. Cocc.* in Exc. *Vales.* p. 593. καὶ παιδείᾳ πολλῇ μὲν Φοινικῇ κατὰ τὸ πάτριον, πολλῇ δὲ καὶ Ἑλληνικῇ ἤσκητο. *Zonar.* T. II. p. 74. Hannibal τήν τε διάλεξιν ἄλλοτε ἄλλην ποιούμενος, ᾔδει γὰρ πλείους, καὶ τὴν τῶν Λατίνων. Habet ergo, quod de *Luciano* conqueratur, Hannibal, qui sibi veris adversus Alexandrum argumentis abundanti in ipso dicendi initio falsum orationis colorem adtribuerit. Hemst. Ita *Jo. Matth. Gesnerus* ad me: *Non difficile fuerit crimen depellere a Luciano, quasi nesciverit, Hannibalem Graece potuisse; modo levi transpositione sic legamus:* Ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην ἐνταῦθα, ὅτι καὶ τὴν Ἑλλάδ. Hoc mihi unum hic prodest, quod etiam Graece didici, *cum nempe apud superos essem.* Ego *Luciani* patrocinium suscipi, aequissime fero. Idem *in Adden-*

dis. Ipse *Lucianus* hoc nolle videtur, quum Hannibalem infra §. 3. dicere jubet: καὶ ταῦτ᾽ ἔπραξα βάρβαρος ὢν, καὶ ἀπαίδευτος παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς, καὶ οὔτε Ὅμηρον, ὥσπερ οὗτος, ῥαψῳδῶν, οὔτε ὑπ᾽ Ἀριστοτέλει τῷ σοφιστῇ παιδευθεὶς, μόνῃ δὲ τῇ φύσει ἀγαθῇ χρησάμενος. Stat igitur cum vulgatae lectionis veritas, tum actionis *Hemsterhusianae* justa caussa; idque eo magis, quum et aliunde, quin etiam ex hujus ipsius Dialogi fine, constet, *Lucianum* in historicis interdum minus adcuratum et gravem scriptorem sese exhibuisse. Unde et tenuis illa subtilitas hoc quidem loco nihili est, qua *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 478. distinguit inter has phrases: *literis Graecis operam dare,* et *sermonem Graecum addiscere, eique adsuescere.* Nam qui *aliquot libros Graeco sermone conficere*, qui Polemonem philosophum Graece de re militari et imperatoris virtutibus disserentem deridere, qui in Antiochi aula regia maximarum rerum consiliis adhiberi, poterat, eum consentaneum est in sermone quoque Graeco non mediocriter versatum fuisse. Sed aliud mihi olim in mentem venerat, idque palam etiam prolatum, Hannibalis orationem per hunc Dialogum consulto ab auctore minus exquisitam et elegantem sisti, quoniam occurrant passim voces et phrases, ab ipso *Luciano* in Soloecista damnatae, ut ἐξορμᾷν pro ἐξορμᾶσθαι, πατρῷος pro πάτριος, εὐθὺ pro εὐθὺς, quae, si codicum auctoritate confirmata sunt, sane in terso scriptore offendere possunt. Verum a doctis et cordatis amicis Luccaviensibus, qui non prae divinarum rerum cura et studio humaniores literas deserere statuerunt, quorumque spectata fides studiorumque jucundissima communio etiam ultra locorum terminos et fatorum vicissitudines usque in grata mihi memoria erit manebitque recondita, *Mittagio* et *Lipsio* — nam *Krahnerus* quidem, dulce ejusdem coronae decus, alias sagacissimus errorum quorumcunque scrutator et felicissimus oppugnator, tum certe magis mecum facere videbatur — ab his, inquam, amicis monitus et meliora edoctus, dudum opinioni isti meae, tanquam vano somnio, vale dixi. Nam primum non liquet, quamobrem, quum alibi a *Luciano* variarum gentium barbari, Scipio Romanus, Anacharsis et Toxaris Scythae, Ganymedes et Paris Trojani, bene Graece loquentes inducantur, hic loci unus Hannibal subsoloece loqui jubeatur; nisi forte, quod *Krahnero* placuit, hoc cogites *Luciani* consilium, ut sic obiter Alexander pungeretur, ratione praeceptoris illius Aristotelis habita. Deinde etiam paucissima tantummodo sunt soloecismorum exempla, quae in Hannibalis oratione deprehenduntur, eaque ejusmodi, ut vel defen-

di, vel librariorum incuriae tribui posse videantur. Huc pertinet ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες etc. ubi Articulus τὸ incommodo loco positus facili opera transponi potest. Defendi autem, vel saltem excusari, poterunt εὐθὺ pro εὐθὺς, ἐξορμᾷν pro ἐξορμᾶσθαι, et πατρῷος pro πάτριος, quibus suo loco patebit, vel ipsum Alexandrum, eruditissimum hominem, non minus, quam Hannibalem, uti potuisse. Itaque casu potius, quam consilio, factum esse videtur, quod in Hannibalis sermone, alias purissimo et *Luciani* stylo convenientissimo, passim dictiones occurrant, de quarum elegantia dubitari et controversia moveri possit. Accedit, quod *Lucianus* in Soloecista suo non tam ipsos soloecismos et scriptores, qui eos admitterent, in quorum quidem numero quodammodo *Lucianum* quoque ipsum fuisse constat, quam potius putidos et altioris ingenii ac spiritus expertes illorum taxatores, misellos scilicet aetatis suae Grammaticulos et Criticulos, perstringere voluisse; de qua quidem re alias fusius exponendi occasio praebebitur: unde certe hoc efficitur, neque iis soloecismis, quibus Hannibal utitur, multum momenti ab auctore tribui potuisse. Quae quum ita sint, facile conjecturam istam meam mitto, vel, si tanti est, peritioribus excutiendam permitto. Lehm.

Pag. 182. l. 2. Τῷ ἀδελφῷ) Sororis suae viro, qui successerat socero Hamilcari: ei Hasdrubali nomen fuit. Vid. *Polyb.* initio lib. II. Cler. Non *fratri*, sed *sororis viro*. Vide *Liv.* XXI. Solan. Ad verbum modo lectum ἐξορμήσας haec observavit in edit. min. *Hemsterhusius*: „*Obliviscitur ipse sui praecepti* Lucianus, *observante* Graevio *ad Soloecistam* pag. 74. sq." Sed idem tamen *Graevius* simul addit, non plane insolitum etiam apud optimos scriptores, ut *Xenophontem*, esse usum hujus verbi Activi, ut significet *erumpere, proficisci ad expeditionem militarem*, aufbrechen, ausmarschieren. In iis, quae antecesserant, ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες etc. offendit Articulus τὸ, incertus, quo sit referendus. Equidem eum ad ἐξ ἀρχῆς referam legamque, ὅσοι τὸ ἐξ ἀρχῆς μηδὲν ὄντες etc. vel ὅσοι μηδὲν τὸ ἐξ ἀρχ. ὄντες. Verum nusquam talis lectionis vestigium reperi: donec igitur reperiatur, maneat saltem vitii notatio. Lehm.

Ead. l. 4. Τὰ μεγάλα ὄρη etc.) Deceperat interpretes vitiosa distinctio, et una litera redundans: neminem fore arbitror, qui lectionem jam olim a me repositam improbet. Usitatum est κατατρέχειν ἅπαντα, χώραν πολλὴν, τὴν Ἀσίαν ἅπασαν· contra ab indole linguae Graecae abhorret κατατρέχειν τοὺς τὴν χώραν οἰκοῦντας· longe aliud est κατατρέχειν, κατα-

δρομὴν ποιεῖσθαί τινος. Ad *Lucianum* quadrant, quae coram Scipione de se gloriatur Hannibal apud *Appian.* Syr. p. 91. D. νέος γὰρ ὢν ἔτι Ἰβηρίας τε ἐκράτησα, καὶ στρατῷ τὰ Ἄλπεια ὄρη μεθ' Ἡρακλέα πρῶτος ὑπερῆλθον, ἔς τε τὴν Ἰταλίαν, ὑμῶν οὐδενός πω θαῤῥοῦντος, ἐμβαλὼν τετρακόσια ἀνέστησα ἄστη etc. Si pro τοσαύτας in *Luciano* numerus eversarum urbium, haud poenitendus utique, legeretur τριακοσίας vel τετρακοσίας, neutiquam adspernarer: πεντακοσίας πόλεις Ῥωμαίων πορθῆσαι Hannibalem, adfirmat *Dion Chrys.* Or. LXIV. p. 599. Hemst. Non placeret definitus numerus. Τοσοῦτοι non solum notam, sed etiam magnam, multitudinem denotat, quam quis quasi admirabundus et cum exclamatione quadam indicare vult. Similiter infra Dial. XIII, 2. Menippus: Εἶτα αἱ χίλιαι νῆες διὰ τοῦτο ἐπληρώθησαν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ τοσοῦτοι ἔπεσον Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι, καὶ τοσαῦται πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασιν; et Dial. XIX, 1. ἄξιος ἄγχεσθαι, τοσούτοις θανάτου ἄξιος γεγενημένος. Sub *montibus* autem illis *magnis Seyboldus* et *Bremerus* gravi ac plane miro errore intellexerunt *Pyrenaeos*, quum de *Alpibus* res sit notissima, et ipse narrationis ordo geographicus et historicus eo ducat. Memoratur primum Hispania, deinceps Gallia, et nunc demum transscensus magnorum montium, et regiones Padum circumjectae. Lehm.

Ead. l. 5. Ἅπαντα) Omnes libri habent, excepto *Wecheliano* et *Hemsterh.* ἅπαντας· horum uterque ἅπαντα reposuit, uti et ego conjeceram: quam emendationem etiam *Vorstio* placuisse video. Potest tamen aliquo modo stare vulgata, si uno halitu legas, τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς τὰ περὶ τὸν Ἠριδανόν. Sed indigna haec sunt *Luciano*. Solan.

Ead. l. 9. Δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις) Variae de horum annulorum mensura sententiae. Quorundam sententias profert *Liv.* lib. 23. *explesse tres modios super dimidium.* Sed famam veriorem putat, quae tradit non fuisse plus modio. Aliter *Flor.* aliter *Plin.* pro quo stant *Valer. Eutrop. Oros.* Multi, ne litem hanc suam facerent, modum indefinitum posuerunt: ut *Dio Prus. Tertul.* Apol. et hic *Lucian.* Omnium ratio *Livii* optima, qui modium putat. Ferrei isti fuere, non aurei, ut voluit *Valer.* quique eum secuti. Bourd. Adcommodatius hic, quam superiore loco urbium, numerus medimnorum definitus omittitur. Verae mensurae detraxit aliquantulum *Florus* II. c. 6. referens *modios duos annulorum Carthaginem esse missos;* additque, ne *Florum* non agnoscas, *dignitatem equestrem taxatam mensura.* Cum *Plinio* plerique *annulorum trimodia* memorant. Parum a *Nostro* distat *Tertul-*

liani dictum Apol. c. XL. *Hannibal apud Cannas Romanos annulos caedes suas modio metiebatur:* dura quidem, sed in Afro scriptore forte tolerabilis adpositio; nisi potius inserto *ac caedes suas* mollienda videatur. *Zonaras*, ut satis constat, ex *Dione Coccejano* refert, numerum inire vulgaris turbae, quae Cannensi proelio absumta fuerit, Hannibalem insuper habuisse, *περὶ δὲ τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἀριθμὸν μὲν μὴ γράψαι τοῖς οἴκοι Καρχηδονίοις, διὰ δὲ τῶν δακτυλίων ἐνδείξασθαι τοῦτον· Χοίνιξι γὰρ σφᾶς ἀπομετρήσας ἀπέστειλε.* *Dion* autem *Chrys.* Or. LXIV. p. 599. A. quid quemve fuerit secutus, vix intelligo: *Ἐπάρας δὲ* (Hannibal) *τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τοῖς πολίταις ἔδειξε Ῥωμαϊκῶν σφραγίδων ἀνάπλεων, ὧν ἑκάστην εἶχεν ἀπὸ πολεμίων σκύλων ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένων.* Commissi erroris si quis *Dionem* insimulet, haud equidem intercedam; quippe non ignarus saepe tales naevos viri doctissimi, dum rebus intentus memoriae nimium fidit, scriptis adhaerere: videtur sane in Hannibalem contulisse factum Magonis, qui nuntius victoriae Cannensis Carthaginem a fratre missus, ad fidem tantae cladis annulos effundi in vestibulo curiae jusserat, teste *Livio* XXIII, 12. et, qui hunc sequi solet, *Sil. Ital.* XI, 536. De tunica sublata, annulisque ostensis (nam non vereor, ne quis signa vestis hic, purpureasve notas interpretari velit) nemo alius, si recte memini, quicquam tradidit: praeterea verbis integritatem constare vix ac ne vix quidem persuaderi possum: ne dicam, quod levioris est momenti, *σκῦλον* esse pro *σκύλων* scribendum, suspicatus aliquando fui, post *πολίταις* excidisse *κόλπον*, cui commode jungatur *ἀνάπλεων*· verum aliunde forsitan huic loco felicior salutis adflabit aura. Porro qui hac de re notarunt plures *Luciani* verbis sunt usi, *Fr. Fabric.* ad *Oros.* IV. cap. 16. *Freinshem.* ad *Flor. M. Host.* de Mens. Rom. et Gr. p. 52. 78. De *modio* et *μεδίμνῳ* vide ad Tim. c. 57. *Eutropii modios* in hac eadem historia Graece dedit *μεδίμνους Paeanius:* et scriptor aliquis apud *Suidam,* ut orationem cultius expoliret, *τρεῖς μεδίμνους Ἀττικοὺς πλήρεις χρυσῶν δακτυλίων.* Hemst.

Ead. l. 13. *Ἀντεξεταζόμενος*) Nolui hic sine Ms. aut impr. Codicum auctoritate mutare: sed non dubito, quin scriptum fuerit *ἀντιταξάμενος*. Probabunt, credo, viri elegantes et critici, quibus harum vocum differentia nota est: duces enim cum ducibus bella gerentes, milites cum militibus confert; quod haud paullo vehementius est, quam si ducum merita aut artes examini subjicias judicis rationes pensitantis: sic enim res ipsa et eventus, qualis dux fuerit, docent. Hinc in proxime sequentibus verbis non solum *συμ-*

πλεκόμενος, quod per se satis superque emendationem confirmarit, sed Medorum mentio luxu perditorum, Dariique imperatoris ignaviae insimulatio. Videndus denique *Plutarchi* locus in Alex. p. 488. Solan. *Ἀντεξεταζόμενος* mutari vetat *Lucianus* verbi hujus usu gaudens Diall. Mortt. XXIX. §. 1. de Merc. Cond. c. 24. majorem exemplorum copiam praebebit Index. Poterat sane, si libuisset, adhibere *ἀντιταξάμενος*, ut *περὶ τῶν πρωτείων ἡμῖν ἀντιτάξασθαι* apud *Demosth.* p. 38. E. sed alterum non minus adcommodatum est, dignumque ab elegantibus viris probari: valet enim, *tanquam parem componi, et cum alio congredi*; quare de judiciis etiam usurpatur. *Alciphr.* III. Ep. 54. *ῥωμαλέοις συνεξετάζεσθαι νεανίαις*, *cum robustis juvenibus contendere et manum conserere.* Similis potestas, quamvis ab Atticis fastidiatur, in *συγκρίνεσθαι· συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς*, *armis inter nos experiamur:* I. Maccab. X, 71. Hemst. II. Recte et ad amussim purioris Atticismi *ἀντεξεταζόμενος*: vid. *Phrynich.* p. 58. et ad eum Notas *Dav. Hoeschelii:* sic etiam *Pausan.* in Att. *Θρακῶν δὲ τῶν πάντων οὐδένες πλείους εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ Κελτοὶ πρὸς ἄλλο ἐν ἔθνος ἀντεξετάζοντα·* *Noster* de Merc. Cond. c. 24. *Heliod.* lib. VII. pag. 326. aliique: posteriorum pauci hanc regulam observant. Hemst. I.

Ead. l. 14. *Μήδους καὶ Ἀρμενίους*) Quamvis Armenii essent in exercitu Darii, attamen hic non illibenter legerim *Ἀσσυρίους*, qui a temporibus Sardanapali luxu et ignavia infames erant; non Armenii, qui tam beatam regionem non incolebant, adeoque erant duriores et fortiores. Cler. Et *Noster* Armenios fortissimis antiquitatis populis adnumerat in Navig. c. 33. Cf. Alexandr. c. 27. Nihilominus dubitem quidquam mutare. Videtur Hannibal omnino orientales populos cum occidentalibus comparare, et duorum nomina loco omnium proponere. Ceterum Dial. XXVII, 2. Oroetes quidam dicitur *Armenius*, et inferius §. 5. idem mollibus *Medis* adnumeratur; ubi cf. *Hemst.* Adnot. Lehm.

Pag. 183. l. 3. *Τὸν ὄλεθρον*) Cave vertas *miserum Darium*: *ὄλεθρος* est *exitio dignus.* Hoc autem convicio proscindit Hannibal Darium, quod nulla fortitudine, nullis imperatoriis artibus esset ornatus. Cler.

Ead. l. 4. *Ἀποστὰς τῶν πατρῴων*) Subaudi *ἐθισμῶν*, *a patriis institutis desciscens*, non, *a paterna virtute*, ut habet interpres. Objectum est potissimum Alexandro, quod relictis moribus Macedonicis Persicos indueret. Vid. Dial. Philippi et Alexandri. Cler.

Ead. l. 5. *Καὶ δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτὸν*) Locum integrum quoties ego intueor et contemplor, non video, quin exciderit *ἐς* vel *εἰς*, legendumque sit, *καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτόν*. *Alexander vero acceptum a patre imperium auxit, et fortunae quodam impetu usus multum ampliavit. Qui postquam perditum illum Darium ad Issum et Arbelas divicit, a paterna virtute degenerans, adorari voluit, seseque adsuefecit mori vivendi apud Medos recepto*, adsumsit Medorum mores; transiit in Medorum mores. Scio inferri posse, Accusativos illos *δίαιταν τὴν Μηδικὴν* positos esse per ellipsin *τοῦ κατά*. At vereor, ne hoc plus aequo hic sit durum, et ab mollissim.., quam *Lucianus* tenet, dicendi ratione paullo alienius. Jens. *Ἐς δίαιταν*) In omnibus libris deest illud *ἐς*, quod sententia tamen, ut recte vidit *Jensius*, requirit. In ed. *J.* loco suo motum reperitur; quod haud dubie operarum incuriae imputandum est. Bonis itaque avibus in pristinas redeat sedes; quod jam a clariss. *Hemsterhusio* factum in sua Dialogorum editione video. Solan. Non poenitet interjunctae jam olim particulae: certam linguae rationem, et consensum eruditorum hominum contra MSS. Codices aestimo, praesertim in hac caussa *Stephano* praeeunte Thes. T. I. p. 985. *Μεταδιαιτῶ*, inquit, *quoque voce activa apud Lucian. de Alexandro*, *δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτὸν*, *id est, suum vitae genus Medico commutavit. Sed non dubito, quin mendose omissa sit praepositio* *εἰς* ante *δίαιταν*. Ejusmodi mutatam vivendi rationem, et in deterius a patriis institutis degenerantem vocat *Plutarch.* *τῶν πατρίων ἐκδιαίτησιν ἐθῶν*, rectius ex Grammaticorum praeceptis, quam *Lucianus* *ἀποστὰς τῶν πατρῴων*· utriusque vocabuli discrimen, in eoque cautionem Atticistarum exposuit *Graevius* ad Soloec. §. 5. subdubitans, an recte legatur *πατρῴων*, cum potius existimandum sit probatae sibi normae voluisse *Lucianum* obtemperare: verum, quoniam saepe, quos in Soloecista ridendi caussa posuerat, ipse fines refixit, et castigatissimi veterum scriptores aliquando *πάτρια* et *πατρῷα* promiscue deprehenduntur usurpasse, nihil est caussae, cur lectioni vulgatae controversia moveatur. Hemst.

Ead. l. 6. *Καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ*) In duabus praecedentibus editionibus vertunt, *interficientibusque auxilium tulit*; pro quo *Benedictus*, *et interficientibus opem tulit*. Mira et ridicula. Recte adscripsit pater, *instar lictoris*. Id enim vult, *et ipse corripuit* duxitque *ad mortem*. Gron. Haec sic vertuntur vulgo: *et amicorum caede convivia contaminavit, et interficientibus opem tulit.* Equidem non possum non mirari,

quomodo phrasin συλλαμβάνειν τινὰς ἐπὶ θανάτῳ reddere potuerint, *interficientibus opem ferre.* Συλλαμβάνειν quidem cum Dativo significat *opem ferre*, sed non cum Accusativo, ut hic: nam τοὺς φίλους non tantum ad ἐμιαιφόνει pertinet, sed etiam ad συνελάμβανεν. Est autem συλλαμβάνειν τινὰ, *aliquem capere, comprehendere.* Sed quî illud ἐπὶ θανάτῳ denotare poterit *interficientibus?* hoc inauditum est. Mihi nihil aliud est, quam *ad mortem.* Ergo συλλαμβάνειν τινὰ ἐπὶ θανάτῳ est ad verbum, *aliquem comprehendere ad mortem,* h. e. ut ad mortem ducatur, vel, mortis supplicio adficiatur. Eandem phrasin habet *Diodorus Sic.* lib. XVI. p. 513. φοβούμενος δὲ αὐτὸν ὁ Διονύσιος ἔκρινεν ἐκ ποδῶν ποιήσασθαι τὸν ἄνδρα, συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ. Ceterum τὸ συνελάμβανεν hic est συλλαμβάνειν ἐκέλευε, *comprehendi jubebat*, vel, *comprehendebat per alios:* ut apud *Aelian.* V. H. XIV, 49. de Philippo, Ἀφθόνητον ἐμαστίγωσεν, *Aphthonetum flagris cecidit,* nimirum per alium suo jussu. Vid. ibi cl. *Perizonium. L. BOS Animadv. c. XII. p.* 57.

Ead. l. 8. Ἐπιπλευσάντων τῆς Λιβύης) Discedit haec structura a certa scribendi consuetudine: ferri poterat πλευσάντων ἐπὶ τῆς Λιβύης· si teneas ἐπιπλευσάντων, ut sane retinendum est, omnino refingi decet, τῇ Λιβύῃ. *Longus* II. p. 48. ἐπέπλει τοῖς παραθαλαττίοις τῶν Μιτυληναίων ἀγροῖς· mox iterum, ἐπέπλευσε τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς· sic et ἐπιπλεῖν τοῖς πολεμίοις apud *Diodorum, Arrianum, Aelian.* V. H. XII, 61. aliosque frequens; ex *Thucydide* locutionem eandem adnotavit *H. Stephanus.* In *Appiano* de Bell. Mithr. p. 213. C. quamvis haud plane repudiandum sit, ἐπέπλει δ' αὐτὴν (Ἀσίαν) καὶ ληστήρια πολύανδρα φανερῶς, malim, αὐτῇ. Diversum est *Xenophontis* Hist. Gr. II. p. 267. v. 18. καὶ τὴν ἐπὶ Χίον καὶ τὴν Ἔφεσον ἐπέπλεον, neque mutari convenit. Modo ἦρξα ἐπίσης τῆς πατρίδος mirifice verterant interpretes, *pariter patriae dominatus sum;* quod et obscurum est, et longe a *Luciani* mente discedit, qui significare scilicet volebat, Hannibalem, multo secus atque Alexandrum, in administrandis rebus publicis aequo jure fuisse contentum, patriaeque legibus ac jussis libentem paruisse. *Socrat.* Ep. I. p. 2. τὰς διατριβὰς ἐν κοινῷ ποιοῦμαι ἐπίσης ὁμοίας (ita lego pro ὁμοίως) ἀκούειν τῷ ἀεὶ ὄντι τε καὶ μή· quae *Leo Allatius* et male tentat, et non melius interpretatur. HEMST.

Ead. l. 11. Βάρβαρος ὢν) *Valer. Max.* V, 1. ext. §. 6. postquam Hannibalis aliquot exempla humanitatis retulerat, addere non dubitavit: *Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat.* Idem Carthaginiensibus in Atilio Regulo crudelissime necando *barbaram feritatem* expro-

brat IX, 2. ext. §. 1. nam Graecis quidem quicquid eruditum erat, atque humanitatis et officii plenum, Ἑλληνικὸν dicebatur; qua de re satis adroganter, neque tamen falso, *Isocrat.* Panath. p. 51. A. Quod autem, verba *Luciano* ministrante, barbarus audire non refugiat Hannibal, ejus adpellationis convicio Philippum Alexandri patrem prosecutus est *Demosthenes*, idque tam impotenter, ut ne hoc quidem ipsi vix integrum relinquat: οὐ μόνον, inquit p. 90. B. οὐχ Ἕλληνος ὄντος οὐδὲ προςήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν· ἀλλ᾽ οὐδὲ Βαρβάρου ἐντεῦθεν, ὅθεν καλὸν εἰπεῖν. Longe mutata fuit rerum facies, quando Romanis objiciebant Macedones apud *Liv.* XXXI, 29. eos *alienigenas* esse et *barbaros, cum quibus aeternum omnibus Graecis bellum est eritque.* Alexander vero quam ad unguem calluerit *Homeri* carmina, perquam adcurate docet *Dion Chrys.* Or. IV. p. 65. C. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος μέγιστον ἐφρόνει, ὅτι ἠπίστατο μὲν τὸ ἕτερον ποίημα ὅλον τὴν Ἰλιάδα, πολλὰ δὲ καὶ τῆς Ὀδυσσείας. Haud mirum, Odysseam inferiore fuisse loco apud regem, qui Martem ac bella spirabat: quapropter Iliadem τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων ἔλαβεν μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν· εἶχεν δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προςκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν. Haec *Plutarch.* in Alex. p. 668. D. et *Eustath.* in Prooem. pag. 1. Hemst.

Ead. l. 12. Ῥαψῳδῶν) Hanc lectionem in sola Salm. *Benedictus* expressit, quam, licet auctoritate membranarum destituatur, decora construendae orationis lex commendat: quapropter eam adoptare non sum veritus. *F.* et *J.* habent ἐραψώδουν· *A.* 1. *H.* 1. *V.* 2. ἐραψῴδουν. *B.* 2. *P.* melius ἐῤῥαψῴδουν· portentum dedit *A.* ἐῤῥαψωδῶν. Hemst. Etiam A. 2. ἐραψώδουν, Arg. et Lips. nec non codd. 2954. 2956. 3011. ἐῤῥαψῴδουν. Quas quidem varias lectiones si quis adtentius consideret, mirabitur, unde in plerasque omnes venerit praefixa litera ε. nam qua ratione in ῥαψῳδῶν, quod in Salmur. ed. legitur, omissa fuerit, facilius perspicias. Mihi quidem videtur *Lucianus* scripsisse ἐπιῤῥαψῳδῶν, ex qua voce, per compendium scripta, primum ortum ἐῤῥαψῳδῶν, ac deinde, quum hoc falsum esse intelligeretur, ceterae scripturae secutae. Utitur hoc ipso verbo auctor Necyomantiae c. 4. de Stoicae familiae antesignanis: ὁ δέ τις ἔμπαλιν (παρῄνει) πονεῖν τὰ πάντα — συνεχὲς ἐπιῤῥαψῳδῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη, *decantans in*, i. e. *simul cum, adhortationibus istis etiam continuo vulgaria illa* etc. H. l. Praepositionem ἐπὶ referas ad praecedens, καὶ ταῦτ᾽

ἔπραξα, et habebis sententiam, quae haudquaquam displiceat. Lehm.

Ead. l. 13. *Μόνῃ τῇ φύσει ἀγαθῇ*) Verum hoc non est: nam, ut vidimus ex *Nepote*, literas Graecas didicerat. *Hujus bella multi memoriae prodiderunt*, ait in sequentibus idem scriptor; *sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt, simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, Philaenius et Sosilus Lacedaemonius. Atque hoc Sosilo Hannibal Graecarum literarum usus est doctore.* Cler.

Pag. 184. l. 2. *Μακεδόσι*) *Diadema* itaque non Persicum ornamentum, sed regium apud Graecos insigne, ut in numismatis videre est. Cave itaque cum *tiara* confundas, quae Persarum est propria. Solan.

Ead. l. 4. *Τῇ γνώμῃ*) *Ingenio et prudentia.* Frigide interpres, *qui mentis sententia magis, quam fortuna, est usus*: quamvis enim γνώμη hoc saepe significet, id tamen non sonat, cum opponitur fortunae. Subjiciam locum insignem *Polybii* e lib. I. p. 50. ubi γνώμη, ut hic, pro sapiente consilio in re militari sumitur: Τὸ παρ' Εὐριπίδῃ πάλαι καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, τότε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβε τὴν πίστιν· εἷς γὰρ ἄνθρωπος καὶ μία γνώμη τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ καθεῖλε. Cler. De Eumenis Pergameni ingenio prorsus simile judicium *Polybii* in Exc. *Vales.* pag. 166. quod quia cum his egregie consentit, adscribendum videbatur: Ταῖς μεγίσταις τῶν καθ' αὐτὸν δυναστειῶν ἐφάμιλλον ἐποίησε τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, οὐ τύχῃ τὸ πλεῖον συνεργῷ χρώμενος, οὐδ' ἐκ περιπετείας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγχινοίας καὶ φιλοπονίας, ἔτι δὲ πράξεως τῆς αὐτοῦ. Hannibalis indolem, et admirabilem ejus ἀγχίνοιαν, multisque experimentis exercitam bellandi peritiam describit *Diodor.* in Exc. *Vales.* p. 278 illumque talem imperatorem existimat *Polybius*, in quem propter summam prudentiam ac virtutem fortunae minimum licuerit: vide praeterea *Dion. Cass.* in iisdem Exc. p. 593. Hemst. II. Eadem, quae apud *Polyb.* in Exc. *Vales.*, leguntur etiam apud *Suidam* in *Eumenes*. Hemst. I.

Ead. l. 7. *Αὐτοῦ*) Ita pro αὐτοῦ, quod in omnibus impr. erat, legendum est. Solan. Minime vero. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἐχρῆν μὲν*) *Nihil erat respondendum.* Bourd. Supplendum nimirum ex antecedd. φάναι, quod non monerem, nisi *Belinum* vidissem recipiendum censere ἀποκρίνασθαι, quod in cod. 3011. post vocem θρασὺν additum invenit. Lehm.

Ead. l. 11. *Λῃστὴς*) Non defuere, qui Alexandrum co-

dem ignominioso titulo perstrinxerint; qui Romanos *latrones, communisque omnium libertatis raptores* adpellarint. Quam Hannibali dicit contumeliam, didicisse potuit a *Demosthene*, qui parentem ejus Philippum dignum judicabat, quem pro concione praedonem Graeciae nuncuparet, Philip. IV. p. 100. C. *ὑπὲρ δὲ τοῦ ἐπὶ ταῖς θύραις ἐγγὺς οὑτωσὶ ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι αὐξανομένου λῃστοῦ τῶν Ἑλλήνων.* Quod autem eximie se *βασιλέα* ferat, eoque insigni ab Hannibale discerni postulet Alexander, parum ipsius caussae prodest; nam et Hannibalem *βασιλέα* Graeci scriptores agnoscunt: *Dion Chrys.* Or. LXIV. p. 599. A. *τί δαὶ ὁ Λιβύων βασιλεύς;* eoque nomine Suffetes, quo magistratu fuerat functus, honorari solent, ut *J. Andr. Bosius* ostendit ad *Corn. Nepot.* Hannib. c. VII. §. 4. Sic *Ἄννωνος τοῦ Καρχηδονίων βασιλέως* Periplus inscribitur: eoque modo *Solinus* c. 56. Hannonem vocat *Poenorum regem*, quem *Plinius ducem* vel *imperatorem*. Hemst.

Ead. l. 12. *Νέος ὤν*) Vigesimum agens annum. *Plutarch.* p. 487. F. Solan.

Ead. l. 14. *Καταφοβήσας*) Legendum est aut *καὶ καταφ.* aut *κάτα φοβήσας·* id enim sequentia necessario postulant. Prius autem magis placet, quia mox in ed. *J.* loco alieno insertum est *καὶ* post *χειροτονηθείς.* Solan. Debilitanda non est verbi *καταφοβ.* potestas detracta praepositione: malim *καταφοβήσας τε*, quod ante *τὴν* facile perierit. Eandem Thebarum funditus eversarum rationem reddunt *Diodor. Sic.* XVII. p. 569. D. *τὴν πόλιν κατασκάψας πολὺν ἐπέστησε φόβον τοῖς ἀφισταμένοις τῶν Ἑλλήνων·* et mox, populus Atheniensis *διὰ τὴν Θηβαίων ἀπώλειαν ἐκπεπληγμένος τὸ δεινὸν περίφοβος καθειστήκει· Plutarch.* Alex. p. 670. E. *τὸ μὲν ὅλον προσδοκήσαντος αὐτοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐκπλαγέντας πάθει τηλικούτῳ καὶ πτήξαντας ἀτρεμήσειν·* atque alii. Pronuntiare tamen non veretur *Liban.* Or. XII. ad Theodos. pag. 391. D. *Ἦν δ' ἂν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν βελτίων οὐ κατασκάψας Θήβας.* Mox pro *ἐπινοήσας* praetulerim equidem *περινοήσας*, quod adcommodatius est ad *πᾶσαν τὴν γῆν.* Hemst. *Cogitatione amplecti aliquid, id agere, ut potiaris re, vel in possessionem usumve ejus pervenias*, non video, quidni etiam per *ἐπινοεῖν τι* exprimi possit: haud multum certe discrepat illud in Nigrini fine: *καινήν τινα τὴν θεραπείαν ἐπινοεῖν.* Paullo superius fateor me maluisse *Solanum* sequi, *καὶ καταφοβήσας* corrigentem, quam *Hemsterhusium*, *καταφοβήσας τε* praeferentem, etsi cum hoc fecerit *Matthiae.* Placet enim in hoc sermone saepius repetitum *καὶ*, et quod hoc ante *ἠξίωσα* non solum in J. sed etiam in Arg. et Lips. inepto loco positum reperi-

tur, indicio hoc esse videtur, alibi καὶ excidisse. Mox Θηβαίων, etsi per se non sit vituperandum, mallem tamen in Θηβῶν mutari potuisse, maxime ob sequens ὑπ' αὐτῶν, quod alias ambiguitate aliqua laboret, quum non minus facile ad Θηβαίων, quam ad Ἑλλαδα, imo vero facilius, referri possit. Lehm.

Pag. 185. l. 4. Γρανικῷ) Ad Granicum fluvium. *Arrian. Curt.* Bourd.

Ead. l. 10. Διαπηξαμένους) Commodius utique συμπηξαμένους usurpasset satis frequens in hac ipsa re: nam διαπῆξαι compositum rarius, ac *Luciani* solius, non indicato tamen hoc loco, auctoritate firmatum a *Stephano*, diversae virtutis est, atque ad hunc locum parum appositae: vel *pangendo figendoque distinguere*, vel *ita defigere, ut stabilitum diu perduret. Eunap.* Prooem. p. 5. Τὰ ἐκ τῆς ἀκοῆς ὑπὸ τοῦ χρόνου κατασειόμενα καὶ μεταβάλλοντα διαπῆξαι καὶ στηρίξαι τῇ γραφῇ πρὸς τὸ στάσιμον καὶ μονιμώτερον. Hic itaque legendum potius videtur, ἀλλὰ σχεδίας δὴ πηξαμένους, ut *Herodot* V, 82. νήαςτε πηξάμενοι. Similiter iu *Philostrati* Icon. II. pag 853. v 19. Penelope ἀναλύει ἃ διύφηνεν, placet ἃ δὴ ὕφηνεν. Hemst. Δὴ et διὰ passim a librariis confusa esse, intelligitur ex iis, quae *Boissonad.* dixit ad *Gregor. Cor.* p. 478. ed. *Schäf.* Exemplum mox in verbis: ὡς γὰρ δὴ ἐκράτησε, ubi codex 2954. habet ὡς γὰρ διεκράτησε. Lehm.

Pag. 186. l. 3. Τοῖς ἀνθρώποις) Non barbaris solum, sed et ipsis Atheniensibus. Vid. *Plutarch.* 1439. 2. Solan.

Ead. l. 5. Ἐν φυγῇ ὢν) *Dion Chrys.* Or. LXIV. p. 599. B. Ἀτίμως ἀπέθανε μάτην πολλὰ φιλονεικήσας πρὸς τὴν τύχην. Illud ipsum ἀτίμως in fine dialogi adversus Hannibalem a se fugatum intorquet Scipio. Duobus vitiis Hannibalem inprimis insignem fecerunt Romani scriptores, avaritia et crudelitate: ut *Valerium Maxim.* praeteream, vide *Liv.* XXVI, 38. XXI, 4. prius in dubitationem eo minus venit, quod ipsi Carthaginienses, quibus popularis sui mores bene notos fuisse credas, huic adcusationi subscribant: alterum ejus ingenio in saevitiam per se proclivi, an rerum, in quibus varia fortuna fuit versatus, necessitati sit tribuendum, prudenter disputat *Polybius* in Exc. *Vales.* p. 30. et seq. Contra Romanorum Hannibalem incusasse crudelitatem, *Diodorus* narrat in Exc. *Vales.* p. 281. Τῶν Ῥωμαίων ὁ Ἀννίβας πολλὰ κατηγορήσας εἰς ὠμότητα καὶ πονηρίαν, ἢ μᾶλλον ὑπερηφανείαν etc. mox tamen idem: ἔνθα δὴ δικαίως ἄν τις τοῦ μὲν Φοίνικος ἐμίσησε τὴν ὠμότητα. Hemst.

Ead. l. 8. Νόμιμον δὲ ἢ πρ. οὐδέν) *Legitima acie et aperto*

Marte nihil perfecit, ut proxime antecedentia ostendunt: non vero, *nunquam justi aut claritudinis alicujus memor*, ut absurde habet interpres. Est locutio ducta a certaminibus, in quibus victores debebant vicisse κατὰ νόμον, *servata ludorum lege:* sin minus, praemium non referebant. Cler. Sumsit a *Demosth.* p. 92. C. Hemst.

Ead. l. 10. Ἑτέραις συνὼν) Pro ἑτέραις συνὼν lege, ut legendum vidit Latinus interpres, ἑταίραις συνὼν, *cum amicis consuescens*, hoc est, *meretricibus.* Graev. Ἑταίραις συνὼν *Flor.* Ἑτέραις peccatum est posteriorum edd. Scribit *Florus* II, 6. §. 21. Hannibalem a victoria Cannensi maluisse, *relicta Roma, Campaniam Tarentumque peragrare; ubi mox et ipse, et exercitus ardor elanguit.* Mitto Tarentum, quod tamen hactenus fuisse nemini suspectum miror: de Hannibale Campanae voluptatis lenociniis implicato tacet *Servius* bonum ducem secutus ad Aen. VI, 846. cum narrat, Fabium Maximum, *qui Hannibalis impetum ferre non posset, mora cum elusisse, et ad Campaniam traxisse, ubi deliciis Carthaginiensium virtus obtorpuit:* tacent plures: nam ipsum, ut ad *Annaeum* notat eruditiss. *Dukerus, deliciis his emollitum fuisse, Polybius, Livius aliique historici quidem non produnt: sed tamen probabile est;* eamque in rem *Luciani* nostri verba profert. Verum sunt sane non pauci, qui Hannibalem ipsum pestifera luxuriae Campanae contagione delinitum relanguisse scripserunt. Ne *Aurelio Victori* testimonium denuntiem, qui solo imperatoris nomine exercitum indicasse videri potest, quid *Valerii Maximi* verbis est disertius IX, 1. ext. §. 1. *Invictum enim armis Hannibalem illecebris suis complexa vincendum Romano militi tradidit. Illa vigilantissimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore ad somnum et delicias evocavit.* Parum utique Venus profecisset, nisi, fractis in mollitiem copiis, eadem caput ipsum labe adflasset: idcirco Cupidines adlocuta, sic ait apud *Sil. Ital.* XI, 402.

Combibat illapsos ductor per viscera luxus,
Nec pudeat picto fultum jacuisse cubili,
Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo:

et ne putes intra votum spem Veneris improbam stetisse, cavet *Silius* v. 422.

Ipse etiam adflatus fallente Cupidine ductor
Instaurat mensas dapibus, repetitque volentum
Hospitia, et patrias paullatim decolor artes
Exuit, occulta mentem vitiante sagitta.

At si horum fides sit fortasse levior, historicum dabo, qui

amicam ad Hannibalem deducet, eumque nobis monstrabit ἑταίραις συνόντα. *Appian.* de Bell. Hann. pag. 338. C. Ὁ δ' Ἀννίβας, ἐπεὶ τῆς πείρας (obsidione liberandae Capuae) ἀπέτυχεν, ἐς Λευκανοὺς διελθὼν ἐχείμαζε, καὶ ἐπὶ τρυφῆς ἦν οὐ συνήθους, ἐρωμένην τε εἶχεν ἄγριος ἀνήρ. Hoc paullo quidem serius, modo ne *Appiani*, qui de Campanis illecebris, si recte memini, mentionem nullam fecit, scriptoris in ordine rerum gestarum digerendo non nimis adcurati, industria parumper hic vacillet, accidisse non diffiteor: neque tamen eo minus objectum ab Alexandro flagitium confirmat. Est autem elegans loquendi formula τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς καθηδυπαθεῖν, cujus genuinam vim haud equidem scio, an *Budaeus* C. L. G. p. 1079. penitus non fuerit adsecutus, *per luxum et voluptatem conterere:* debuerat potius, *luxu et voluptatibus avocatum belli opportunitates perdere atque e manibus amittere. Plutarch.* in Anton. p. 928. A. Ἐκεῖ δὲ μειρακίου σχολὴν ἄγοντος διατριβαῖς καὶ παιδιαῖς χρώμενον ἀναλίσκειν καὶ καθηδυπαθεῖν τὸ πολυτελέστατον, ὡς Ἀντιφῶν εἶπεν, ἀνάλωμα τὸν χρόνον· eamque potestatem pluribus verbis confert adfixa praepositio κατά. Καταπορνεύειν, κατακυβεύειν τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν, καταπεπαιδεραστηκέναι τὸν οἶκον, καθιπποτροφεῖν, καταδωροδοκεῖν, καταριστᾶν, καταγυμνάσασθαι, vide *Hesych.* in Κατεγυμνάσατο, καταπωλεῖν, καταφροντίζειν *Aristophanis* Nub. v. 855. ad quem legendus est *Schol.* Nonnihil hinc dissidet *Synesii* ratio de Prov. I. p. 105. B. μείζω συμφορὰν ἐπεποίητο τῆς βασιλείας ἐκπεπτωκέναι τὸν ἄνδρα, ἐκείνως ἂν οἰομένη δημοσιεύσειν τὴν πολιτείαν ἐπὶ μείζονος ὑποθέσεως, καὶ καθηδυπαθήσειν τὴν ἐξουσίαν· quoniam scriptoris sui mentem omnino perperam accepit *Petavius*, ne alios in errorem trahat, explanare libet: *eo indignius ferebat Typhonis uxor regno maritum excidisse, quod si potiretur, in majore rerum argumento se liberius existimaret ac palam posse flagitiosam vivendi consuetudinem evulgare, et potentiam luxui impendere ac deliciis:* quanquam nervos orationis Graecae multum interpretatione Latina debilitari facile concedam. *Suidas* ex scriptore, nescio quo, profert: τὸν τῆς ἐξουσίας καιρὸν καθηδυπαθοῦντα ἱκανῶς· notatque, Genitivum etiam adnecti; cujus structurae quod ponit exemplum, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου, exstat sane in *Basilii* Hom. ad Div. p. 60. C. ἀλλ' ὃν μὲν ἔζης χρόνον, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου καὶ τῇ τρυφῇ διαῤῥέων· ubi miror equidem, ex tot Codicibus, ad quos *Basilium* exegerant Benedictini, nullam enotari variationem; cum tamen vel invitis membranis ac *Suida* non dubitandum videatur, quin refingi praestet τὸν βίον· nam alteram illam lectionem si loco cedere prohibeas,

utique foret interpretanda, *per luxum ac voluptates immoderatas insultare vitae:* quod ab eloquentissimi patris mente non parum discrepat. Vereor autem, quod Alexander gloriatur, se μικρὰ τὰ ἑσπέρια δόξαντα ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὁρμῆσαι, ut Romanos, illos rerum dominos, suffragatores habeat: multa disputat in contrariam partem *Livius* IX, 17. in isto nobili diverticulo, quo quaesivit, *quinam eventus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit:* ibi non pauca reperies, quae ad hunc *Luciani* dialogum collata voluptati erunt. Omnino confer *Arrian.* initio lib. VII. Hemst. De Hannibale Campana luxurie corrupto, tanquam de re vulgo nota loquitur *Cicero* de L. Agr. §. 95. *deinde ea luxuries, quae ipsum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit.* Marcellus apud *Livium* XXIII, 45. quo summa vi milites ad pugnam hortaretur, *Capuam Hannibali Cannas fuisse: ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi praeteriti temporis famam, ibi spem futuri exstinctam:* quae non minus ipsum Poenorum ducem, quam milites, petere videntur. Idem *in Addendis.*

Pag. 187. l. 1. *Ἦν μὴ*) Sic omnes libri nostri pro ἤ. Solan.

Ead. l. 3. *Ἰταλιώτης*) Incurrisse videri potest *Lucianus* in regulam a Grammaticis praescriptam, quae ut *Σικελοὺς* et *Σικελιώτας*, sic etiam *Ἰταλοὺς* atque *Ἰταλιώτας* discernit: hanc enim normam si sequi voluisset, Scipio non *Ἰταλιώτης*, sed *Ἰταλὸς* dicendus erat. Vid. *Menag.* ad *Diogen.* L. II, 5. Verum eam legem optimi scriptores migrare saepe solent; proque Siculis *Σικελιώτας* posuit *Diodor. Sic.* tum XI. p. 279. D. tum alibi non raro; de quo more copiosius alio loco dicemus. Hemst. *Ὁ καθελὼν Καρχηδόνα Hemsterhusius* reddidit: *qui fregi Carthaginem. Wieland.* gedemüthigt. *D'Ablancourt: qui ay dompté Cartage. Belinus* prorsus praetermisit. Unice recte, si quid video, veteres interpretes Latini, quibus et ipse *Hemsterhusius* in minori editione accesserat: *qui delevi Carthaginem.* Scilicet καθαιρεῖν, ubi de urbibus, moenibus, aedibus, adhibetur, fere significat *destruere, diruere, evertere, delere.* De muris apud *Thucydidem* et *Xenophontem* creberrime occurrit: pro multis sufficiat unus locus *Xenoph.* Hist. Gr. V, 2, 7. τὰ περὶ τὸν πειραιᾶ μακρὰ τείχη καθηρέθη. De urbibus eversis non minus frequenter usurpatum: de Troja per Herculem diruta apud *Eurip.* Troadd. v. 816. ubi v. 814. pari vi ἐκπέρθειν. de Byzantio per Nigrum Caesarem everso apud *Herodian.* III, 1, 16. de Aquileja per Maximinum deleta ibid. VIII, 4, 24. Ad hunc solennem verbi usum accedit

propria loci nostri natura: nota quasi characteristica Scipio hic distingui vult ab aliis suae gentis et familiae ejusdemque nominis clarissimis ducibus belli: quare ad nimis vagum nomen στρατηγὸς definitius addit ὁ καθελὼν Καρχηδόνα, quae quid jam aliud significare possunt, quam Carthaginis urbis eversorem? i. e. *Scipionem Africanum minorem.* Nemo, opinor, qui vel mediocri tum historiae Romanae, tum linguae Graecae peritia imbutus sit, etiam facile, quam hanc, sibi cogitabit personam; et si forte cogitet, ambiguitatis certe dicendi culpam, quae facile vitari potuit, si aliud verbum eligebatur, in auctorem ipsum conferam. Atqui nihil videtur clarius esse, quam quae persona *Luciani* menti obversata fuerit: et tamen hunc Minorem Africanum adversarium facit Hannibalis, quod in Majorem cadere constat. Confudit igitur *Noster* manifesto duo Africanos Scipiones, unum e duobus faciendo: in quem errorem etiam alios non indoctissimos homines incidisse memini. LEHM.

Ead. l. 13. Οὗτος) Commodius, mea quidem sententia, legeretur οὕτως. sed libri omnes aliter. SOLAN. Possis etiam de αὐτὸς cogitare: sed libri omnes aliter. LEHM.

Pag. 188. l. 8. Καὶ ἡμεῖς) Καὶ ex Ms. Ox. SOLAN.

Ead. l. 15. Ὅμοια) Quorsum pertineat, quove referendum sit, exputare nequeo: nam quae similia, aut quibus ante narratis, de Olympiade ferebantur? experiamur, an minimae mutationis beneficio sensus verborum enitescere queat: καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὁποῖα ἐλέγοντο; δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ· etc. *at vero de Olympiade qualia ferebantur? draconem cum ea consuescere:* haec, puto, conveniunt Diogenis admirationem irrisoriam fingentis personae. Ὁποῖος autem, ποῖος et οἷος frequenter similem usum habere notum est. Dial. Mort. XXII. ἀγνοεῖς, ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας. Magnis viris apud antiquos et fortitudinis admirandae laude praestantissimis illa singularis honoris praerogativa fuit adtributa, ut draconum, atque adeo Deorum (hi enim nullius aeque animalis specie celari gaudebant) filii perhiberentur: ex tali concubitu genus orta Ὀφιογενεῖς, teste *Aeliano* de Anim. XII, 39. De Augusto quid mandare memoriae sustinuerit Asclepiades Mendesius, vel inter Aegyptios homo nugacissimus, traditum a *Sueton.* c. 94. Sed exempla, quae magno sunt numero, congerere nihil adtinet. Alexandri ortus quam varie fuerit a scriptoribus expositus, enarrat *Plutarchus* in initio vitae ejus: quosdam sane non puduit Philippum infandi concubitus spectatorem agenti rimas januae admovere, ideoque post orbatum oculo male curioso,

qui volutantem cum uxore draconem fuerat conspicatus. Olympias vero rumorem pudicitiae suae noxium aversata dicere solebat argute: *Οὐ παύσεταί με διαβάλλων Ἀλέξανδρος πρὸς τὴν Ἥραν·* quod dictum ut ipsi sit honorificum, Alexandri certe stultitiam parentem draconem non adspernantis perstringit: inde *Draconigenam* adpellat *Apollin. Sidon.* Paneg. Anthem. v. 80. 121. ubi vide *Savar. Livius* quidem non continuit se, quin scriberet XXVI, 19. *retulitque famam* (Scipio Africanus) *in Alexandro Magno prius vulgatam, et vanitate et fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, et in cubiculo matris ejus persaepe visam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapsam.* Equidem, si quis me roget, quid sentiam, nullus intercedo, quo minus anguinae stirpis fulgore nobilissimi viri superbiant: neque tamen conjectorem acutissimum perhibebo, qui divinarit, quodnam genus ad eorum matres draconis pelle tectum in cubicula lectosque ventitarit: haud difficilius dracones, quam alias Deorum formas subeundo simulabant. Sequuntur binae lectiones Cod. Ox. quarum prior *κλέπτεσθαι* pro *βλέπεσθαι*, ut forte probatorem inveniat, haud magni momenti videtur: quamvis enim interpreteris, *occulte versari in lecto conspectum aliorum subterfugientem*, eratque sane draconum ejusmodi furtivus accessus, et emissitiis testium oculis minime fidens, quippe qui repente, ut *Livius* ait, hominum interventu evolverentur, ne sic quidem satis erit expeditum: aliud existimarem, si praeberet *κυλίεσθαι*, verbum opportunissimum, ex cujus corruptela nescio profecto, an nata fuerint, supponentibus, quod quisque menti scriptoris optime congruere putabat, correctoribus, ista duo minoris pretii *βλέπεσθαι* et *κλέπτεσθαι·* altera quidem egregie placet *παρ' ἑαυτοῦ σε εἶναι.* Dial. XVI. *δύο ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸ αὐτὸ Ἡρακλέας, τὸν μὲν ὑπ' Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ παρὰ τοῦ Διός·* sic paullo aliter apud *Cornut.* de Nat. Deor. c. 2. Jupiter peperit *τὸν Διόνυσον ἐκ τοῦ ἰδίου μηροῦ ἑπταμηναῖον παρὰ τῆς Σεμέλης.* Hemst. *Ὅμοια* praestantissimus *Gesnerus* accipit *similia*, i. e. *consentientia et convenientia oraculo Hammonis.* Mallem, si retineri debeat *ὅμοια, παρὰ τῆς Ὀλυμπιάδος·* nam paullo post, *οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον.* Sed pristina conjectura displicere mihi nondum potest. Usum verborum *volutari* et *κυλίεσθαι* eximie declaravit *Pricaeus* Not. ad *Apul.* Miles. IX. p. 488. Commode vero Alexander et Diogenes apud inferos novitii colloquuntur: utrique enim eodem die, hic Corinthi, ille

Babylone, in orcum se penetrarunt, ut testantur *Diog. L.* VI, 63. et *Plutarchus.* Idem *in Addendis.*

Pag. 189. l. 1. Ἐξαπατῆσθαι) Mireris profecto editorum diligentiam. Sed ἐξαπατᾶσθαι, vel ἐξηπατῆσθαι scribendum, dicerent γραμματικῶν παῖδες. At hoc in loco ἐξηπατῆσθαι suadent praecedentia; veluti et hoc maluit interpres, reddens, *Atqui de Olympiade similia ferebantur, draconem cum ea consuetudinem habuisse, et in lecto visum fuisse, deinde te ex hoc concubitu editum in lucem venisse: porro deceptum Philippum, qui se tuum patrem existimaret.* Jens. Ἐξηπατῆσθαι Ms. Ox. recte. Omnes impressi ἐξαπατῆσθαι, quod merito cl. *Jensio* displicuit. Solan.

Ead. l. 4. Οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται) *Incolae nemoris,* ut *Curt.* IV. c. 7. §. 20. *quos Hammonios vocant, dispersis tuguriis habitant: medium nemus pro arce habent triplici muro circumdatum. Diodorum* paene de verbo ad verbum vertit XVII. p. 589. A. Sic et *Herodoto* III. c. 26. οἱ ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι, quos Cambyses cum ipso oraculo funditus deleri jusserat: Excerpt. *Diodor.* p. 249. *Ephorus* apud *Plutarch.* T. I. p. 447. F. refert, Lysandrum, cum frustra Pythiam ac Dodonidas auro tentasset, εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς πολίταις πολὺ χρυσίον διδόντα. Hi cives Ammonii sunt in arce vel circa vicatim degentes: quamvis enim commemoret *Diodorus* τὰς ἐπικαλουμένας Ἄμμωνος πόλεις p. 588. D. illae tamen ab ipso templo diei admodum itinere aberant. Tota fere gens sacra, et, non secus ac Delphi, cerimoniis fanique religioni vacans: unus tamen prae reliquis aetate atque honore insignis, qui personam Jovis Ammonis gerens oracula reddebat: eum egregie προφήτην vocabant; *Plutarch.* Alex. pag. 680. D. *Diodoro* ὁ προφητεύων ἀνὴρ πρεσβύτερος τὴν ἡλικίαν. Formula, quam responsa daturus adhibebat, a *Platone* traditur Alcib. II. pag. 458. E. ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀποκριθῆναι τὸν προφήτην, τὸν γὰρ θεὸν οὐκ ἐᾶν δηλονότι, καλέσαντα δὲ αὐτὸν Ἀθηναίους (sic malo, quam ut vulgatur) φάναι, τάδε λέγει Ἄμμων· atque ita *Arrian.* A. A. VII. p. 305. aliique plures. Poterat ergo *Noster* forte non deterius scripsisse, ὁ τῶν Ἀμμωνίων προφήτης. Ceterum Etearchi regis Ammoniorum mentio est apud *Herodot.* II, 32. δυναστὰς et τυράννους adpellat *Diodorus.* Hemst.

Ibid. Προφῆται) Narrat *M. Felix* Oct. Bourd.

Ead. l. 6. Οὐκ ἄχρηστόν σοι) Alexander apud *Curt.* VIII, 8, 15. *Obtulit nomen filii mihi* (Ammon) *recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit.* Ibi *Freinshemius* ad hunc sensum vergentia *Luciani* loca collegit. Paullo post ἔφθασα

ἐπισκῆψαι legas, an ἐπισκήψας, τὶ an τινὶ parum refert: hoc tamen in usu frequenti. *Apollodor.* II. p. 105. Clymenus ἐπισκήπτει τελευτῶν Ἐργίνῳ τῷ παιδὶ ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον αὐτοῦ. *Chrysipp.* apud *Athen.* IV. p. 159 B. ἐπισκῆψαι τοῖς οἰκείοις θάψαι οὕτως· utrobique de moribundis positum. Inter testes autem annuli Perdiccae traditi *Lucianus* ab eruditiss. *Freinshemio* non est omissus ad *Curt.* X, 5, 4. HEMST.

Ead. l. 14. Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην) Non concinnus est in responsione Diogenis sensus, nisi legas, Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὅτι ἀνεμν. etc. Ὅτι videtur excidisse; idque consideravit interpres: *At quid rides, Diogenes?* Diog. *Quid autem aliud rideam, quam quia in mentem venit eorum, quae Graeci fecerunt* etc. JENS. Probo eruditissimum *Jensium*, qui sensus elegantiam fulcit inserta particula ὅτι, quae, si quis me audit, in textum est recipienda. Conferri cum hoc dialogo meretur *Aelian.* V. H. lib. XII, c. 67. HEMST. I.

Ead. l. 17. Τοῖς δώδεκα θεοῖς προςτιθέντες) Sic ipse Alexander Dial. praeced. dixerat, εἰ δὲ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώποις. SOLAN. Vide *Kuhnium* ad *Aelian.* V. H. II, 19. V, 12. Elegans dictum Pytheae, cum de Alexandro duodecim Diis adjungendo psephisma Demadis turpissimum in suffragia mitteretur, refert *Plutarch.* Apophth. p. 187. E. Orta ab Atheniensibus, in quamcunque partem incubuissent, nimium vehementibus adulatio ceteros etiam cito contigit: quare Babylone Graecorum οἱ πρέσβεις αὐτοί τε ἐστεφανωμένοι Ἀλεξάνδρῳ προςῆλθον, καὶ ἐστεφάνουν αὐτὸν στεφάνοις χρυσοῖς, ὡς θεωροὶ δῆθεν εἰς τιμὴν θεοῦ ἀφιγμένοι, teste *Arriano* A. A. VII. pag. 305. V. *Diogen. L.* VI, 63. HEMST.

Pag. 190. l. 3. Τρίτην) Suspecta mihi haec vox: certe ad trigesimum usque diem insepultum jacuisse Alexandrum legimus apud *Aelian.* V. H. XII, 64. SOLAN. Et mihi aliquando ad *Aelianum* convenienter τριακοστὴν scripsisse visus *Lucianus.* Sed plura etiam alia sunt, in quibus *Noster* ab *Aeliano* divergat. Unus gravior scrupulus restat, quod haec Alexandri oratio majorem dierum numerum requirit, quam ternarium. LEHM.

Ead. l. 4. Πτολεμαῖος) Vide *Freinshem.* ad *Curt.* X, 10, 20. et doctos Commentat. ad *Aelian.* V. H. XII, 64. HEMST.

Ead. l. 5. Ἐς Αἴγυπτον) Quod et factum est: vide *Lucan.* IX, 154. X, 20. In vitrea theca adservatum cadaver Augustus conspexit. *Sueton.* Octav. c. 18. et *Dion Cass.* LI. p. 454. citante *H. Prideaux* Part. II. p. 588. cum olim in aurea conditum fuisset: P. I. p. 451. SOLAN.

Ead. l. 9. Ἄνουβιν) Scribendum Ἄνουβιν, ut recte Vit.

Auct. cap. 16. Correpta est prima; *Latrator Anubis.* Jens. *"Ανουβιν* recte Ox. in reliquis *"Αννουβιν.* Vid. Vit. Auct. c. 16. Solan. Junguntur *"Ισιδι, 'Οσίριδι, 'Ανούβιδι* in App. Marm. Oxon. n. 2. *Σαράπιδι, "Ισιδι, 'Ανούβιδι* in Opp. *Gruteri* p. 84, 8. et apud *Sponium.* Alexander autem in Aegypto, Memphi certe et Alexandriae, pro Deo cultus. *Lucan.* X, 272.

Summus Alexander regum, quos Memphis adorat.

Longe discrepabat a nostri Diogenis sententia *Theocritus,* quippe poëta coelique regionum peritus, qui Eid. XVII, 18. aedem auream Ptolemaeo Philadelpho in Jovis aula construxit

— *παρὰ δ' αὐτὸν 'Αλέξανδρος φίλα εἰδὼς*
'Εδριάει Πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομήτας·

pro quo posteriore vocabulo *αἰολομίτρης* posuit *H. Stephan.* Th. T. II. p. 259. G. Eundem honorem, quem numerosissimo bestiarum gregi tribuerant Aegyptii, deinceps regibus suis Alexandri successoribus jure quidem denegare non potuerunt: insaniam eorum superstites nummi testantur. Hemst.

Ead. l. 12. *'Ες τὸν εἴσω τοῦ στομίου*) *Neque enim fas est quemquam reverti, qui semel paludem transmiserit, atque intra specus hiatum descenderit.* In verbis *ἐς τὸν εἴσω τοῦ στομίου* posset quidem intelligi *τόπον·* at non dubito, quin *Lucianus* scripserit *ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου*, ut Dial. seq. *καθάλλεσθαι εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους.* In editionis quoque Florentinae exemplari, in pergamenum impresso, video doctam manum in vocula *τὸν* extrivisse literam *ν.* Jens. *Τὸ εἴσω* optime ed. *J.* et St. Ms. Ox. et P. non, ut in reliquis est, *τόν.* Vid. de Luct. c. 5. Solan.

Ead. l. 13. *'Αμελὴς*) Quia janitor erat Orci. Vid. Dial. XX. initio et fine. Solan. Erat et publicanus Orci, *τελώνης*, ut vocatur Charon. c. 2., cui Charon obolos ab umbris acceptos exsolvere debebat, Diall. Mortt. XXII. Cf. Necyom. c. 8. Lehm.

Ibid. *'Εκεῖνα*) Melius *Luciani* consuetudini quadrat *ἐκεῖνο.* Hemst. Legitur sic in uno Ms. Parisiensi, ubi post *δὲ* etiam *γε* inseritur, admodum eleganter. Lehm.

Pag. 191. l. 4. *Ταινίᾳ λευκῇ*) Sic Dial. seq. Bourd.

Ead. l. 6. *Οὐδὲ ταῦτα* etc.) Interpretes ita ceperunt, quasi hac orationis structura fuisset scriptum: *οὐδὲ 'Αριστοτέλης ἐπαίδευσέ σε ταῦτα, τὸ μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι τὰ παρὰ τῆς τύχης·* aptius ad hunc sensum *τοῦτο* convenisset, quam *ταῦτα·* ut mox, *τοῦτό γε τὸ λυπεῖσθαι·* nunc *ταῦτα* fieri non potest, quin idem sit, quod modo, *οὐ λυπεῖ ταῦτά σε*, illa nimirum, quae recensui, luxuriae et superbiae instrumenta; atque adeo copulari deceat, *ταῦτα μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι.* Eam ob

rem orta mihi fuit suspicio, num forte *τὰ παρὰ τῆς τύχης* lectoris ingenio debeantur, ut clarius explicaret *ταῦτα*, margini adfixa: ceteroquin cur ordinem orationis expeditum multoque apertiorem insuper habuisset *Lucianus*? *οὐδὲ*, vel *οὐχὶ ταῦτά σε τὰ παρὰ τῆς τύχης ὁ σ. Ἀρ.* etc. Hemst. Mihi quidem nunc secus videtur. *Τὰ παρὰ τῆς τύχης* vix crediderim interpretandae vocis *ταῦτα* caussa e lectoris ingenio profecta et margini adfixa esse: certe tum scripsisset ille, nescio quis, *ὡς παρὰ τῆς τύχης ὄντα*, ut caussam proponeret, cur *ἀβέβαια* habenda essent, quae supra enumerabantur vitae regiae bona. Neque enim *ταῦτα*, ut recte observavit egregius vir, ad *μὴ οἴεσθαι* referri potest; quod si voluisset auctor, scripsisset haud dubie *τοῦτο*. verum sunt *ταῦτα* eadem illa, quae *ταῦτα* in verbis *οὐ λυπεῖ ταῦτά σε* etc. Deinde ut expeditiorem paullo et apertiorem orationis ordinem *Hemsterhusio* largiar fore, si legatur *οὐδὲ ταῦτά σε τὰ παρὰ τῆς τύχης ὁ σ. Ἀρ.* etc. aptiorem tamen auctoris menti et graviorem minime concedam. Multum h. l. intererat, verba *τὰ παρὰ τῆς τύχης* potius post *βέβαια εἶναι*, quam ante, reponi, quoniam caussa in iis inest illius *ἀβεβαιότητος*, quae Praedicato debebat, non poterat Subjecto ipsi, tribui. Hinc jam haec efficitur unice, si quid video, vera Diogenis sententia: *Quid lacrymaris, o stulte? nonne vero ista te sapiens Aristoteles docuit non putare stabilia, utpote bona fortunae?* s. *quum ea fortunae debeantur?* Articulus *τὰ* in Praedicato, ut par est, non admodum frequens, videtur h. l. turbas istas movisse. Lehm.

Ead. l. 9. *Κολάκων ἐπιτριπτότατος*) Sic in Tim. *Aristotelis φιλοχρηματίαν, θωπείαν, κολακείαν* ubique perstringit. Bourd. Mendum erat in verbis *Σοφὸς ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος ὤν*; cujus expungendi facultatem praebet codicis 2956. lectio: *Ὁ σοφὸς ἁπάντων ἐκεῖνος* etc. quae et in Aug. reperitur. Transpone modo Articulum, qui non debebat abesse, post *σοφὸς*, et prodibit ea sententia, quam auctor voluit: *Sapiens* (scil. *fuerit*) *ille, qui omnium adulatorum perditissimus fuit?* Sic etiam *Jacobsius* censuit, praeterquam quod *ἐκεῖνος* statim post *σοφὸς* poni voluit, qua transpositione in hac commotiori Alexandri oratione non videtur opus esse. *Schmiederus*, codicem Parisiensem e vestigio secutus edidit: *Ὁ σοφός; ἁπάντων ἐκεῖνος* etc. quod valde vereor, ut bene Graecum sit. Quin manifesto *ὁ σοφὸς* scripsit librarius, quod iisdem vocibus Diogenes modo usus fuerat. Denique vulgata lectio *ἁπάντων* facile etiam ex *ὁ πάντων* orta esse potuit. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀρ. εἰδέναι*) Quanquam

structurae norma constet, ut p. 150. l. 23. *ἐκεῖνον ζῆν ἔασον* p. 168. l. 6. *ἔασόν με ἔχειν*, sententia tamen tam languida videtur atque inepta, ut a *Luciano* profectam esse difficulter persuaderi mihi patiar: quid enim est post intortum illud acerbius convicium *ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος*, aut quomodo tantae vehementiae respondet, *me solum sine quae ad Aristotelem spectant scire?* Cum vitium sentiret *Kuhnius*, succurrere conatus est laboranti loco pro *εἰδέναι* reponendo *διϊέναι* ad *Diogen. L.* VIII, 30. *sine modo, ut recenseam aliquid de Aristotele.* Solerter excogitatum; neque tamen ejusmodi, ut repertae veritatis persuasione mentem feriat: aliud latere quiddam crediderim, quod olim forte fidelior membrana deteget. Mirum autem non est, Alexandrum hic asperius invehi in Aristotelem, cujus magistri sui jam dudum, antequam ad plures abiret, reverentiam omnem deposuisset: literas ad Antipatrum profert *Plutarch.* p. 696. D. ubi scripserit: *τὸν δὲ σοφιστὴν* (Callisthenem ab Aristotele commendatum: vid. *Diog. Laërt.* V, 10.) *ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν* etc. *ἀντικρὺς ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλην.* et p. 706. A. ad Cassandrum, *ταῦτα ἐκεῖνα*, inquit Alexander, *σοφίσματα τῶν Ἀριστοτέλους εἰς ἑκάτερον λόγων.* Invidiose vero *Athen.* XII. p. 537. F. non est, quod miremur, ait, aetate nostra Herculem haberi voluisse Commodum, ejusque Dei insignibus ornari, *Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοτελικοῦ τοσούτοις αὐτὸν ἀφομοιοῦντος θεοῖς.* Hemst. Si color aliquis vulgatae lectioni possit induci, nihil equidem speciosius invenio, quam quod suggessit *Jo. Matth. Gesnerus*: *Non puto*, inquit, *hanc vocem esse silentio tegi volentis dedecus Aristotelis: contrarium enim adparet. Sed hoc vult*, sine me scire, *id est, concede, ut ego melius quam quisquam sciam, et dicam adeo, quis fuerit Aristoteles; ut nostri,* das muss ich am besten wissen. *Μόνον non excludit alios a cognitione futura, quam omnibus jam impertit, sed a praeterita.* Idem *in Addendis.* Secundum hanc *Gesneri* sententiam, admodum probabilem illam, vertit *Wielandius,* quamquam paullo verbosius: Mich allein lass sagen, was Aristoteles gewesen ist! Denn ich weiss am besten, wie viel er immer von mir haben wollte etc. Monstrum emendationis reperies in Varr. Lectt. Aliam, eamque non magis commendabilem, conjecturam proposuit *Tr. Fr. Benedictus* p. 5. Vult nempe legi: *ἐμὲ μόνον ἔασον ο ὖ τὰ Ἀρ. εἰδ.* quod ne bene quidem Graecum foret. Ceterum observat ad h. l. *Wielandius,* injustum h. l. esse *Lucianum* erga summum nationis Graecae ingenium: quae enim petierit Aristoteles ab Alexandro, petiisse eum in literarum commodum, inprimis

historiae naturalis, in qua ipse regia ista liberalitate destitutus non potuisset sane ea, quae praestitit, praestare. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἄρτι μὲν ἐς τὸ κάλλος* etc.) Adduxit *Thom. Magister* in *Ἄρτι*, et quod statim sequitur, *ὡς μὴ αἰσχύνοιτο καὶ αὐτὸς λαμβάνων* in *Ὡς*, perverse tamen praemisso titulo dialogi Diogenis et Herculis. Hemst.

Pag. 192. l. 8. *Οἶσθα ὃ δράσεις*) *Ἀττικώτερον* est dicere *οἶσθ' ὃ δρᾶσον*, ut apud *Aristoph.* Eq. 1155. ubi v. *Schol.* Kuster. At Diall. Deor. XXII, 4. *Οἶσθα οὖν ὅ,τι χαρίσῃ;* ubi vid. Adnot. Adversatur *Kustero* etiam *Abresch* Dilucc. Thuc. pag. 462. Cf. *Idem* in Animadvv. ad *Aeschyl.* T. II. p. 511. Mox *Nachtgallus* quidem optime distinxit verba: *ἄκος γάρ σοι τῆς λύπης ὑποθήσομαι· ἐπεὶ — φύεται, σὺ δὲ κἂν* etc. in edit. nempe Arg. 4. a. 1515. et secundum haec recte vertit: *Quandoquidem hic veratrum non nascitur, tu Lethei fluminis* etc. Sed qui eum secuti sunt, versionem quidem ejus ad verba retinuerunt, textum vero ipsum perversa interpunctione depravarunt, edentes: — *ὑποθήσομαι, ἐπεὶ ἐνταῦθά γε — φύεται· σὺ δὲ κἂν* etc. Hoc ipsum vitium et *Hemst.* in minori editione commisit. In majori vero textum quidem, ut oportebat, emendavit, subjiciens tamen interpretationem, quae cum illo non conveniret: *remedium enim tibi doloris suggeram, quandoquidem hicce loci helleborus non nascitur. Tu ergo Lethes* etc. Hic *Belinus* in vertendo Graeca verba, *Wiclandius* vero hanc diversam interpretationem Latinam, ut fere solebat, secutus est. Editores recentiores, ut par erat, repetierunt bene dispositum textum. Non debebat autem quemquam offendere particula *δὲ* in Apodosi posita, quae in liberiori oratione facile admittatur. Cf. Diall. Deor VI, 2. *καὶ εἴποτε πιοῦσα παραδοίην τῷ Γανυμήδει τὸ ἔκπωμα, ὁ δὲ ᾔτει* etc. neque ibi de *ὁδὲ* cogitandum est. Lehm.

Ead. l. 13. *Ὁρμῶντας*) Ed. J. *ὁρῶντας*. Sed praestat vulgata, quam firmat etiam Ox. Solan.

Pag. 193. l. 13. *Οὐκ ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ* etc.) Hoc exemplum posuit *Henr. Stephan.* Anim. in Libr. de D. A. p. 32. ut morem Atticorum probaret ad negationem fortius intendendam duas tresve particulas negantes cumulantium: plura dabit *Stephan. Bergler.* ad *Alciphr.* p. 215. *Olearius* ob ignoratum vulgatissimae structurae modum merito castigatus a *L. Bos* in Ep. ad Hebr. XII, 19. Hemst.

Ead. l. 16. *Ὡς χρήσιμον*) Existimet aliquis vel *ὡς* supervacuum esse, vel *οἰόμενος εἶναι*, vel denique scribi non absurde posse *ὡς χρησιμώτατον*. Verum sciendum est, eum saepe locum tenere particulam *ὡς*, quem sine orationis de-

trimento facile relinquere queat: de Luct. §. 24. τοὺς γονέας τοῦ τετελευτηκότος πείθουσι γεύσασθαι ὡς οὐκ ἀηδῶς μὰ Δί' οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους· alibi plura dicentur. In opinione divinae stirpis excitanda et fovenda plures astum Alexandri agnoscunt. *Arrian.* A. A. VII. p. 311. Ὅτι δὲ εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὐτοῦ ἀνέφερεν, οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ μέγα αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ καὶ σόφισμα ἦν τυχὸν εἰς τοὺς ὑπηκόους τοῦ σεμνοῦ ἕνεκα. HEMST.

Pag. 194. l. 6. Γέῤῥα οἰσύϊνα) *Crates vimineae:* quid gerrae, docet *Joseph.* 3. Excid. erant veluti scuta quadrangula, ἰτέα, de quibus alibi: ἰταίας vocat *Hesych.* quem vide: lego *Lucian.* de Hist. Conscr. cap. XXIII. BOURD. Has ipsas voces ponit *Etymol.* atque explicat p. 619. v. 18. Si *Luciani* verba putes, quod verisimile videtur, solum eo referendum est illud interpretamentum, σκεπαστήρια ταῦτα πολεμικὰ, οὐ κυκλοτερῆ δὲ, ὡς αἱ ἀσπίδες, ἀλλὰ τετράγωνα· cetera minus quadrant. Οἰσυΐνας ἀσπίδας ex *Thucydid.* IV, 9. adnotavit *Poll.* VII, 176. X, 176. *Luciani* locus utriusque scriptoris Commentatores eruditos non fefellit, uti nec *H. Stephan.* ad *Xenoph.* Cyropaed. p. 24. v. 13. De gerris autem scuto Persico luculenter agit *Barn. Brisson.* de Regn. Pers. III. p. 290. 291. HEMST.

Ibid. Οἰσύϊνα) Vid. Not. ad Gall. c. 21. SOLAN.

Ead. l. 7. Καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτ.) Haec ita distinxerant in prioribus edd. quasi praecedentibus adhaererent: separavi, ut ad verbum χειρώσασθαι esse referenda liquidius constaret. In his vertendis mirum est aberrare potuisse interpretes: suas res adversus fortes viros ac bellicosos gestas commemorat Philippus, ut instituta comparatione Alexandri victorias ab imbelli hoste reportatas deprimat. Vicissim Alexander paullo post patrem perstringit, se procul abfuisse testatus a pravis artibus, quibus ille potius, quam vera virtute bellica, Graecos superarit: eo spectant ista amarulenta, ὅμως οὐ διαστήσας αὐτοὺς, οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας etc. nam Philippus revera inter Graecos ob haec facinora male audiebat, nihilque eorum est, quod inprimis a *Demosthene* ipsi non fuerit objectum. HEMST.

Ead. l. 8. Τὴν Θετταλὴν ἵππον) Ms. Θετταλικὴν ἵππον. Scio οἶμος σκύθης, et similia: sed *Lucianum* haec obsoleta non amare, id quoque scio. GRAEV. Θετταλικὴν praeter G. etiam P. et L. Alibi tamen *Noster* Θετταλὴν de equa. Zeux. c. 6. τὴν θήλειαν δὲ, ἵππον γε τῆς καλλίστης, οἷαι μάλιστα αἱ Θετταλαί εἰσιν ἀδμῆτες ἔτι καὶ ἄβατοι. In Amor. cap. 45. Θεσσαλοὶ γὰρ ἵπποι μέλουσιν αὐτῷ. Forsan, cum de equitatu ser-

mo est, aliter solebant efferre: certe Jov. Trag. cap. 21. ἵππων Θρακικῶν. SOLAN.

Ead. l. 11. Χρυσοφόρων) Dico alibi. BOURD. Χρυσοφόρων, commode: hac enim per contumeliam velut inusta mollitiei nota Persas Medosque victores Graeci significabant. Epigr. apud *Lycurg.* in Leocr. p. 163.

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι
Χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν.

Simul hinc patet, delendum esse καὶ, quod praecedit χρυσοφόρων. HEMST. Delevit et *Matthiae*, sed injuria, opinor: nam καὶ χρυσοφόρων — καὶ ἁβρῶν est *tum* — *tum*. LEHM.

Ead. l. 12. Μύριοι) Vide *Xenophontis* ea de re libros ab omnibus legi dignos. SOLAN. Post hanc vocem excidit οἱ. LEHM.

Pag. 195. l. 2. Οὐ διαστήσας) Idem codex pro οὐ διαστήσας αὐτοὺς, scribit, οὐ διασπάσας αὐτοὺς, *eos non divellens*, sive *diducens*: sed in vulgata sententia eadem est. GRAEV. In MS. suo invenit *Graevius* διασπάσας pro διαστήσας, et ita legit quoque in suo codice *Scholiastes*. Sed recte judicat vir cl. in vulgata eandem esse sententiam. Quin et in hoc usu διϊστάναι est frequentissimum pro διασπᾶν, χωρίζειν, διαχωρίζειν· quemadmodum passim hoc verbum interpretatur *Hesychius*. JENS.

Ead. l. 3. Προδοσίαις) Tangit patris cauponium, de quo *Demosth.* alii. BOURD.

Ead. l. 9. Δορατίῳ) Venabulum, hastam, sarissam, lanceam, αἰχμὴν vocant: quibus *Luciani* δοράτιον addidit *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 1, 52. HEMST.

Ibid. Ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε) *Luscinius: eo quod nomen meum celebraret et meas res gestas cum tuis conferre auderet.* Admodum lenta. *Benedictus* adcuratior: *eo quod me, collatis utriusque rebus gestis, laudare ausus fuisset.* Sed cur elegantiam Graecam obscurant et malunt circuire, quam mera et nuda verba auctoris sequi? Quod non aliunde profectum, quam quod auctores earum non cogitarent *Ciceronem* dixisse, *Isocrates majore mihi ingenio videtur, quam ut cum orationibus Lysiae compararetur*; *Justinum*, *Lydorum reges fuere variis casibus memorabiles; nullus tamen fortunae Candauli comparandus.* Et sic alii. GRON.

Ead. l. 11. Μακεδονικὴν χλαμύδα) Consule *Spanhem.* de Pr. et U. N. A. p. 457. Mollior enim erat et habebatur Persarum vestis, ut supra in hoc dialogo dixit; et iterum, quamvis de Parthis jam, ex eodem constat; Alex. c. 27. θηλυχίτων ἀνὴρ pro Partho. SOLAN.

Ibid. Κάνδυν) Χιτῶνα Περσικὸν στρατιωτικόν· lege *Suid.* *Hesych.* dico ad *Heliodor.* lib. VII. de taenia dictum antea. Bourd.

Ead. l. 12. Τιάραν ὀρθὴν) Vid. eundem *Spanhem.* p. 466. Solan.

Ead. l. 13. Ὑπ' ἐλευθέρων) Admodum displicet illud ὑπ'. Ego delendum censeo. Solan. Graviter intercedit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 388. Neque magis probabiliter *Abreschius* Lectt. Aristaenet. p. 228. verba ὑπὸ Μακεδόνων, tanquam glossema, ejicienda statuit. Lehm.

Pag. 196. l. 1. Λέουσι) Temere vulgari fabulam, qua Lysimachum leoni objectum ab eo scribunt, ait *Curt.* VIII, 1. *Justinus* tamen ei fidem facit XV, 3. Solan.

Ead. l. 2. Γάμους τοιούτους) Seponere non possum levem vitii suspicionem in vocabulo secundo: debuisse videtur *Lucianus* designare conditionem nuptiarum, quas improbabat: nemini obtrudo, quod in mentem venit, γάμους ἀθύτους. Quae hic Alexandro nuptiae vitio vertuntur, eas ipse verbis plane similibus laudi sibi ducit in illa elaboratissima oratione apud *Arrian.* VII. c. 10. γάμους δὲ ὑμῖν τοὺς αὐτοὺς γεγάμηκα, καὶ πολλῶν ὑμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς. Hac etiam in parte, ut in plerisque aliis, a *Luciano* dissentit *Plutarchus* Alexandri vel inprimis admirator περὶ τῆς Ἀλ. Τ. ἢ Ἀ. Or. I. p. 329. E. 330. A. Hemst. *Tales* innuit Philippus nuptias, quales jam Alexandro non potuerunt non in memoriam redire, i. e. tam indignas, v. c. cum Roxane et aliis. Idem enim est h. l. vocabuli τοιοῦτος usus, qui supra Dial. XII, 2. vocis τοσοῦτοι in τοσαύτας πόλεις, ubi nonnulla adnotavi. *Tr. Fr. Benedictus* p. 6. mavult γάμους τοιούτοις (i. e. νενικημένοις) γαμῶν, admodum improbabiliter. In sequentibus matrem Darii (καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ) mallem *Hemsterhusius* in versione Latina ad sequens ἐπεμελήθης, quam ad praecedens ἀπέσχου retulisset: res ipsa loqui videtur, quamvis Grammatica ratio utrumque ferat. Lehm.

Ead. l. 7. Ἐν Ὀξυδράκαις) Communem historicorum opinionem secutus est *Noster*, quam refutavit *Arrian.* VI. c. 11. Alexandrum in Mallis audacissimum facinus edidisse docens. Utrosque Mallos et Oxydracas in hac historia conjunxit *Diodor. Sic.* XVII. p. 613. D. et 614. C. καθήλατο μετὰ τῶν ὅπλων μόνος εἰς τὴν πόλιν. Vide *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* IX, 4, 26. Hemst.

Pag. 197. l. 5. Ἐπικερτομοῦντας) Jam irrisa fuerat, atque objecta Alexandro vivo praesentique stirpis ementiendae

superbia. *Arrianus* eodem hoc usus verbo VII. c. 8. Macedones *οὔκουν σιγῇ ἔχοντες ἐκαρτέρησαν, ἀλλὰ πάντας γὰρ ἀπαλλάττειν τῆς στρατιᾶς (στρατείας) ἐκέλευον, αὐτὸν δὲ μετὰ τοῦ πατρὸς στρατεύεσθαι· τὸν Ἄμμωνα δὴ τῷ λόγῳ ἐπικερτομοῦντες.* Hemst.

Ead. l. 10. *Πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς*) Mentem *Luciani* non ceperunt interpretes, in his verbis, *πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ θεοῦ γίνεσθαι δοκοῦν*, quae sic sunt interpretanda: *Omne enim id videtur minus, quod a Deo creditur geri.* Dixit, id multum imminuit gloriam tuam et res gestas, quia venditabas te Deum esse, seu Dei filium. Id enim, quod a Deo geri creditur contra homines, quia Deus omnia potest, et longe viribus omnium hominum est potentior, non tanti faciunt homines, nec putant virtuti adscribendum, sed potentiae divinae omnibus humanis opibus majori. Vertunt: *Nam etsi haec a Deo geri viderentur, Diis tamen longe inferiora agere visus es.* Vides, quam male. Graev. Interpretes merito castigavit *Jo. Freinshemius* ad *Curt.* IV, 7, 30. ubi, positis *Luciani* verbis, monet: *Sensum non ceperunt interpretes; est autem hic:* quicquid enim egisti, id omne, siquidem ut a Deo gestum aestimari debebat, imperfectum longeque infra dignitatem positum censebatur. *Et patet ratio: nam ab homine victas esse nationes, expugnatas urbes, eversa imperia si narres, quilibet profecto censebit, eum hominem inter ceteros excelluisse: at si Deo, vel etiam angelo tribuas, nemo certe magnopere id mirabitur, cum omnes sciant,* nullas esse hominum adversus Deos vires, *ut loquitur Justin.* II, 12, 10. Hemst.

Pag. 198. l. 1. *Ἄορνον*) *Ἄορνιν* Ms. non *ἄορνον*, sed utroque modo scriptum hoc vocabulum inveniri, et in usu esse, docuit *Eustathius* ad *Dionysium Periegeten.* Graev. *Ἄορνιν* etiam P. et L. habent; sed aliter ceteri tum hic, tum Hermot. c. 4. et Rhet. Praec. §. 7. Solan. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 704. Vid. ad Rhet. Praec. §. 7. Multa de hac celeberrima petra contulerunt *Raderus* et *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 11, 2. ubi inter *Aornon* et *Aornin* Codices non minus, quam editi libri, fluctuant. Herculi autem Liberoque saepe conferri Alexandrum, docebit idem *Freinshem.* ad *Curt.* IX, 2, 29. Hemst.

Ead. l. 6. *Συνῇς*) Fl. nullum subscripsit jota, quod omnes reliquae citius, quam oportebat, adripuerunt: verum addenda fuerat litera per injuriam vicinae similis extrita *συνήσῃ*, ut *γνώσῃ*, *ἀπομαθήσῃ*. Hemst. Usitatior est forma Futuri *συνήσω*, atque adeo *συνήσεις* h. l. scribendum erat, quemadmodum vere scriptum reperitur in Ed. Aug. *Ἀφήσω* occur-

rit infra Dial. XIX, 1. et saepius, etiam apud antiquiores Atticos. *Συνήσω* invenies in Soloec. c. 2. ubi cave existimes cum nonnullis vituperari hujus formae usum, quum notetur potius syntaxeos ratio, *συνήσω ἂν, εἴπερ θελήσειας.* Cf. etiam *Fischer.* Animadvv. ad *Weller.* T. II. p. 481. Lehm.

Ead. l. 22. *Οἷα πρώην*) Dialog. ex his versibus Odyss.

Μὴ δή μοι θάνατόν γε παραύδα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Cetera item ex variis locis *Homeri.* Bourd.

Ead. l. 25. *Ἐπάρουρος ὢν*) Argumentum hujus dialogi ex *Homero Lucianus* derivavit Od. *Λ.* 488. utque erat in principem poëtarum paullo iniquior, abstinere non potuit, quin animadversionis, tectae quidem atque ingeniosae, maculam ipsi adspergeret; secutus hac in parte *Platonis*, quem tamen ipsum alibi non mollius tractat, judicium: is enim initio lib. III. de Rep. hos versus inprimis aliosque similes, tanquam ad frangendum animi robur idoneos, expungendos esse censuit. Quod de Pelidae magistris modo *Noster*, a *Platone* quoque sumtum p. 612. C. *Ἀχιλλεὺς θεᾶς ὢν παῖς καὶ Πηλέως σωφρονεστάτου τε καὶ τρίτου ἀπὸ Διὸς, καὶ ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος* etc. Firmat autem vulgatam *Homeri* lectionem *ἐπάρουρος*, cujus duplicem significatum, ut ex *Eustathio* et *Hesychio* patet, veteres exposuerunt, *ἐπίγειον* scilicet, vel *κηπουρὸν ἐπιμίσθιον* sive *τὸν γῆν ἐργαζόμενον·* cum aliis scribendum videretur, *Βουλοίμην κε παρουρὸς ἐὼν*, id est, *φύλαξ, εἰς φυλακήν τινα ταταγμένος μισθωτικῶς*, testibus *Etymol.* pag. 353. et *Eustath.* p. 1695. Eundem *Homeri* locum, sed alia ratione, *Dion Chrys.* adhibuit Or. IV. p. 67. B. Facete *Lucilius* apud *Non.* p. 519.

Nunc paucis malim ac sapientibus esse probatum,
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσιν καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Mox *δειλὸν* non equidem improbo; quia hac tamen accessione indigere non videtur *ἀγεννῆ τινα Φρύγα*, considerandum est, an praestet *δοῦλον*. Hemst. Equidem non praetulerim *δοῦλον*. Agebatur Antilocho non omnino de *illiberalitate* (*ἀγεννείᾳ*) Phrygum, sed de ea, quam *ignaviam* (*δειλότητα*) dixerunt, quae vitae servandae studiosior est, quam rerum praeclare gerendarum. Exspectabatur igitur in bene composita oratione potius *δειλὸν*, quam *δοῦλον*. Lehm.

Pag. 199. l. 12. *Ἐκείνη*) Respicit ad vocem *δόξα*, quam in animo habebat *Lucianus*, non ad *δοξάριον*, qua usus erat. Cler.

Ibid. ῞Ο, τι μάλιστα) Perperam in omnibus libris excusis, quos vidi, scribitur εἰ καὶ ὅ, τι μάλιστα, οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσιν, cum ὅτι scribendum sit; ὅτι μάλιστα, ut ὅτι τάχιστα, *maxime, celerrime: licet maximopere celebrarint homines.* Graev. Sola Fl. ὁτιμάλιστα, qui mos est scribendi vetustarum edd. exinde cunctae corruptius ὅ, τι μάλιστα. Quanquam dixerat τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον, tamen hic, quasi δόξαν scripsisset, subjecit ἐκείνη μὲν ἀνωφελής· qualia multa veteres usurpant vel per incogitantiam oblata, vel variandae orationis ergo studio quaesita: vide *Davis.* ad *Cicer.* de N. D. II. p. 199. *Duker.* ad *Thucydid.* II. c. 47. Hemst.

Pag. 200. l. 1. Ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς) Manium, apud quos

Lydus Dulichio non distat Croesus ab Iro,

ut venuste canit *Propert.* III. El. 3. ἰσηγορίαν et ἰσονομίαν, salvo tamen προεδρίας cujusdam jure, ubique *Noster* commendat; propterea laudatus a *Barthio* ad similem *Claudiani* locum in *Rufin.* II, 474. *Senec.* de Ir. III, 43. *Venit ecce mors, quae nos pares facit. Sil. Ital.* XIII, 776.

— Croesi mox advolat umbra,
Dives apud superos, sed mors aequarat egenis.

Verum propius ad *Luciani* jocos accedit *Plaut.* Trin. A. II. Sc. IV, 92. Ingentem hujusmodi sententiarum cumulum, qui talibus delectatur, in veterum scriptis facile reperiet. Hemst II. Ἐν ἰσογηρίᾳ πολιτεύεσθαι apud *Dionys. Halic.* lib. II. c. 19. Ἀργεῖοι δὲ ἅτε ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες. — Hemst. I.

Ead. l. 7. Ἄλλως τε, ὁρᾷς) Legitur in editis: Ἄλλως τε, ὁρᾷς τῶν ἑταίρων ὅσοι περὶ σὲ ἐσμὲν οἵδε; μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντως. φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος. Sed qui hunc locum inspexerit adtentius, animadvertet, scribendum et distinguendum eum sic esse: Ἄλλως τε ὁρᾷς, τῶν ἑταίρων ὅσοι περί σε ἐσμὲν ὧδε. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται. πάντως φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος. *Vides alioquin, quanta turba sociorum tuorum simus hic. Non longe post autem huc veniet quoque Ulysses. Omnino solatium adfert societas earundem rerum.* Nam

solamen miseris socios habuisse malorum.

In fine dialogi haeret quoque macula, quam ante complures annos eluimus, sed nunc nobis adstipulari Ms. gaudemus; sic enim in illo legitur: σιωπᾶν γὰρ καὶ φέρειν δέδοκταί ἡμῖν, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλωμεν, ὥσπερ σὺ, τοιαῦτα εὐχόμενοι. *Fixum nobis est tacere, ferre, et tolerare, nisi velimus ludibrio esse, ut tu, si optaremus talia.* Nam δέδοται ἡμῖν, quod in editis est, respuit omnino sensus hujus loci. Quis enim illis hoc dedit, et concessit? Imo dicit sibi deliberatum esse, et sibi firmam

stare sententiam omnia potius ferre, quam inanibus querelis risum concitare. Graev. *Πάντως* a praecedentibus male avelli censeo: *ἀφίξεται πάντως* h. l. ut paullo superius *πάντως ἀποθνήσκειν ἅπαντας*. Respicitur autem simul ad id ipsum, quod semel jam nuper Ulysses in Orco fuerit hospes, inde vero rursus in vitam redierit. Ceterum de verbis sqq. *καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι* notaverat *Hemst.* in Ed. min. „*αὐτὸ* legendum: mox: *καθ' ἡσυχίαν αὐτὸ πάσχοντες*.“ Sed quum in maj. Ed. haec silentio praeterierit, ipse conjecturae satis tenui et improbabili renuntiasse videtur. Lehm.

Ead. l. 12. *Δέξαιντο*) *Qui non velint, non cupiant*: quasi dicas, *qui oblatam redeundi in vitam conditionem non accipiant*. *Phrynich.* Praef. *καὶ γὰρ αὐτοῖς εἴ τις αἵρεσιν προθείη* etc. *δέξαιντ' ἂν ἀντὶ παντὸς. . . . τῆς ἀμείνονος γενέσθαι μοίρας*. *Δέχεσθαι* hac significatione usurpari, his etiam *Luciani* verbis prolatis, monet *C. A. Duker.* ad *Thucydid.* V, 94. Hemst.

Ead. l. 13. *'Ακλήροις καὶ ἀβίοις*) *Philostr.* de V. A. T. II. c. 6. *ἄβιοί τε καὶ ἱππόται τῆς ἀγέλης ταύτης·* verti debuit, *inopes, et elephantis equorum loco vecti*: errorem interpretis in *ἄβιοι* emendavit *L. Bos* Anim. c. VII. haec quoque *Luciani* verba cum *Homero* conferens. Apostolos eorumque instituti sectatores *τοὺς ἀβίους τούτους καὶ ἀνεστίους, καὶ ἀσάρκους μικροῦ καὶ ἀναίμονας*, vocat *Gregor. Nazianz.* Stel. I. pag. 37. Contraria ratione *ἄβιος* erat *Antiphonti ὁ πολὺν βίον κεκτημένος, ὁ πλούσιος*, ut notant *Harpocr.* et *Hesych.* quod egregie *Polluci* restituit adjutus a membranis *Jungerm.* ad VI, 196. Ibidem S. 197. quamvis omissum in nonnullis Codd. retineri debet commoda vox *ἄκληρος*. *Xenoph.* Cyrop. III. p. 179. v. 40. *ἐξὸν αὐτοῖς τοὺς νῦν οἴκοι ἀκλήρους πολιτεύοντας ἐνθάδε κομισαμένους πλουσίους ὁρᾶν*. In fine dialogi quin pro *δέδοται* legendum sit *δέδοκται*, minime dubitandum videtur. Hemst.

Ead. l. 17. *Εἰ δὲ μὴ ὁμολογεῖτε, ταύτῃ χείρους ἐστὲ, καθ' ἡσυχίαν αὐτὸ πάσχοντες*) Eximia discordia interpretum, *Ottomaro Luscinio* vertente, *etiamsi non palam confiteamini, nequiores sane in eo, quod tacite hujuscemodi per quietem toleratis*; *Benedicto, quod ni confiteamini, eo deteriores estis, quod haec toleratis.* Aut vana, aut nimis indecenter accisa omnia. Adscripsit pater: *eodem modo adfecti, sed dissimulantes*, vel, *quod cum eodem modo adfecti sitis, dissimuletis.* Gron. Simplicius et adcuratius ad ipsa verba: *Quodsi non confitemini, hoc pejores estis, per quietem id* (non *idem*) *tolerantes*: *pejores*, h. e. non infeliciores, ut *Wielandius χείρους* cepit, sed praviores, nequiores, quippe doloris justi dissimulatores: quibus sic

optime conveniunt, quae Antilochus respondet, prudentiae id tribuens, quod Achilles nequitiae esse dixerat. Lehm.

Ead. l. 20. *Σιωπᾶν γὰρ*) Sententia postulat, *σιωπᾶν γοῦν, καὶ φέρειν*· particulas istas *γοῦν* et *γὰρ* jam supra vidimus inter se permutari. Hemst. Ac vere cod. Aug. exhibet *γοῦν*. Lehm.

Pag. 201. l. 1. *Δέδοκται*) G. et St. Solan.

Ead. l. 17. *Οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν;*) Hic dialogus, itidem ut superior atque aliquot sequentes, *Homero* exagitando impenditur; cujus, ut horum lepor recte capiatur, omnino legendi sunt versus Od. *Λ.* 601. nam quo minus obscurum esset, quem petat, ne poëtae quidem verbis abstinuit. In eo autem *Homeri* loco, ne *Lucianum* aut primum aut solum putes, jam olim exstiterunt, qui valde offenderentur: *διαβάλλουσι δὲ*, inquit *Eustathius* p. 1702. *καὶ τὸν τοιοῦτον τόπον οἱ Ὁμηρομάστιγες*· tum motas difficultates pro muneris suscepti ratione diligenter removere conatur: quanquam paullo post p. 1703. v. 18. facetis hujus dialogi jocis delectatus scribat, *οὗ καταπαίζει εὐφυῶς ὁ Λουκιανός*. Ut summi poëtae dignitati consulerent, nodum alii secare maluerunt, et violentius quidem expulsis versibus istis binis,

Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
Τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην·

quibus accedere se testatur *Scholiastes* parvus: ego bene sinceros existimo, qui et a veteribus agnoscantur, vid. *Pausan.* II. p. 140. nec magnopere caussam *Homeri* laedant. Fallimur scilicet, qui duabus hominem partibus constare censemus: quatuor sunt, quas adcurate discrevit Epitaphium antiquum:

Bis duo sunt homines, manes, caro, spiritus, umbra:
Quattuor has partes tot loca suscipiunt.
Terra tegit carnem; tumulum circumvolat umbra;
Orcus habet manes; spiritus astra petit.

Vid. *Barth.* Adv. LII, 1. neque multum abit *Serv.* ad Aen. IV, 654. nisi quod tres sufficere putat, *animam, quae superne est, et originem suam petit; corpus, quod in terra deficit, et umbram, quae quoddam simulacrum ad nostri corporis effigiem factum inferos petit*: porro monet usus hoc ipso *Homeri* loco, *sciendum, simulacra haec esse etiam eorum, qui per apotheosin Dii facti sunt:* quam doctrinam repetit ad Aen. VI, 134. V, 722. nam sibi videtur quodammodo dissentire ad Aen. II, 772. Tale ergo Deorum in numerum relati Herculis *εἴδωλον* apud inferos versatur. Platonici vero tantum aberant a repudiandis illis *Homeri* versibus, ut arcanae disciplinae my-

sterium ibi residere non vulgare arbitrarentur: ὁ μὲν γὰρ Ἡρακλῆς διὰ τελεστικῆς καθηράμενος καὶ τῶν ἀχράντων καρπῶν μετασχὼν τελέας ἔτυχε τῆς εἰς θεοὺς ἀποκαταστάσεως, αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι τέρπεται ἐν θαλίῃ, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην· longe secus atque Achilles, qui πρακτικὴν σχὼν ἀρετὴν ἐφίετο τῆς μετὰ σώματος ζωῆς ὑπηρετεῖν αὐτοῦ δυναμένου ταῖς πράξεσιν. Haec et plura *Proclus* ad *Plat.* p. 382. omitto *Pindari* εἴδωλον in *Plutarch.* *Παραμυθ.* p. 120. D. *Lucianum* advocavit *Gisb. Cuper.* in Apoth. Homer. p. 21. Confer, quae dicemus ad Hermot. c. 7. Hemst.

Ead. l. 19. Ὦ *Καλλίνικε*) Sic erat scribendum. Herculis cognomen est ex Hymno *Archilochi*, qui decantabatur in ludis Olympicis, cujus initium *Καλλίνικ' ἄναξ Ἡράκλεις*. Sic in Piscat. Bourd.

Pag. 202. l. 1. *Καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην*) Ex *Homero*, hymno Herculis. Bourd. *Ἔχειν*, sicut Latinis *habere*, vir eximius *Jo. Schultingius* illustrat ex hoc loco ad *Senec.* Controv. p. 247. addens, *ambiguum esse, rectene ceperit interpres. Hesych.* Ἔχεν, ἐγεγαμήκει· quod ad *Homerum* pertinet Od. *Λ.* 269. *Propert.* I. El. XIII, 23.

Nec si coelestem flagrans amor Herculis Heben
Sensit ab Oetaeis gaudia prima jugis.

Ibi vide *J. Brouckhusium.* Hemst.

Ead. l. 7. *Ἄντανδρον*) Sic Catapl. §. 10. mox dixit ὑποβολιμαῖον. dico alibi. Bourd. Existimabant nimirum veteres, interdum posse cujuspiam vitam redimi, si quis ejus loco Plutoni veluti traderetur. Liquet hoc ex fabula Admeti et Alcestidis, suntque etiam ejus rei recentiora exempla, de quibus consulendi *Is. Casaubon.* ad Calig. *Suetonii*, et *Cl. Salmasius* ad Adrianum *Spartiani.* Cler.

Ead. l. 15. *Μὴ τὸ ἐναντίον ἐστὶ*) *Thom. Mag.* in *Μή*· εὕρηται δὲ παρὰ τῷ *Λουκιανῷ* ἅπαξ καὶ ἐπὶ ὁριστικοῦ ἐνεστῶντος ἐν τοῖς *Νεκρικοῖς*· ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστί. Miremur hoc ipsi rarum videri, ac paene inusitatum, cum *Moschopulus* in *Ἀ. Ὀ. Ἐκλ.* regulam condiderit, ἴσθι δὲ, ὅτι τὸ μὴ, ὅταν κεῖται μετὰ τοῦ ὅρα, ὑποτακτικῷ συντάσσεται. Quod fieri vetat, scriptores probatissimos non refugisse docet *Budaeus* C. L. G. p. 953. Non adversabor autem, si quis, ut mollius oratio fluat, interponi velit, ὅρα γοῦν μὴ τὸ ἐναντίον ἐστὶ, καὶ σὺ μὲν εἶ ὁ Ἡρακλῆς. Hemst. Sic legit cod. 2956. et hinc *Schmied.* De μὴ cum Indicativo egi ad X, 1. Lehm.

Pag. 203. l. 3. *Τὸ μὲν τόξον*) Ms. τὸ μὲν ξύλον γυμνὸν καὶ πρόχειρον. Sed nihil mutandum. Adlusit ad Odyss. *Λ.* v. 606.

Γυμνὸν τόξον ἔχων ἐπὶ νευρῆφιν ὀϊστόν·

Nudum arcum habens, et ad nervum sagittas. Veteres enim thecas habebant, in quibus, ut arma cetera, reconditos quoque circumferebant arcus, ne coeli injuria violarentur. Eos expediebant, cum res exigeret. Graev.

Ibid. *Γυμνὸν*) Id est, extra thecam est; promtum est. Guiet. Solebant enim veteres arcus integumento domi involutos, ne corrumperentur, adservare. Vid. Od. *Α.* 606. quo haud dubie respicit. Solan. Paullo inferius formulam obtestandi πρὸς τοῦ σοῦ Ἡρακλέους interpretes Latini, quos etiam *Wielandius* et *Bremerus* secuti sunt, falso intellexerunt in hunc modum: *per tuum illum Herculem! bey deinem Herkules!* quod quid sit, equidem plane non capio; quamquam per Grammaticas rationes sic verti potuisse concedam. Scilicet τοῦ σοῦ non est ab ὁ σὸς, sed ab ὁ σὺ derivandum; *ille tu*, de quo modo dictum, et intelligendus ille Hercules, quem modo Diogenes velut effigiem ejus, quicum colloqueretur, in coelo Heben in matrimonium duxisse declaraverat. Vim comicam igitur patet in eo esse, quod Diogenes per eum jurat, qui et adest, et non adest, et quod jurat per eundem, quem rogaturus est. Adponam *Belini* versionem, quae certe aliquatenus mentem Diogenis reddidit: *Cependant, dis — moi, je t' en supplie par cet Hercule dont tu n' es que l'ombre* etc. *D'Ablancourt* et h. l., ut solebat, *Lucianum* suum finxit, non reddidit. De Grammatica lege, ex qua haec dicendi ratio pensitanda est, adcurate egerunt *Matthiae* in Gr. Gr. p. 372. et inprimis *Stallbaumius* ad *Platon.* Phileb. p. 44. sq. qui praeter alia etiam locum ex nostri scriptoris Hermot. c. 15. attulit. Hoc tamen moneo, nimis ab hoc docto amico non minus, quam ab iis, quos laudat, Grammaticis veteribus restringi regulam, quum ad solum Accusativum Pronominum personalium revocetur. Quidni enim ceteris quoque casibus Articulus praemitti, ac dici suo loco aeque recte possit: ὁ ἐγὼ, τοῦ ἐμοῦ, τῷ ἐμοὶ, ac τὸν ἐμὲ, τὸν σὲ etc.? Certe in re ipsa nihil est, quod id impediat. Usus tantum ceterorum casuum rarior Grammaticos veteres adduxisse videtur, ut justo arctiores legi isti fines describerent. Verum de Genitivo hic *Luciani* locus luculentum suppeditat exemplum. Lehm.

Ead. l. 6. *Παρὰ*) O. Fl. *J.* et *W.* recte: in reliquis mendose περί. Solan.

Ead. l. 10. Ἐρεσχελοῦντα) Φιλονεικοῦντα, φλυαροῦντα. Bourd.

Pag. 204. l. 1. Ὑπ' Ἀμφιτρύωνι) O. Codici non auscul-

tandum est ἐπ' praebenti. Homerica loquendi ratio: ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε, ὑπ' Ἀγχίσῃ Il. *B.* 714. 820.

Ἡ ῥ' ὑπὸ Τυνδαρέῳ κρατερόφρονε γείνατο παῖδε.

Od. *Λ.* 298. Imitatur *Eunap.* Aedes. p. 65. παῖδας μὲν ὑπὸ σοὶ τέξομαι τρεῖς. Hemst.

Ead. l. 2. Ὥστε ἐλελήθειτε δίδυμοι ὄντες ὁμομήτριοι) *Vernius* apud Basileenses et *Bourdelotius*, *ex quo factum est, ut gemini unius matris utero lateretis*. *Benedictus*, *ita ut eodem in utro gemini lateretis.* Sed non hoc in sensu adhibetur ista locutio apud scriptores. Itaque adscripsit pater locum ex dialogo de Sacrificiis, de Jove, quem ait vulgo credi pluere et tonare, ὁ δὲ ἐλελήθει πάλαι τεθνεώς, ubi *Erasmus*, et recte, ac ab eo *Benedictus*, *et illud nos latuit, cum jam olim fuisse defunctum*: et de Saltatione, ἐλελήθεις, ἔφη, ὦ βέλτιστε, σῶμα μὲν τοῦτο ἕν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχων, *Benedictus*, *Nesciebam te unum quidem hoc corpus, sed plures animas habere.* In Necyomantia: ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών, et, ἐλελήθειν δὲ ἐμαυτὸν ἐς αὐτὸ τὸ πῦρ ἐκ τοῦ καπνοῦ βιαζόμενος. Gron.

Ead. l. 4. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν) Cum hic dixisset, quicquid in se fuisset Amphitryonis, obiisse; quicquid Jovis, vivere, et apud superos frui sempiterna beatitate; ille vero reposuisset, duos igitur Hercules esse natos ex Alcmena gemellos, alterum Amphitryonis, alterum Jovis filium, respondit Hercules, οὐκ, ὦ μάταιε, ὁ γὰρ αὐτὸς ἄμφω ἦμεν. Ratio loquendi et sententiae requirit, ut legas ἤμην, et vertas, *nequaquam, fatue, solus enim ambo eram.* Ego Hercules solus eram ambo, filius Jovis et Amphitryonis. Αὐτὸς est saepe μόνος. *Aristoph.* αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, *soli enim sumus*: et superius in dialogo Mercurii et Solis, αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν, *soli enim nos sumus.* Αὐτὸς ἤμην ἄμφω est, ut apud *Phaedrum*, *Aesopus cum solus esset familia.* Graev. Imo potius ἄμφω Subjectum est sententiae: *nos ambo* (et Amphitryonis, et Jovis filius) *eramus unus idemque*, non *duo*, vel *gemelli*, quos Diogenes modo narraverat. Unde nec Diogenes mente comprehendere potest notiones dualitatis et unitatis in una natura conjunctas. Requiritur itaque ἦμεν, non ἤμην. Ceterum etiam contortior aliquanto est *Graevii* explicatio, quam cui locus esse possit. Lehm.

Pag. 205. l. 1. Ἐν Οἴτῃ) Miror, unde prodierit lectio quorundam librorum ἐλύθη, illa quidem singularis, nec tamen prorsus incommoda: nam λύεσθαι de corporibus, quae post mortem vel igne vel putredine consumantur, satis est frequens, nihilque vetat, quo minus cadaver Herculis in cineres redactum dici potuerit λυθῆναι· utram prae altera eli-

gam, vix sane dispicio. Quid si conjungas? τὸ δὲ σῶμα ἐλύθη ἐν Οἴτῃ· nam in Hermotimo quoque §. 7. τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέντα θεὸν γενέσθαι. *Eustathius* certe ἐν Οἴτῃ videtur hic reperisse p. 1703. ὡς τοῦ μὲν σώματος καυθέντος κατὰ τὴν Τραχινίαν Οἴτην, τῆς δὲ ψυχῆς ἄνω οὔσης, τοῦ δὲ εἰδώλου περὶ τὸν ᾅδην, οὗ καταπαίζει εὐφυῶς ὁ Λουκιανός. Hemst. Ἐλύθη ut per se maxime placeat de Hercule dictum in Oeta monte combusto, in hac tamen structura vereor ne magnopere impediat facilem demonstrationis cursum. Quippe argumentatio Diogenis fit a locis tribus, ubi tres sint natura diversi Hercules, ut in singulis trium istarum enuntiationum supplendum sit Substantivum verbum, quod in prioribus omittere placuit Diogeni. Jam si in tertia verbi Substantivi loco inseras ἐλύθη, hoc facile fieri potest, ut etiam cum prioribus duabus conjunctum, sensum efficiat a philosophi mente alienissimum. Ob eandem caussam et vehementer equidem intercesserim, si quis forte inde, quod voces ἐν Οἴτῃ in Cod. Aug. desunt, colligere velit pro ἐν Οἴτῃ legendum esse ἐλύθη, quod verbum, nisi fallor, docto cuidam homini originem suam debet, qui id adscripserat ad verba κόνις ἤδη γενόμενον aliunde explananda. Lehm.

Ead. l. 6. Αὐτὸς δὲ οὐ μὰ Δία) Lepidissime Diogenes: Αὐτὸς δὲ οὐ μὰ Δία μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις νεκρῶν σύνειμι, Ὁμήρου καὶ τῆς τοσαύτης ψευδολογίας καταγελῶν. Nihil quidem hic est difficultatis; sed venustas tamen hujus loci perspici satis non potest, nisi obversetur memoriae locus *Homeri*, ad quem adlusit. Is est Od. Λ. v. 600.

> Τὸν δὲ μέτ' εἰσενόησα βίην ἡρακληείην
> Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
> Τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην.
> *Post hunc vidi Herculem*
> *Simulacrum: ipse vero cum immortalibus Diis*
> *Oblectatur conviviis, et habet pulchris pedibus Heben.*

Verum pro ψευδολογίας in *Luciano* Ms. habet ψυχρολογίας· *tam frigidae sententiae*: optime sane: quid sit ψυχρότης et ψυχρολογία nemo potest ignorare, nisi qui nec *Longinum*, nec alios Rhetores vidit. Graev.

Ead. l. 10. Ψυχρολογίας) Sic praeter Ms. Gr. P. Ox. Coll. et ed. *J.* Solan. Quanquam ψευδολογία non abhorreat, et *Isocrates* τῶν λόγων τοὺς τερατείας καὶ ψευδολογίας μεστοὺς sub initium Panath. ac *Polyb.* IV. p. 432. τῆς τῶν πλοϊζομένων ψευδολογίας καὶ τερατείας χάριν dixerint, ψυχρολογία tamen auctoritate membranarum suffultae negare non potui, quin pristinas in sedes remigraret: scilicet genuinam vocem, quod

adpositum erat interpretandi caussa, dejecit. *Hesych.* ψυχρολογία, ψευδολογία. Ψυχρολόγος, μηδὲν χρήσιμον (ἀγαθὸν Suid.) λέγων· *Phot.* de Damascio, οὐκ εἰς ἄμουσον ψυχρολογίαν etc. idem saepius apud *Galenum* occurrit. Neque metuendum est, ne pro suo non agnoscat *Lucianus*: in Somn. p. 16. ἕωλος γὰρ ἡ ψυχρολογία. Ver. Hist. II. c. 20. κατεγίνωσκον οὖν τῶν ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον γραμματικῶν πολλὴν τὴν ψυχρολογίαν. HEMST.

Pag. 206. l. 6. Ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστὼς) Respicit omnino locum Homeri Od. *Λ.* 582. *Aristarchus* tamen haec ut notha respuebat: vide *Schol. Pindar.* ad Olymp. Od. I. v. 97. SOLAN. Ad lacum constituit *Noster*, quem *Homerus* fecit

Ἑσταότ' ἐν λίμνῃ, ἡ δὲ προςέπλαζε γενείῳ·

eum fere sequuntur omnes, et apud *Ciceronem* poëta Tragicus, *Mento summam aquam adtingens, enectus siti Tantalus.* Ne autem, sibi rem esse cum *Homero* solo, non clare demonstret, imminentis saxi, quo suspenso ad poenasque ceteras addito posteriores Tantalum expavefecerunt, nihil omnino meminit: alioquin poterat hanc scenam ornasse commentum illud. Vid. *Schol. Pindar.* ad Olymp. A. 97. Ἐπικύψας illustrat *Pricaeus* ad *Apul.* Mil. I. p. 50. HEMST. Eadem verba leguntur in De Luct. c. 8. unde suspicor huc delata: ineptam autem faciunt Menippi interrogationem pariter ac verba ἐθεράπευον ἀλλήλους supra Dial. XI, 1. Diogeni tributa absurda esse adparuit. Neque vero nunc existimo melius ea habitura, si, ut olim, putavi, cum sequentibus Tantali verbis hunc in modum conjunxeris: Ὅτι, ὦ Μένιππε, ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους, ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς. Omnino ejectis nihil profecto desideraveris. Quod autem ἐπὶ pro Homerico ἐν dictum, de eo alias ad locum de Luctu. LEHM.

Pag. 207. l. 3. Ἐν Λυδίᾳ που) In Sipylo sepultus; quod ejus monumentum θέας ἄξιον vidit *Pausan.* II. p. 161. Sipylus autem et Lydiae et Phrygiae contribuitur: *Hesych.* Σίπυλον, ὄρος Λυδίας καὶ Φρυγίας. Eversa terrae motu Sipylus fabulae fingendi licentiam dedit: vide *Strabon.* XII. pag. 868. C. Ex Tragodumenis *Asclepiadae* sunt depromta, quae scripsit *Schol. Homer.* ad Od. *Λ.* 581. Jovem ἐκβαλεῖν τὸν Τάνταλον τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης, καὶ ἐξαρτῆσαι ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἐκδεδεμένον τῶν χειρῶν, καὶ τὴν Σίπυλον, ἔνθα ἐκεκήδευτο, ἀνατρέψαι. Plures, quos, si libet, de Tantali miraculo consulas, suppeditabit ad *Hygin.* F. LXXXII. *Th. Munker.* HEMST.

Ead. l. 8. Δέδιας μὴ ἐνδείᾳ τοῦ ποτοῦ ἀ.) Longe quidem ab hac opinandi insania Tantalus abest, si *Dioni Chrys.* cre-

dimus Or. VI. p. 97. A. tyranni, inquit, omni terrorum genere circumsessi velut inter cuspides corpori undiquaque imminentes versantur, *ὥστε τὸν ἐν ᾅδου Τάνταλον, ὅν φασι κεφαλῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνειν πέτρον, πολὺ ῥᾴδιον διάγειν· οὐ γὰρ δὴ ἔτι φοβεῖται ὁ Τάνταλος μὴ ἀποθάνῃ.* *Euripidis* expressit locum in Or. v. 6. Verum *Lucianum* tuetur, nihilque eum temere dixisse probat *Xenophon* ipso fine Oeconom. *Ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἐν ᾅδου λέγεται τὸν ἀεὶ χρόνον διατρίβειν φοβούμενος μὴ δὶς ἀποθάνῃ·* unde non obscure colligas, ex veteris cujusdam ingenio poëtae commentum illud emanasse, quod Tantalo secundae mortis metum adfinxit. Fieri vix potest, quin eodem *Lucianus*, etsi suo satis dives, nihilo minus antiquorum facetias expolire atque in lucro ponere solitus, mentem retulerit. Clarissimum autem ignorantiae descriptorum est indicium *εἰς* mutatum in *ἢ*, quia venustatem dicti *Lucianei* minime capiebant: post *ἄλλον μετὰ τοῦτον ᾅδην* si accedat languidum hocce *ἢ ἕτερον τόπον*, multum deteritur lepos orationis: contra *θάνατος ἐντεῦθεν εἰς ἕτερον τόπον* cumulatam sententiam ac nitidius instructam facit, parum discrepans ab illa *μεταβολῇ ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον βίον*, quam commemorat infra Dial. Mortt. 26. *Aeschin.* Dial. III. §. 4. *ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθανούμενος.* *Agatharchidae* locus joci similis aculeum habet apud *Phot.* p. 720. quem eo libentius totum repraesento, quod et *Homerum* tangat, neque a *Luciano* non videatur fuisse cognitus: *Τῶν δὲ μετηλλαχότων τὸν βίον ἐπὶ σχολῆς πρὸς Ὀδυσσέα διεξέρχεσθαι παντοδαπὴν ἀδολεσχίαν, ἐκ τῆς ἀμόρφου σκιᾶς τὸ τῆς ὄψεως γινώσκοντας ἰδίωμα,* (malim *ἐπὶ τῆς ἀμ.* et sine dubio *γινώσκοντα*, nimirum Ulyxem: infelix horum, ut consuevit, interpres *Schottus*) *καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπὸ τοῦ* (pro binis posterioribus voculis foede corruptis esse reponendum *αἵματος* liquet ex inferna scena, quam *Homerus* adparavit Od. *Λ.* 50. 95. 152. 225. 231.) *οὐ κοιλίας, οὐ βρόγχους ἔχοντας· ἑτέρους δὲ φοβεῖσθαι τὸν σίδηρον οὐκέτι δυναμένους τρωθῆναι· τινὰς δὲ πέτρον κυλίειν τῶν σωμάτων πάλαι κατακεκαυμένων· ἄλλους δὲ δικάζειν ἑτέροις τεθνηκόσι ἀδικήματος οὐδενὸς ὑπάρχοντος· τὸ δὲ ἔσχατον τῶν οὐκ ἔτι ὄντων τοὺς τύπους ἐν πορθμίδι διαπλεῖν ἔχοντας Χάρωνα ναυκληρὸν καὶ κυβερνήτην, ἵνα μὴ καταστραφέντες ἐκφορᾶς ἐπιδέωνται πάλιν.* Nonne tibi videntur, quod ad res quidem et fabulas inferorum adtinet, egregie sententiis inter se conspirare *Agatharchides* ac noster *Lucianus*? sane sic existimo: praesertim huc ultimum illud convenit de iteranda funeris elatione, si forte sine vectore perito in Acherontem mersi manes moriantur. Hemst.

Ead. l. 10. *Εἰς ἕτερον τόπον*) Illud εἰς agnoscunt omnes impressi: abest ab Ox. et P. uti et ab ed. *J.* in quibus pro eo legitur ἢ non incommode. Magis tamen adridet εἰς· sic enim *Noster* iterum Dial. XXVI. μεταβολὴν ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον βίον. SOLAN.

Ead. l. 14. *'Ελλεβόρου*) *Cogn.* 50. SOLAN.

Ead. l. 16. *Τὴν δίψαν*) Dixerat initio Dialogi ἀπόλωλα ὑπὸ τοῦ δίψους, ut *Aristoph.* Equ. v. 531. δίψῃ δ' ἀπολωλώς' et τῷ δίψει κολάζεσθαι· nunc mutato genere δίψαν· non magis ergo *Noster* distinxit, quam *Pollux* VI, 31. utrumque ponens. Hoc Grammatici vetustius, quippe solum ab *Homero* usurpatum statuunt; illud recentioris notae: eo factum est, ut in membranis antiquis saepe commutentur, prout librarius vel doctior suum scriptorem ad Atticam loquendi formam, vel rudior ad quotidiani sermonis usum redigebat. Sic in *Dione Chrys.* p. 133. B. pro δίψην vel δίψαν alii codices δίψος praeferebant: eadem varietas apud *Thucydid.* VII, 87. ubi plura notavit erudit. *Dukerus* his etiam *Luciani* verbis usus. HEMST.

Pag. 208. l. 1. *Τὸν ἐλλέβορον*) Adfert *Thom. Mag.* in 'Ελλέβορος, ἐπὶ ἀρσενικοῦ, οὐ τὸ ἐλλέβορον· verum est, quod observat: hoc vergentis et prolapsi, illud veteris est Graecismi: sic *Theophrastus* et *Dioscorides*, ἐλλέβορος ὁ λευκὸς, ὁ μέλας. Meminit hujus loci *Erasmus* in *Bibe elleborum.* Θάῤῥει mox nihil aliud, quam ἀμέλει, eoque modo saepe ponitur apud *Platonem*, ut alterum in alterius vicem facile possit succedere. HEMST. Cf. supra Dial. VI. extr. Diall. Marr. II, 3. et alibi. Cogita: *ne solicitus sis: relinque hoc meae, vel aliorum, curae.* LEHM.

Ead. l. 3. *Θάῤῥει*) Notandus hic hujus voculae usus: non enim, quomodo vulgo usurpari solet, *bono animo* jubet esse Tantalum; sed aliud quid vult, quod nondum satis adsequor. Nisi forsan legendum sit iterum ληρεῖς. Certe iis, quae hic Menippus adfert, nulla consolatio inest. SOLAN.

Ead. l. 5. *'Εκ καταδίκης διψῶσι, τοῦ ὕδατος αὐτοὺς οὐχ ὑπομένοντος*) Doctiss. amitinus meus *Abreschius* in Animadv. ad *Aeschyl.* p. 63. deleta distinctione legit: διψῶσι τοῦ ὕδατος, et sic τὸ ὕδωρ οὐχ ὑπομένον ait forte δεικτικῶς illam λίμνης aquam, quae initio dialogi φεῦγον ὕδωρ. REITZ. Sic etiam de Mort. Peregr. τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ οὐ μόνον 'Ηρακλέους καὶ 'Ασκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων καὶ ἀνδροφόνων, οὓς ὁρᾷν ἔστιν ἐκ καταδίκης αὐτὸ πάσχοντας. De altera hujus loci parte lege Doctiss. *Jensium* Lectt. Lucian. p. 285. HEMST. I.

Haec *Jensiana*, quum *Reitzius* in Commentario ad Eunuch. c. 2. bonum consilium secutus omiserit, hic, quatenus saltem huc pertinent, exscribere placet: „*Manere*, apud Latinos, ut et μένειν, nec non ὑπομένειν apud Graecos, etiam pro *exspectare* sumi, nemo paullo humanior ignorat. Ut vero Latinis etiam *manere* dicitur id, quod sperandum exspectandumve sit (ut, *poena* vel *praemium istius facti me manet*) ita reperio τὸ, ὑπομένειν sumtum ab *Luciano*, apud quem in Mortt. Dial. XVII. extr. ait Menippus Tantalo, Οὐ πάντες ὥςπερ σὺ ἐκ καταδίκης διψῶσι, τοῦ ὕδατος αὐτοὺς οὐχ ὑπομένοντος. *Haud omnes, velut tu, pro poena habent, quod sitiunt, aqua illos non manente*; h. e. Inferorum reliqui nec illi quidem bibunt, nemini tamen sitis pro poena irrogata est, ita ut aquam nunquam sit nacturus. Nescio an hic usus τοῦ ὑπομένειν vulgo sit ita notus; certe nec Interpres ejus loci mentem satis intellexit, nec *H. Stephanus* de hac notatione quidquam memorat." Lehm.

Ead. l. 23. Κατ᾽ ἐκεῖνο αὐτὸ) Ut non desiderarem αὐτὸ, si abesset, ita nunc, quandoquidem exstat in cunctis edd. excepta Fl. cur repudietur, caussam non video. In Diall. Deor. XX. p. 64. κατὰ τὸν ἐμὸν οὑτωσὶ δάκτυλον. Hemst.

Ibid. Ἐκεῖνο αὐτὸ) Respuunt illud αὐτὸ Ox. et Fl. Agnoscit P. cum reliquis impressis. Facessat ego etiam auctor sim. Solan.

Pag. 209. l. 1. Ἔνθα ὁ Ὑάκινθος] Formosorum apud inferos nomenclatorem agit: in memoriam revoco venustissimum *Propertii* lib II. El. 21. qua pro salute puellae vota facit, et, ut suis precibus faveant Pluto ejusque conjux, satis esse apud infernos formosarum confirmat: pulchram in superis locis unam vivere sinant: sed ipsa summi poëtae verba exspectas.

Sunt apud infernos tot millia formosarum:
  Pulchra sit in superis, si licet, una locis.
Vobiscum est Iole, vobiscum candida Tyro,
  Vobiscum Europe, nec proba Pasiphaë,
Et quot Iona tulit, vetus et quot Achaïa formas
  Et Thebae, et Priami diruta regna senis.

Hic, uti vides, formas tantum femineas enumerat: Tyronem inter has inferis etiam heroinis adscripsit *Homerus*, quod erudite notat *Is. Vossius* ad *Catullum*; quaedam mihi propter *Lucianum* notanda: *in superis*, inquit *Propertius*, *locis*: apud *Nostrum* saepius simili ratione manes adpellant τοὺς ἄνω, *homines in terra*, *apud superos viventes*, τὰ ἄνω et τὰ ὑπὲρ γῆς *res humanas*; hinc emanavit loquendi forma: *superos re-*

linquere apud *Vellejum Paterculum* pro *vita defungi.* Praeterea sic scribit *Lucianus:* καὶ ὅλως τὰ ἀρχαῖα κάλλη πάντα· non aliter *formas* pro formosis *Propertius* dixit: ita quoque vocem intelligunt in hoc vexatissimo docti poëtae loco:

Cynthia forma potens, Cynthia forma levis:

et lib II. El. 2. v. 42. recentiorum quidam terrestres formas Olympo curiose Jovem spectasse refert: sed inprimis opportunus est *Synesii* locus in illa Epistola longe politissima, qua eos refellit, qui Atticam et elegantiorem scribendi rationem vitio sibi vertebant: ὥςπερ ἐποίουν Ἀθήνησιν οἱ δημιουργοὶ, Ἀφροδίτην καὶ Χάριτας καὶ τοιαῦτα κάλλη θεῶν ἀγάλμασι Σιληνῶν καὶ Σατύρων ἀμπίσχοντες. Paullum aliter a *Demosthene* dicuntur, κάλλη ἱερῶν καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀναθημάτων. Sequar animi mei impetum: Ὀστᾶ μόνον ὁρῶ, Menippus inquit: ossa notant apud poëtas ipsos manes: quod docet ultima et erudita elegantissimi *Broekhuisii* nota in *Propertium* ad istum versiculum memorabili emendatione restitutum:

— *sim digna merendo*
Cujus honoratis ossa vehantur avis.

notabilis est *Ovidii Diris in Ibin* locus, quo manes *osseas* adpellat *larvas:* sic enim egregie *Heinsius* refecit, cum antea legeretur *ossea forma:* cum his componi velim, quae scripsit *Noster* in Catapl. c. 22. Hemst. I.

Ead. l. 3. Τυρὼ) Salmonei filia, ex qua et Neptuno nati Neleus et Pelias. Vide Od. *Λ.* 235. sqq. Supra Diall. Marr. XIII. Solan.

Ead. l. 7. Θαυμάζουσι) Describunt iis versibus, qui eorum formae admirationem in nobis creant. Cler.

Ead. l. 12. Εἶτα αἱ χίλιαι νῆες) Notae particulae vis atque elegantia praesertim scriptoribus Atticis valde familiaris, quam hoc etiam adhibito loco *Kusterus* illustravit ad *Aristoph.* Plut. v. 79. *Lucianus*, ut verum Atticismi florem, qui nervos orationi et gratiam conciliat, sectabatur contemto vocabulorum fastidioso delectu, saepius usurpat: nec sprevit pater epistolae ad Hebr. XII, 9. ut dudum monuit *H. Stephan.* Diss. de Styl. N. T. et post eum *Raphelius* ex *Arriano*, atque alii. Apud Latinos eadem potestas residet in *et*, quod qui Graecae particulae loco posuerunt interpretes, digni non sunt, qui propterea reprehendantur: nos eorum vestigiis insistere non piguit. Ut autem mox *Noster* πόλεις ἀνάστατοι γεγόνασι, sic verbis iisdem *Isocr.* in Helen. Laud. p. 216. A. ἀλλ' οἱ μὲν (Trojani) περιεώρων καὶ πόλεις ἀναστάτους γινομένας, καὶ τὴν χώραν πορθουμένην ὥςτε μὴ προέσθαι αὐτὴν (Helenam) τοῖς Ἕλλησιν. Hemst.

Ead. l. 16. Ἀνεμέσητον) Ex *Homeri* Iliad. 3. Οὐ νέμεσις. *Aristaen.* alii. Bourd. Nobiles *Homeri* versus exquisitam Helenae laudationem complexi: δημογέροντες enim fatentur, ad conspectum tam inusitatae pulchritudinis se velut igne novo concalescere, atque adeo paene dubitare, an belli calamitates Helena conservata pensentur. Expressere multi, atque ad alias tum formas tum res traduxerunt: facete *Noster* de Merc. Cond. c. 16. Vide *Maxim. Tyr.* Diss. XV. p. 150. *Eustath.* de Hysm. Amor. III. p. 93. *Aristaen.* I. Ep. 1. sub finem. Homericum Οὐ νέμεσις habet *Callimach.* H. in Dian. v. 64. *Luciani* ἀνεμέσητον *Synes.* Ep. 101. p. 240. C. ἀνεμέσητον δὲ ἐκπερινοστεῖν καὶ τὴν Ἑλλάδα. *Quinctilian.* Inst. Orat. VIII. c. 4. p. 716. *Non putant indignum Trojani principes Grajos Trojanosque propter Helenae speciem tot mala, tanto temporis spatio, sustinere: quaenam igitur illa forma credenda est?* Hemst.

Pag. 210. l. 10. Κεῖσο καταβαλὼν σεαυτὸν) *Βάλλειν, καταβάλλειν, ῥίπτειν, καταῤῥίπτειν* ἑαυτὸν vel τὸ σῶμα ea virtute poni solent a Graecis, ut ad illos proprie pertineant, qui temere ac negligenter, ut *Livius* ait, *se projiciunt*, vel *corpora humi prosternunt*, IX. cap. 6. idque in magno luctu gravibusque malis, quae decori habitus cogitationem excutiunt: *Xenoph. Eph.* II. p. 22. καταβαλόντες ἑαυτοὺς ἔκλαιον· p. 50. αὑτὸν ἐπὶ τῆς εὐνῆς ῥίψας ἔκλαιε· aut si quis duriore cultu et vitae genere commode corpus componere non curet. Philopoemenes apud *Plutarch.* p. 357. E. καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ στιβαδίου τοῦ τυχόντος, ὥσπερ ἕκαστος τῶν ἐργατῶν, ἀνεπαύετο. Ideo *Lucianeus* Alcidamas in Lapith. c. XIV. εἰς τοὔδαφος καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο, quippe Cynicus; et c. XLVII. ἐπεὶ ἅπαξ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης πλαγίως ἐκάθευδε· paullum aliter in *Arriani* Epict. II, 20. p. 233. εἰ γὰρ οὕτω ταῦτα ἔχει βαλὼν κάθευδε. *Cicero* de Orat. I. §. 28. *et quod ille* (Socrates in Phaedro *Platonis*) *durissimis pedibus fecit, ut se abjiceret in herbam:* sequitur Crassi responsum, *Imo vero commodius etiam, pulvinosque poposcisse.* Haec si fuissent in promtu *Vultejo Fabroque*, vix, ut aberrarent, fieri potuisset in *Aeliani* loco V. H. VIII, 14. ubi Diogenes moribundus ἑαυτὸν φέρων μόνον ἔῤῥιψε κατά τινος γεφυρίου. Sic οἱ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐῤῥιμμένοι *Dioni Chrys.* p. 659. D. pro mendicis egenisque hominibus, qui se in triviis prostraverunt stipis exorandae caussa. Recte vero κεῖσο· hoc enim umbris *Noster* tribuit: supra p. 199. κείμεθα ἅπαντες ὑπὸ τῷ αὐτῷ ζόφῳ ὅμοιοι· idcirco non prorsus adspernanda est Cod. O. lectio in hujus dialogi principio, ἔνθα Ὑάκινθος κεῖται etc. Dial. XX. §. 2. χαμαὶ ἐῤῥι-

πται. Hemst. Ante verbum ἐπιλεξάμενος e Ms. Gorlit. interposuit *Matthiae* σὺ μὲν, quod sequenti ἐγὼ δὲ responderet. Dubitabam sequi. Bene quidem supra Dial. X. sub fin. Mercurius: ὑμεῖς μὲν ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον — ἐγὼ δὲ etc. bene etiam sub Charonis finem idem Mercurius ad portitorem: — ἀπαλλαττώμεθα, ἐγὼ μὲν, καὶ ἃ ἐστάλην, σὺ δ' ἐπὶ τὸ πορθμεῖον. et sic in multis similibus. Sed non minus bene in non paucis locis μὲν cum Pronomine omittitur, ubi laxius sententias Graeci nectunt, et lectorem non sedulo ad sequentia praeparari volunt. Dial. XXIII. fin. Pluto: Ἐπεὶ Περσεφόνῃ συνδοκεῖ, (σὺ μὲν, ὦ Ἑρμῆ omittit Pluto) ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις ποίησον νυμφίον. σὺ δὲ (ad Protesilaum conversus) μέμνησο etc. Dial. XXV. Ὀνείρατά μοι λέγεις· ἐγὼ δὲ etc. ubi etiam inepte dixisset Menippus: Σὺ μὲν ὀνείρατά μοι λέγεις· ἐγὼ δὲ etc. Ita et h. l. liberiorem equidem et dialogi naturae convenientiorem rationem praetulerim; quamquam si quis secus judicet, facile feram. — Ceterum hujus Dialogi nullum est cum *decimo* vinculum, quod tamen facile videri possit, quum in utroque Menippus et Mercurius colloquentes proponantur, quo tempore Mercurius illius umbram in Orcum deduxisse putandus. Imo *Lucianus* alterum sine alterius respectu alio tempore, et alio consilio, conscripsit. Quod si non ponitur et tenetur, in laqueos incidat interpres, e quibus difficile fuerit expediri. Lehm.

Pag. 211. l. 9. Ἡμιτελῆ) Ex Iliad. 2. *Philostr.* Heroic. ex quibus hic Dial. et Dial. XXIII. quem tangit in Contempl. c. 1. et in Catapl. c. 8. ubi quaedam. Bourd. Multa de ea voce ad *Homer.* Il. *B.* 701. *Eustathius,* quae in pauca contraxit, quisquis is est, qui sub nomine *Didymi* prodit *Scholiastes:* ἡμιτελὴς, inquit, ἤτοι ἄτεκνος, ἢ ἀφῃρημένος τοῦ ἑτέρου τῶν δεσποτῶν, ἢ ἀτελείωτος· ἔθος γὰρ ἦν τοῖς γήμασι θάλαμον οἰκοδομεῖσθαι. Leed. Adlusionem ad *Homeri* locum Il. *B.* 701. notavit magnus *Leopardus* Em. IV. c. 9. Quem poëta dixerit δόμον ἡμιτελῆ, parum ipsis veteribus apertum est, ut parvus *Scholiastes* et *Eustathius* docent. Quid *Valerius Flaccus* voluerit, *imperfectam domum* vertens VI, 689. conjectare difficile est, etsi *Turnebi* sententiam Adv. XXI, 17. XXIX, 25. traditam, et *Gaulmini* ad *Eustath.* p. 29. non ignorem: aliquanto liquidius *Catullus* ad Manl. *domum inceptam frustra,* ubi *Scaligerum* vide: nam *Is. Vossius* pag. 293. dum *Homeri* verbis utitur ad stabiliendam Mediol. Codicis lectionem,

Posset ab innupto vivere conjugio,

quid praecipue spectaverit, haud satis adsequor: nisi certio-

res accesserint membranae, nescio equidem, an praeferendum sit, quod ante vulgabatur,

Posset ut abrupto vivere conjugio;

quam scripturam versiculi sequentis sensus paene flagitat. Mihi hactenus illa δόμου ἡμιτελοῦς maxime placuit explicatio, quam *Hesychius* proponit in v. cui *Strabo*, vel potius *Posidonius* suffragatur, monens apud eum lib. VII. p. 454. C. τὸν οἶκον ἡμιτελῆ τὸν Πρωτεσιλάου, ideo dici ab *Homero*, διότι χῆρος· dissentire *Lucianus* non videtur, ut qui post ἡμιτελῆ δόμον velut interpretaturus adjungat χήραν τε τὴν νεόγαμον γυναῖκα· nam haec si pro diversis habuisset, scripsisset potius χήραν δὲ τὴν ν. illud autem τε omnium est editionum ac vetustorum Codicum. *Tzetzes* Ch. II. v. 760. historiam Protesilai narrans, cum *Lucianum* testem citat, hunc dialogum cogitabat. HEMST. *Abreschium* Dilucc. Thuc. p. 480., qui δὲ scribi mallet, offendit haud dubie τε praecedente μέν. Sed μὲν et τε nonnumquam etiam apud prosaicos scriptores conjungi, ostendit *Matthiae* Gr. Gr. p. 893. Cf. etiam *Hermann.* ad *Viger.* p. 796. LEHM.

Ead. l. 10. *Γυναῖκα*) Laodamiam, cujus epistola ad maritum apud *Ovidium* est XIII. LEED.

Pag. 212. l. 3. *Δύςπαρι*) Homericum est. Apud *Euripidem* αἰνόπαρι eodem sensu. LEED. In hac Paridis adpellatione maritus ab uxore Laodamia non dissentit: sic enim illa, *Ovidio* verba ministrante Ep. Her. XIII, 43.

Dyspari Priamide, damno formose tuorum:

ubi valde miror, doctos homines, et virtutis poëticae non expertes, anteposuisse languidum illud et enerve, *Dux Pari Priamide*; cum altera lectio, nihil habens molestum, et eruditione *Nasonis* sit digna, et expetatur ab adjunctis, *damno formose tuorum.* Varie, prout solent, interpretantur Grammatici, quos vide ad Il. Γ. 39. *Hesychius* emendandus: Δύςπαρις, ἐπὶ κακῷ παρακληθείς· lege, Πάρις κληθείς. HEMST.

Ead. l. 8. *Ἀντιτάττεσθαι αὐτῷ*) Ἀντιτάττεσθαι et ἀντιπαρατάττεσθαι verba sunt a re militari ducta; qui adversam hostibus aciem instruit, ἀντιτάττεται vel ἀντιπαρατάττεται. Sic saepe apud *Polybium*, *Diodorum Siculum* et *Dionysium Halicarnassensem* atque alios; aureum *Dionis* os in Rhod. p. 315. τοῦτ᾽ ἦν ποιῆσαι Λακεδαιμονίων τινὰς ἐν τοῖς στενοῖς ἀντιτάξασθαι πρὸς τοσαύτας Περσῶν μυριάδας· eleganter *Heliodorus* lib. V. p. 258. ἁρπάσαι τις τῶν ἐγχωρίων διανοεῖται τὴν κόρην, πρὸς ὃν οὐκ ἔστιν ἀξιόμαχος ἀντιτάξασθαι. Hinc concinnae apud Graecos translationes sunt enatae: νόσῳ ἀντιπαρατάττεσθαι, *animi hilaritate morbi viribus resistere*: *Epicurus* Ep. ad

Idomeneum: ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις (στραγγουρίᾳ καὶ δυσεντερικοῖς πάθεσι) τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῷ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. *Psellus* de Lapid. inter alias Jaspidis dotes hanc quoque reponit: λοιμικοῖς ἀντιτέτταται πάθεσι καὶ ἐπιληπτικοῖς. Denique aptissimus est in *Achille Tatio* locus lib. II. p. 35. quem adscripsisse operae erit pretium: κάτωθεν δ᾽ ὥσπερ ἐκ τῆς καρδίας ὁ ἔρως ἀντεφθέγγετο. ναὶ, τολμηρὲ, κατ᾽ ἐμοῦ στρατεύῃ καὶ ἀντιπαρατάττῃ; quae belle cum *Luciano* congruunt: neque vero sacer scriptor hujus usum vocabuli refugit *ad Roman.* XIII. v. 2. ὁ ἀντιταττόμενος τῇ ἐξουσίᾳ· et prorsus eximie cap. VII. v. 23. Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου· quam saepe locutionem aemulati sunt Patres. Mox ἐκλαθόμενος τῆς νεογάμου γυναικὸς, cum *Horatio* dicas, *tenerae conjugis immemor*. Hemst. I. De insigni Amoris vi, in animis sive hominum, sive etiam Deorum, sese exserente, praeter ea, quae *Lucianus* passim ac variis modis, ut in Amorr. in Diall. Deor. ut II. VI. XI. XII. XIX. XX. exposuit, cf. etiam pulcherrimum illum *Xenophontis* locum Sympos. I, 10. ibique *Bach.* et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII, 64. Lehm.

Pag. 213. l. 2. Ἐπικεκλῶσθαι) Ridet *Homeri* fatalia stamina, eodemque, quo ille solet hac in re, verbo utitur. Multa praeter istum *Luciani* locum congessit *Gataker.* ad *Antonin.* IV. §. 26. Hemst.

Ead. l. 9. *ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΑΙΑΚΟΥ*) In editione Basileensi adduntur *ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΚΑΙ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ*, quae si sunt ex Mss. libris prodita, non debebant ab aliis induci, licet non minor sic haberi debuisse videatur ratio Empedoclis. Gron. Prudentius in cod. 2956. additur, καὶ φιλοσόφων τινῶν, quod *Schmiederus* et *Matthiae* receperunt. Verum et hoc additamentum non dubito quin alienae manus fuerit, praesertim si conferam varietatem illam in Dialogi secundi titulo: in decimi inscriptione majori jure addi existimo καὶ νεκρῶν διαφόρων. Lehm.

Ead. l. 23. Περιήγησαί μοι) *Eustath.* in Epist. Commentariis ad *Dionysium* praemissa p. 110. Εἴληχε δὲ τὴν περιηγητοῦ κλῆσιν παρὰ τὸ περιηγεῖσθαι, ὅπερ τὴν κατὰ λεπτὸν δηλοῦν ἀφήγησιν βούλεται· καθὸ καὶ τῶν Ῥητόρων τινὲς ὁ μὲν, περιήγησαί μοι τὰ ἐν ᾅδου, φησὶν, ὅ ἐστιν, ἔκθου πρὸς λεπτὸν ἀφηγούμενος· ὁ δὲ περιήγησιν ὕβρεως τὴν ὁμοίαν λέγει ἀφήγησιν· non fugerunt eruditum editorem *Ed. Twaites*, quae ob oculos habuit *Eustathius*, *Hermogenis* et *Luciani* loca. Significat autem περιηγεῖσθαι proprie *officium*, quod peregrinis praestari solet, *per omnes partes circumducendi, quaeque visu digna sint, mon-*

strandi atque enarrandi. In primo Navigio ὁ περιηγούμενος τὸ πλοῖον· quorum interpretationis pravae *Benedictus Jac. Gronovio* poenas dedit. Sub initium Charon. s. Contempll. Charon ad Mercurium: περιήγησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὥς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι· *Schol.* λεπτομερῶς εἰπὲ consentiens *Eustathio:* neutrum probo: ea, quae paullo ante Charon dixerat, potestatem hujus verbi eleganter explanant: ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι ξυμπερινοστῶν, καὶ δείξεις ἕκαστα. Inde περιηγηταὶ, qui per urbes Graeciae, plerasque priscarum historiarum monumentis claras, se peregrinis comites adplicabant, et ostendendi singula narrandique operam tenui lucello vendebant: tale genus Delphis fabularum veterum foecundissima frequentes, ut videre licet apud *Plutarch.* περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμ. νῦν τὴν Π. p. 395. A. 396. C. 397. D. 400. D. F. 401. E. eosdem, qui saepius ἐξηγηταὶ vocantur a *Pausania*, *Lucianus* intelligit in Philops. c. 4. et ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκόνος, *tabulae pictae interpres et enarrator*, De non temere cred. Cal. c. 5. *Longo* Pastor. I. p. 2. ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος· qualem catus ille *Cebes* non de plebe aliquem, sed doctum sane Pythagoreorumque disciplina probe imbutum adhibuit, qui omnes mirificae picturae regiones mirabundis spectatoribus exponeret. Ab hac origine porro περιηγεῖσθαι est, *adcurate singulas rei gestae partes narrando persequi:* quod *Aeliano* frequens V. H. III. c. 18. de Anim. III, 6. XVI, 23. ideo ἔκφρασιν *Theon* Prog. p. 118. describit λόγον περιηγηματικόν. *Salmasius* ad *Solin.* p. 68. C. de hoc verbo tractans diversa confudit, nec, quid inter περιηγεῖν et περιηγεῖσθαι interesset, liquido perspectum habuit: dum fluctuat tamen in *Herodoti* φοίνικος περιηγήσει, revolvitur, ut saepe solet, vir summus ad veram rationem: addam insignem *Platonis* locum, qui pictorum illud περιηγεῖν egregrie illuminat, de LL. VI. p. 867. D. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅσα γε μὴ σμικρὰ, καὶ τὸ ὅλον εἰς δύναμιν οὐκ ἀνήσομεν ἀπεριήγητον καθάπερ τινὶ περιγραφῇ· τοῦτο δὲ δεήσει συμπληροῦν τὸ περιηγηθέν. Hemst.

Pag. 214. l. 2. Οὑτοσὶ μὲν, ὅτι Κέρβερός ἐστιν. οἶσθα καὶ τὸν πορθμέα τοῦτον) Prava distinctione laborat hic locus, qui ita interpungendus, Οὑτοσὶ μὲν, ὅτι Κέρβερός ἐστιν, οἶσθα. καὶ τὸν πορθμέα etc. *Omnia* exponere, *Menippe, haud facile est. Tamen quae praecipua sunt, accipe. Hunc quidem esse Cerberum, novisti. Et portitorem hunc, qui te transvexit, et paludem, et Pyriphlegethontem jam tum, ubi ingrediebaris, vidisti.* Distinctione hac nostra nihil planius, et, ut puto, verius: imo, ut nunc demum video, sic omnino, et recte, habet Florentina editio. Jens. De distinctione mutanda recte monuit

doctiss. *Jensius*: dubites tamen, an copulari conveniat, *οὗτοσὶ μὲν ὅτι Κέρβερός ἐστιν, οἶσθα, καὶ τὸν πορθμέα τοῦτον, ὅς σε διεπέρασε*· ut ad *ἑώρακας* sola pertineant *τὴν λίμνην καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα*· nam Charontem sane non vidisse tantum, sed propius etiam novisse debebat Menippus, cum quo familiarissime fuerat confabulatus, in ejusque, Mercurio commendante, gratia positus. HEMST. Praeplacet *Jensii* distinctio ob majorem simplicitatem: *Hemsterhusii* maxime nititur opinione aliqua de arctiori dialogorum horum vinculo, quod vel nullum, vel certe laxissimum esse, inprimis docebunt ii dialogi collati, in quibus Menippus agens inducitur. Monui supra ad finem Dialogi XVIII. LEHM.

Ead. l. 5. *Πυλωρεῖς*) Passim hoc muneris Aeaco adsignat *Noster*: supra Dialog. XIII. et fine hujus. *Philostratus* etiam p. 311. *Apollodorus* claves inferorum ei tradit III. p. 94. C. SOLAN. Adtigit hunc locum *P. Wesseling.* Obss. I. c. 3. p. 10. et Aeacum ex *Apollodoro* III. p. 229. *τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου φυλάττοντα* produxit: ideo solicitus est in fine dial. *μή καί τις ἡμᾶς νεκρῶν λάθῃ διαφυγών*· et plagas ab eo metuit Charon, si quem redire siverit in vitam D. XXII. §. 3. de Luct. §. 4. *Αἰακός ἐστι τὴν φρουρὰν ἐπιτετραμμένος.* Alioqui Cerberus *Ἅιδου πυλωρὸς Euripidi* in Herc. Fur. v. 1277. et

immanis janitor aulae

Horatio. Primae dignitatis est Minos: proximum gradum tenent Aeacus et Rhadamanthus apud *Plat.* in Gorg. p. 397. A. Aeacus autem *λέγεται παρὰ Πλούτωνι καὶ Κόρῃ τιμὰς μεγίστας ἔχων παρεδρεύειν ἐκείνοις,* teste *Isocrate* in Evag. p. 192. A.

— immensis urnam quatit Aeacus umbris:

Stat. II, 1. v. 219. Plurimum hi tres junguntur, etiam in illa proverbiali *Demosthenis* sententia pro Cor. p. 494. B. *εἰ γὰρ Αἰακὸς ἢ Ῥαδάμανθυς ἢ Μίνως ἦν ὁ κατηγορῶν, ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος* etc. Sed judicum infernorum numerum auxit, adjecto nominatim Triptolemo, *Plato* Apol. p. 31. A. ne scilicet vetustissimus Atheniensium legislator, haud minus atque illi, apud Orci incolas juri dicundo non praeesset. HEMST.

Ead. l. 13. *Ἀμενηνὰ ὡς ἀληθῶς κάρηνα*) *Vere imbecillia capita,* non *caduca,* ut interpretes. Ad *Homeri* locum respexit in Odyss. *K.* v. 251.

Πολλὰ δὲ γουνᾶσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,

Multum vero precare mortuorum imbecillia capita. GRAEV. Illud *Homeri* solenne perstringit

— νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα

Od. *K.* et *Λ.* De ipsa voce, cujus potestatem ambiguam fecit Grammaticorum dissensus, alibi dicam. HEMST.

Pag. 215. l. 9. *Προσπτύξομαί γε πάντως ἀνδρογύνῳ ὄντι*) Vid. Catapl. c. 12. Asin. c. 56. et Conviv. c. 33. et Not. cl. *Hemsterhus* Bourd. Cunctarum membranarum atque edd. lectio nulli eruditorum suspicionem vitii praebuit. Ostendam primum maculam in eo verbo manifestam: tum unius literae mutatione sinceram veteremque scripturam revocare conabor: hactenus enim nihil fuit oblatum, quod a pristina conjectura dissidere me cogat. Nego verbum illud Medium *προςπτύσσεσθαι* vel *προςπτύξασθαι* ex ingenio linguae Graecae recte Dativo conjungi: id *Budaeo* quidem et *Stephano* fuit persuasum, sed hoc solo *Luciani* loco deceptis: genuinam structurae rationem dabit *Noster* Dial. D. VII. §. 3. *τῆς Ἀφροδίτης μὲν τὸν κεστὸν ἔκλεψε προςπτυξαμένης αὐτὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ·* nunquam aliter *Homerus*, *Euripides* ceterique scriptores. *Achill. Tat.* V. p. 295. *προςπτυξάμενός με πολλὰ ἐφίλει.* Non dissimilis est caussa verbi *περιπτύξασθαι.* Idem p. 303. *καὶ τόν τε Κλεινίαν περιπτύσσονται·* nam quod lib. IV. p. 241. legitur, *ἐγὼ περιπτυξάμενος αὐτῇ δεσμὸς ἔσομαι,* ita capiendum est: *amplexus vinculi modo ipsi adhaerebo:* adtendenti copia exemplorum, quibus hoc confirmetur, ubique occurret: ne quis tamen in fraudem incidat, si forte repererit *περιπτυσσόμενον τῷ πεπονθότι, τῷ πεπληγότι τόπῳ* apud *Dioscoridem*; *δεῖ μὲν γὰρ ὡς ἔνι μάλιστα περιπτύσσεσθαι τῷ λαμβανομένῳ τὸ λαμβάνον*, *Galen.* de Us. Part. Corp. Hum. lib. I. *σῦκον ταῖς τῶν βρωμάτων ἀδικίαις περιπτυσσόμενον* *Julian.* Ep. XXIV. p. 391. C. similisque modi plura, recordetur haec forma passiva proferri, multumque adeo distare ab usu verbi Medii. Ergo *Lucianum* ut liberemus indecenti orationis structura, reficiendum est emendatione proclivi *προςπτύσομαι*, vel, si quis fastidiosior offendatur hoc futuro medio, quamvis eam difficultatem non magni faciam, *προςπτύσω μέν γε πάντως ἀνδρογύνῳ ὄντι.* Gravem habet contumeliam, acerbissimique notam contemtus plerorumque populorum moribus *προςπτύειν τινὶ*, *os alicui conspuere*, qua de re copiose *Barth.* ad *Claudian.* Pan. in IV. Cons. Honor. v. 404. et Commentatores ad illa *Petronii* c. 75. p. 373. *Si quid perperam feci, in faciem meam inspue.* *Sophocl.* Ant. v. 1246. *Πτύσας προςώπῳ·* ubi vide *Schol.* Ex *Hyperide* ponit *Poll.* VIII, 76. inter injuriae per ignominiam illatae vocabula, praeter *τὸ κονδυλίζειν*, cui finitimum est *πατάξαι κατὰ κόρρης, πρὸς τὸ πρόςωπον προςπτύειν.* Junxit *Musonius* apud *Stob.* p. 169. *λοιδορηθῆναι, ἢ πληγῆναι, ἐμπτυσθῆναι· ὧν τὸ χαλεπώτατον*, inquit, et jure quidem, ut nobis videtur, optimo, *πληγή·* quorum *ὕβρεως γραφὴν γρά-*

ψασθαι sapientem suum, plagarum etiam, si ita res tulerit, tolerantissimum vetat. *Galenus* in Protr. Diogenis Cynici, quem magistrum ut Menippus imitetur, nihil abhorret, historiam referens, qui ad coenam vocatus hospiti, quod turpiorem alium sordidioremve locum non inveniret, in faciem inspuebat, sic scribit: *Ἑστιώμενος παρά τινι τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προςέπτυσε τῷ δεςπότῃ τῆς οἰκίας·* hoc *Diogeni Laërt.* dicitur *εἰς τὴν ὄψιν πτύειν* VI, 32. et *προςπτύειν τῇ ὄψει* II, 75. Asini scriptor sub *Luciani* nomine latens c. 56. mulier ista figura membrorum multo contractiore, quam fueram dudum, me conspicata, *προςπτύσασά μοι*, *non tu*, inquit, *in malam rem hinc a me facesses* etc. rariore structura *Noster* usurpavit in Sympos. cap. 33. *προςέπτυσέ τε τὸν Ζηνόθεμιν.* Hinc *προςπτύειν τινὶ πράγματι*, *quamcunque rem abominari*, *despectam longe a se adspernari*, et, quod Latini dicunt, *consputare*. *Aristaenetus*, sive quicunque Epistolarum illarum sunt auctores, non enim omnium unum esse censeo, II. Ep. 20. *καὶ βδελύττεσθε ταῖς ἀρτίως περιποθήτοις προςπτύοντες ἡδοναῖς·* *et fastidiose aversamini summo nuper studio desideratas consputantes voluptates:* quod tractum ab *Epicuro:* ejus enim est apud *Stob.* p. 159. *Βρυάζω τῷ κατὰ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος, καὶ προςπτύω ταῖς ἐκ πολυτελείας ἡδοναῖς·* quae, si vel nomen abfuisset, non sententia solum, verum ipsis etiam vocabulis philosophum eum designant: nam praeter alias voces insolentius formatas hujus scholae sunt *βρυάζειν* et *βρυασμοὶ*, a doctis interpretibus parum intellectae, ut ex *Plutarcho* liquet T. II. p. 1098. B. 1107. A. et *προςπτύειν τῷ καλῷ καὶ τοῖς κενῶς αὐτὸ θαυμάζουσι*, quod *Epicuri* dictum profert *Athen.* XII. p. 547. A. illudque *Metrodori*, *πολλάκις προςεπτύσαμεν ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς*, *Plutarch.* T. II. p. 1088. B. Similis usus in *περιπτύειν τι*, quo *Stephani* potest in posterum locupletari Thesaurus, apud *Aristaen.* I, 21. et, qui hoc verbo delectatur inprimis, *Simplic.* ad *Epict.* pag. 52. 66. 103. 135. 144. 229. 278. Jam si animum adtendas ad *Luciani* sales, locique rationem, optime lectionem hanc congruere patebit. Mollissimo mortalium Sardanapalo alapam incutere Menippus parabat: dum capitis ejus fragilitati metuit Aeacus, periculosissimum inceptum inhibuit. Menippus autem, ne hominem invisum nullo adficeret dedecore, ut effeminatum illum saltem conspuere liceat, petit: in hac enim contumeliosae despectionis nota nullum erat frangendae calva-

riae periculum; ubi, si Sardanapalum imprudentius et *κυνικώτερον* fuisset amplexatus, omnem illam forte osseam larvam longo luxu permollitam contrivisset. In Catapl. c. 12. de servulo nequam conqueritur Megapenthes, qui se in funebri lectulo cubantem *κατὰ κόῤῥης ἔπαιε· τέλος δὲ πλατὺ χρεμψάμενος, καὶ καταπτύσας μου . . . . ᾤχετο.* Si quis autem ita lectioni vulgatae patrocinari adgrediatur, quasi Menippus in amplexum ire Sardanapali tanquam mollis et cinaedi cupiat, is multum vereor, ne ab instituto *Luciani* longe aberret: ne nunc dicam, verbi structuram, quam repudiavimus, prius esse veterum exemplis adfirmandam. Hemst. *Schmiederus* quum edidisset *προςπτύξομαι*, quod omnes libri exhibent, postea *Hemsterhusii* emendationem alterutram probavit, ut ipse profitetur in T. II. p. XXIII. *Matthiae* contra edidit quidem *προςπτύσω μὲν*, neque vero, quo veram ac genuinam haberet hanc lectionem, sed quod juniorum lectorum pudicitiam vereretur. Quam quidem rationem ut maximi facio in probo juventutis magistro, ita tamen in veteris cujuscunque scriptoris editore vel interprete equidem admittendam nego. Mihi certe nunc id agendum cogito, ut, quid vere *Lucianus* scripserit, non quid eum scripsisse malim, accurate exquiram. Praecipua, vel potius una, quae *Hemsterhusium* movit, caussa Grammatici generis est: negat eruditissimus vir, recte dici *προςπτύσσεσθαί τινι*, quum fere Graeci, et ipse quoque *Noster* Diall. VII, 3., dixerint *τινὰ προςπτύσσεσθαι*. negat autem hoc, quod ipsi nusquam ejus structurae exemplum occurrerit; quod sane in tantae doctrinae tamque profusae lectionis viro aliquantum valet. Verum etsi concedam, *Suidam* et reliquos Grammaticos veteres, qui *προςπτύσσεσθαι* cum Dativo conjungi scribunt, — *Suidas* e. g. sic praecipit: *προςπτύξομαι· προςκυνήσομαι* (an *προςκινήσομαι*;), *περιπλακήσομαι. προςπτύσσω, δοτικῇ* — hunc nostrum locum ante oculos habuisse, et nullum alium: non tamen omnino contemnendum est, vel prorsus rejiciendum, tale testimonium, vel propterea, quod hinc patet, Grammaticos istos nec improbasse istam verbi *προςπτύσσεσθαι* construendi rationem, nec etiam de integritate hujus lectionis dubitasse. Verum etiam per se ipsa se vindicat haec structura, nec deficiunt argumenta ex ipsius *Luciani* usu deducta, quibus bonitas ejus probetur. Scilicet verba cum *πρὸς* composita omnino vel Accusativum, vel Dativum, habent comitem, prouti ratio cogitatur, quae Objectum inter et verbum ipsum intercedit. Linguae natura facile patitur *προςπτύσσεσθαί τινα* dici, ubi velis *amplecti aliquem*, *προς-*

πτύσσεσθαι vero τινὶ, ubi malis *amplexum alicui admovere*, s. *adferre*. Jam quum hujus ipsius verbi non suppetant exempla, alia similia ex *Luciano* ipso proferam. Et statim succurrit illud ipsum προςπτύειν, quod tam egregie *Hemsterhusius* noster illustravit. Quod quum semper cum Dativo junctum reperiatur, vel cum εἰς, in uno tamen loco, *rariore*, ut ipse *Hemsterhusius* fatetur, *structura* usurpavit *Noster* cum Accusativo in Sympos. cap. 33., ubi proprie est id, quod Latini dicunt *consputare aliquem*. Porro phrasis προςβλέπειν τινὶ vulgo nota et in *Luciano* frequentissima est. Est tamen locus, ubi Dativus adjunctus reperiatur in Alex. c. 42., ubi incidas in verba indubitata, εἴ τινος γυναικὶ προςβλέψειε. Quid, quod in uno eodemque libello scriptor *noster* ejusdem verbi structuram variasse deprehenditur: προςεύχεσθαι scilicet cum Dativo Hermot. c. 40. προςευξάμενος τῷ Διΐ, et cum Accusativo ibid. c. 5. μετὰ τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς προςευξόμεθα ὑπερνεφέλους γενομένους. Alterum cogitatur, ut *preces adferre*, alterum ut *precari*. Pluribus non puto opus esse, ut intelligatur, etiam προςπτύσσεσθαι ab uno eodemque scriptore nunc cum Dativo, nunc cum Accusativo, conjungi potuisse. Jam quemadmodum Diall. Deor. VII, 3. Venus optime dicitur Mercurium infantem προςπτύξασθαι, ita non minus recte h. l. Menippus dici potuit Sardanapalo προςπτύξεσθαι. Nec diffiteor, salva judicii *Hemsterhusiani* elegantia, magis mihi convenire in hunc locum videri πρόςπτυξιν, quam πρόςπτυσιν semiviri hominis. Nam hujus vis magis est universalis caditque in omnes, quibus contemtum nostrum clarissime significamus: illius singularis est et definita, caussaque nititur ea, quae in ipsius loci indole constat. Γυναικεῖον dixerat Aeacus Sardanapali cranium, et jam ἀνδρόγυνον ipse Menippus vocat hominem. Nunc quale verbum majori jure exspectari possit, quam quod in hanc semiviralem naturam quam maxime congruat? Atqui hoc erat προςπτύσσεσθαι illud, quod nobis omnes tum scripti, tum impressi, libri suppeditant. Lehm.

Ead. l. 14. Ὦ Εὔφορβε) Lege *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* VIII, 5, 11. *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. II, 26. uterque *Lucianei* loci meminit. Hemst.

Ibid. Ἢ Ἄπολλον) Quia Apollinem eum esse crediderant discipuli. *Diogen. L.* p. 216. D. E. *Porphyrius* et *Jamblichus*. Sed *Noster* ipse adeundus Gall. c. 16. Solan.

Pag. 216. l. 2. Χρυσοῦς ὁ μηρός) Passim hoc. Bourd. Tangitur fabulosa illa narratio de aureo Pythagorae femore, quod ipse vel, aliis narrantibus, ut *Plutarch.* in vit. Num.,

in ludis Olympicis, vel, aliis, ut *Aelian.* V. H. II, 26. Crotone palam, vel secundum alios, ut *Diogen. Laërt.* VIII, 11. Abaridi Scythae, quo divinum se hominem esse declararet, monstrasse dicitur. Res huc usque nondum satis disquisita. Lehm.

Ead. l. 8. *Οὐδὲν ἴσον κύαμοι*) Diligentiam effugit hic locus eruditissimi *Rittershusii* ad *Porphyr.* Vit. Pythag. pag. 66. 67. ubi multa de hoc Pythagoreo praecepto studiose collegit: inde disces in animo fuisse *Nostro*, ut *Clemens* ait, *τὸ ἐπύλλιον ἐκεῖνο*, in quo *τρώγειν* et *ἔσθειν* pro *τε φάγειν*, vel *φαγεῖν* alii praeferunt. *Eustathii* locus a *Casaubono* ad ista *Luciani* declaranda productus exstat p. 948. v. 23. Eundem vide ad Il. *I.* p. 757. v. 42. ubi quae scripsit sumta sunt ab *Athen.* II. p. 65. E. *Sext. Empir. II. T.* III. p. 184. *ἔνιοι δὲ θᾶττον ἂν τὰς κεφαλὰς φαγεῖν* (Aegyptios sacerdotes; eo enim haec pertinere puto) *φασὶ τῶν πατέρων ἢ κυάμους*· observat *Fabricius*, qui a plerisque *Empedocli* tribuantur, *Orpheo* versus adscribi a *Didymo* Geopon. II, 35. quod in pluribus esse factum alias ostendam. Zaratae Chaldaeo grande hoc arcanum Pythagoram debuisse refert *Origenes*, quem vocant, *Φιλοσ.* c. II. p. 42. portentosum opinionis mirificae documentum prodit: si quis fabam ejusque florem ollae inditum oblitumque in terram defoderit, postque dies paucos retexerit, *ἴδοι αὐτὸ εἶδος ἔχον τὸ μὲν πρῶτον ὡς αἰσχύνην γυναικὸς, μετὰ δὲ ταῦτα κατανοούμενον παιδίου κεφαλὴν συμπεφυκυῖαν*· quae vel auditu sunt tremenda. Dicetur amplius ad Vit. Auct. c. VI. interea lege *Ja. Windet.* de Vita Funct. Statu Sect. V. Hemst. Vide pereruditam et ingeniosissimam de Pythagorae *κυάμῳ* disputationem in Miscell. Observv. A. 1735. pag. 417. quam qui legerit, nihil est, cur quicquam amplius a nobis desideret. Idem *in Addendis.* Salva hac honorifica nec sane immerita peritissimi judicis censura, longe tamen absum, ut absolvisse Virum illum Doctum quaestionem de cyamis Pythagoricis persuasum habeam. Retractare omnem caussam et a principio ad finem usque disputationis illius viam persequi, non est hujus loci: neque adeo omnino nunc quaeram, quo tandem jure sub *κυάμοις* non *fabae*, sed *ova*, intelligi possint, et quomodo talis opinio e *Plutarch.* Symposs. L. II. quaest. 3. et *Athen.* Deipnos. L. II. c. 24. deduci posse existimetur. Verum in eo certe hic graviter taxandus videtur dissertationis illius auctor, quod eorum, quae *Lucianus* in aliquot locis de praecepto isto Pythagoreo proposuit, sive callide, sive negligenter, minorem, quam debuerat, rationem habuit: quod si rite fecisset,

nescio an aliquantum ipse mutasset sententiam suam. Hoc certe ei patuisset clarissime, de ovis *Lucianum* nusquam ne obscure quidem cogitasse. Imo sub *κυάμοις* scriptor *noster*, ut fere omnes alii, fabarum quoddam genus intellexit, quamquam fortassis illud non satis distinctum ab aliis generibus. Nam quod h. l. *κυάμους* auctor vocat, idem Dial. I, 1. et XXII, 3. *θέρμοι* vocatur, et in priori quidem loco etiam diserte ab *ᾠοῖς* distinguitur. Jam quum *θέρμους* constet esse *lupinos*, iidem lupini etiam in Galli locis c. 4. 5. et 18. (quae sola respexit Vir ille Eruditus) et in Vit. Auct. c. 6. sub *κυάμοις* intelligendi videntur; idque tanto certius, si posteriorem hunc locum cum aliqua diligentia perpendas, ubi *ἀποδύνειν κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα* non magis cum ovorum cogitatione conciliari possit, quam quod deinde Atheniensium mos memoratur, magistratus suos per *κυάμους* creandi. Praeceptum igitur Pythagorae *κυάμων ἀπέχεσθαι*, siquidem vere illud exstitit, de quo equidem valde dubito, quum *Aristoxenus* certe, *Aristotelis* auditor, neque adeo contemnendus auctor, *A. Gellio* teste N. A. IV, 11. plane contrarium de Pythagora adfirmaverit, praeceptum ergo illud Pythagorae haud dubie ad fabarum genus, quos lupinos vocant, *Noster* retulit. Sed caussam praecepti si quaeras, aliter de ea in aliis locis loquitur. Et in Gallo quidem c. 18. Pythagoras ipse per metempsychosin in gallum gallinaceum mutatus ingenue, nec tamen sine pudore, fatetur omnem rem nihil fuisse, nisi glaucomam, mysticae indolis et peregrinae originis, quo obstupefacti omnes ac magnum latere in his arcanum opinati, alii aliter rem conjicerent et interpretarentur. *Ἀπόῤῥητον* ibi *αἰτίαν* dicit. Sed magnificentius et paullo clarius idem in Vit. Auct. c. 6. fabas vocat *sacras*, et *naturam* iis inesse dicit *admirabilem*, quam deinde ita describit, ut illinc lux aliqua his nostris verbis: *οὐδὲν ἶσον κύαμοι, καὶ κεφαλαὶ τοκήων* adfulgeat: patet enim ex utriusque loci comparatione, quae in versu illo Pythagorico dicantur, *κεφαλὰς τοκήων* explicari in altero loco per *ἀνδρεῖα μόρια*, quae nihil aliud esse possunt, quum testiculi viriles. Similitudinem igitur lupinorum et testiculorum virilium caussam videmus propositam, ob quam lupini sacrosancti habendi, ab eorumque usu abstinendum Pythagoreis videretur. Quomodo autem *κεφαλαὶ τοκήων* testiculos hominum, *ἀνδρεῖα μόρια*, significare possint, et qua in re similitudo illa lupinorum cum testiculis quaerenda sit, videant alii, qui arcanarum disciplinarum me studiosiores et peritiores sint scrutatores. De altera, quae in Vit. Auctionis loco adfertur,

praecepti Pythagorici caussa, ab Atheniensium instituto publico desumta, jam non est, quod diutius lectorem morer. Alias, easque permultas et varias caussas ejusdem dogmatis recensuerunt et illustrarunt *Tiedemannus* in: Griechenlands erste Philosophen p. 315. sq. et *Meinersius* in libro: Geschichte der Wissenschaften in Griecheal. und Rom. Vol. I. p. 431. sq. Lehm.

Ibid. Κύαμοι) *Eustathius:* Τοῖς παλαιοῖς λόγον φασὶν εἶναι ἱερὸν τοιοῦτον·

Ἰσόν τοι κυάμους τε φάγειν κεφαλάς τε τοκήων·
διὰ τὸ Ψυχῆς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι, ἠδ' ἀνάβαθμον
Ἐξ αἰδέω ὅταν αὐγὰς εἰσανίωσιν.

Empedoclis versus esse ait *Rittershus.* p. 30. ad *Prophyr.* ubi aliter scribuntur. Pythagoricae scholae hoc scitum fuit. *Casaubon.* ad *Athen.* 136, 25. Vide *Nostrum* Vit. Aut. c. 6. Laudat etiam *Clem. Alex.* Strom. III. p. 187. Vide et *Plut.* 1129, 1. et *Porphyr.* n. 43. cum Not. *A. Gell.* IV, 11. Solan.

Ead. l. 9. Σόλων ὁ Ἐξηκεστίδου) Ceteris de Solonis patre testem addunt *Lucianum J. Meurs.* in Sol. c. 2. *Aeg. Menag.* ad *Diogen. L.* I, 45. Κοδρίδης, inquit *Suidas,* ὁ Σόλων ἐκέκλητο πατρωνυμικῶς· *altum hac de re apud reliquos scriptores silentium* esse queritur *Kusterus.* Litera mutata difficultatem omnem expediet Κοδρίδης· hoc enim sanguine nobilissimo Solon erat creatus. *Plutarch.* de patre Execestide: ἦν γὰρ Κοδρίδης ἀνέκαθεν. Vide *Suid.* in Πλάτων. Hemst.

Ead. l 13. Ἐγκρυφίας ἄρτος) Ὁ ἐν σποδῷ γενόμενος διὰ τὸ μὴ εἶναι κλίβανον. *Hesych.* de pane ῥυπαρῷ alii dixerunt. *Lucian.* Lexiph. sic post αὐτοπυρίτην. Bourd.

Ibid. Ὁ ταῖς φλυκταίναις etc.) Φλυκταίναι pustulae sunt et corporis et panis sub cineribus cocti ardore ignis excitatae: in panibus etiam ἀττάραγοι, quam vocem ingeniosissime restituit *Callimacho* Ep. XLIX. magnus *Bentlejus:* plura diximus olim ad *Poll.* VII, 23. Venuste *Noster* tale verbum posuit, quod Empedocli non minus, quam subcineritio pani conveniret, de quo *Gataker.* in Posth. cap. XXII. p. 675. Saltus Empedoclis Aetnaeus a *Luciano* saepe priscisque Ecclesiae patribus irrisus quam fidem apud se mereatur, *Strabo,* vir emunctae naris, ostendit VI. pag. 423. B. Εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ πιστὰ, οὐκ ἀπιστητέον ἴσως τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν· cujus ego sententiae libenter subscribo. Vide *Salvagn.* ad *Ovid.* Ib. v. 599. *Menag.* ad *Diogen. L.* VIII, 69. Iis, qui *Ulpianum* L. 6. §. 7. D. de inj. rupt. et irr. test. ad Empedoclem potissimum respexisse censuerunt, calculum adjecit *P. Faber* Sem. I. c. 10. p. 50. quorum ta-

meu opinionem minime probandam existimo: hos eruditos homines *Luciani* loca non fugerunt. Ut autem Empedoclis κενοδοξίαν *Noster* exagitat, sic non minus acriter, hac quidem in caussa nihil dissentiens, *Gregor. Nazianz.* in Anecd. *Muratorii* Epigr. 84. 85. et Stelit. I. p. 31. Longum foret ceteros ejusdem gregis recensere, quibus hunc in campum exspatiari voluptati fuit. Hemst.

Pag. 217. l. 1. Χαλκόπου) Διὰ τὴν κρηπίδα χαλκῆν. inferius. Guyet. — Χαλκόπουν cur dixerit Empedoclem, haec e *Diogene* peti potest ratio: χαλκαῖς γὰρ κρηπῖσιν εἴθιστο ὑποδεῖσθαι. Hemst. I. Ceterum χαλκόποδας *Homero* dictos esse equos, (Iliad. XIII, 23.) *Sophocli* in Electr. v. 492. Furias, atque adeo h. l. ludibrii caussa Empedoclem sic a Menippo compellari, observat ad h. l. *Wielandius.* Lehm.

Ead. l. 6. Ἀνάξιον) Miror, inter tot viros doctos neminem repertum, cui mendum vulgatarum edd. quae hic ἄξιον legunt, subboluerit. Ed. *J.* ἀνάξιον, ut edi curavimus. P. etiam et L. et *Jensius* ipse genuinam esse lectionem demonstrat. Sic *Lucianus* loqui amat: vid. Quom. Hist. Conscr. c. 26. et Diall. Meretr. XIV. De Empedoclis interitu variae sunt sententiae: vide *Strab.* VI. p. 274. *Diog. Laërt.* p. 230. *Kennet.* et *Cler.* Art. Crit. p. 221. *Suid.* v. Ἀμύκλαι. Vide de Mort. Peregr. c. 1. ubi magis graviter ista tractantur: Empedoclem enim illic videbis latere voluisse suam mortem; verum, quod ex aliis discimus, sive vis ignis, seu alius aliquis casus crepidam ejus aeream prodidit, quae rem totam aperuit. Fabulam esse censet *Dacerius* ad *Horat.* Art. Poët. 461. quae etiam *T. Fabri* sententia est, quam in nota ad illum de Peregrini morte locum vide, et, si ita videtur, ad examen revoca. Solan. Utrumvis erat, flagitante sententia, recipiendum, vel ἄξιον, vel οὐκ ἀνάξιον ὄντα. *Nonn.* Συναγ. Ἱστ. p. 127. κατεκάη δὲ εἰς τέλος (Empedocles) ἀξίως τῆς οἰκείας κενοδοξίας. Hemst.

Ead. l. 16. Τὸν σιμὸν λέγω) Sane ludit pervenuste Menippus, easque formae notas, quibus, uti vivum veteres solebant, Socratem Aeacus describit, nihil ad eum discernendum valere, sed omnibus aeque mortuis esse communes, jocatur. Simus erat Socrates inter superos et calvus, eamque ob caussam Sileno comparatur: *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 223. ἐλέγετο δὲ ὁ Σωκράτης τὴν ὄψιν Σειληνῷ παρεμφαίνειν· σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν· nam ibi facetissime Comicus illis uti verbis Socratem facit, quae Sileno tribuerat *Pindarus* cum Olympo colloquenti. Talem depingit illa mirabilis Alcibiadis laudatio in *Plat.* Symp. p. 1202. et p. 1203. A. τὸ σχῆμα

αὐτοῦ τοῦτο ὂν σειληνῶδες σφόδρα γε· ibidemque *Σάτυρος* et *Μάρσυας* audit. Hoc autem praecipuum suae formae decus, ut erat *εἴρων* ad unguem factus, defendit ipse Socrates in *Xenoph.* Symp. p. 519. 520. nam tali eum dicto tetigerat Critobulus p. 515. v. 28. *νὴ Δία, ἦ πάντων Σειληνῶν τῶν ἐν τοῖς Σατυρικοῖς* (*δράμασιν* intelligo; longe aliter atque interpretes) *αἴσχιστος ἂν εἴην·* additque *Xenophon, ὁ δὲ Σωκράτης καὶ ἐτύγχανε προσεμφερὴς τούτοις ὤν.* Re tamen vera singulari vultus pulchritudine Socrates nec gloriari poterat, nec profecto cupiebat, qui externam speciem despiceret, internam solam admiraretur: quare Theodorus de Theaeteto adolescente in cognomine *Platonis* dialogo p. 107. C. *νῦν δὲ, καὶ μή μοι ἄχθου, οὐκ ἔστι καλός· προσέοικε δέ σοι τήν τε σιμότητα, καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων.* Eo saepissime scriptores antiqui respectant: vide *Athen.* V. p. 219. A. *Max. Tyrium* Dissertatt. XXXVI. pag. 375. *οἱ σιμοὶ καὶ οἱ προγάστορες.* *Julian.* Caes. p. 314. D. *Synes.* Calv. Enc. p. 69. B. Atque adeo non jam suspicor verba *Varronis* apud *Nonium* p. 25. ut olim ad *Poll.* IX, 148. de Sileno, sed paene mihi persuadeo de Socrate esse intelligenda, modo parumper emendata huic homini adcommodentur: *Nonne enim unum* (quod etsi retineri possit, malo tamen, *Nonne enim* vel *eum senem*) *scribunt esse grandibus superciliis, silonem, quadratum?* fieri certe non potest, quin in Satyra Menippea *Γνῶθι σεαυτὸν*, unde haec sunt depromta, Socratis *Varro* meminerit. Ex Latinis similes formae philosophorum parentis imagines protulit *Savaro* ad *Apollin. Sidon.* IX. Ep. 9. p. 586. Hemst.

Ead. l. 17. *Καὶ τοῦθ' ὅμοιον*) *Viden' calvum illum?* Men. *Omnes calvi sunt; quare et omnium hoc insigne sit.* Aeac. *Simum illum dico.* Men. *Et illud simile: simi enim omnes.* *Lucianum* scripsisse existimo *ὅμοιοι*, non ut vulgo, *ὅμοιον*. Si *Lucianus* voluisset hunc in modum, uti vulgo legitur, scribere, meo judicio scripsisset *ἴσον*. At maluit vulgatissimum illum Hellenismum, quo et infra utitur in Reviviscentibus c. 13. *Πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολὴν, Multas similes inter se esse video, quantum et ad habitum, et ad incessum, nec non vestitum:* et sic passim. Jens. Argutiora haec esse videntur. Lehm.

Pag. 218. l. 4. *Πολλοὶ τῶν νέων* etc.) Legitur in editionibus: *πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγουσι, καὶ τάγε σχήματα αὐτὰ καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροι φιλόσοφοι. μάλα πολλοί· τὰ δ' ἀλλὰ ἑώρακας οἶμαι.* Hunc locum foedatum esse, dudum vidi; sed quomodo purgari posset, non videbam. Exciderunt enim voces, quas ubi ex Ms. reposueris, cogno-

sces emaculatum. Sic autem in illo scribitur: πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγουσι, καὶ τάγε σχήματα αὐτὰ, καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροι φιλόσοφοι, μάλα πολλοί. Σω. μάλα πολλοὺς ἑώρακα. Με. ἀλλ' ἑώρακας, οἶμαι, οἷος ἧκε παρά σοι Ἀρίστιππος καὶ Πλάτων. *Multi juniorum se philosophari profitentur. Ac habitum quidem ipsum et incessum si quis adspiciat, summi philosophi videntur, sane quam multi.* Socr. *Valde multos vidi.* Men. *Sed vide qualis ad te venerit Aristippus, et ipse Plato.* De Platonis et Aristippi luxuria vide *Theodoret.* θεραπευτ. β. ex ipso *Xenophonte*; vide et *Athen.* XIII. Deipnosoph. de amore Platonis in Archeanassam Colophoniensem. Inde et ab Antisthene Σάθων dicitur, quasi diceres Priapum. *Athen.* lib. XI. Sequitur, paucis verbis interjectis, qui prava laborat interpunctione locus, quem sic restitues: Εὐδαίμων, ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ. τάγε τοιαῦτα πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι, καὶ πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα, δεῖ γὰρ οἴομαι τἀληθὲς λέγειν, οὐδὲν εἰδότα. *Felix homo es, Socrates. In his omnes te virum admirandum fuisse existimant, et omnia ista novisse, cum nihil, verum enim dicendum est, scias.* Hinc Socratem alii fuisse idiotam dicunt, et vere dicunt. Graev.

Ead. l. 5. Ἄκροι φιλόσοφοι. μάλα πολλοὶ) Supplet hic quaedam MS. Graevii. Possit tamen sine isto supplemento locus hic constare, modo tollatur importunum punctum post φιλόσοφοι. *Quomodo se res Athenis habent?* Men. *Multi noviciorum se philosophari praedicant; et quantum ad ipsum habitum et incessum, si quis eos conspiciat, summi philosophi sunt quam plurimi: ceterum vidisti, opinor, qualis venerit ad te Aristippus* etc. Liber vero MS. quo usus est vir cl., ita supplet, ἄκροι φιλόσοφοι, μάλα πολλοί. Σω. μάλα πολλοὺς ἑώρακα. Με. ἀλλ' ἑώρακας οἶμαι etc. Num quidem credibile est, fingi hic Socratem, qui jam dudum esset mortuus, vidisse νέους illos, jactantes se esse philosophos? Jens.

Ead. l. 6. Σω. Μάλα πολλοὺς ἑώρακα. Με. Ἀλλὰ) Ita hunc locum restituimus ex ed. *J.* confirmaturque ea lectio auctoritate Ms. Gr. P. et Ox. in quibus eadem leguntur, nisi quod in Ox. pro μάλα vitiose legitur πάλα· in P. vero ἕωρας. At quod Gr. codex ante haec Socratis verba habet μάλα πολλοὶ, non probo: est enim ex corruptis exemplaribus, in quibus sine Socratis nomine pro his, quae adscripsi, legitur tantum μάλα πολλοί. Τὰ δ' ἄλλα in omnibus reliquis edd. Vide tamen Anach. c. 34. Solan. Quandoquidem membranarum quarundam auctoritatem suffragio suo viri eruditi firmare non refugiunt, eorum consensum quia liquidis rationibus

refutare non poteram, parvi pendere religioni duxi. Neque tamen diffiteor, subodorari me in hisce restitutis nescio quid improbi et notae minus sincerae: non enim videtur Socratis personae convenire responsum, μάλα πολλοὺς ἑώρακα· tum colorem *Lucianeum* habent, *si habitum quis et incessum spectet, summi philosophi valde frequentes:* porro τάγε σχήματα αὐτὰ (vel αὐτῶν) καὶ τὰ βαδίσματα sententiam quandam, nisi fallor, oppositam flagitant, quae nihil eos esse minus, quam veros philosophos, indicet. Ideo mihi probabile fit, post τὰ δ' ἄλλα praetermissum esse jampridem segni librariorum negligentia unum atque alterum versum, in quo ejusmodi fere fuerit, qualem dixi, sensus, cui commode jungantur illa sequentia, ἑώρακας οἶμαι, οἷος ἧκε παρὰ σοὶ (nisi, quod puto, praestiterit παρὰ σὲ) Ἀρίστιππος etc. Postmodum quam reperiebant lacunam, quisque pro ingenii sui modulo fuit conatus explere: inde orta, quam hic videmus, lectionum illa varietas: alii contra conglutinatis, quae spatio interjecto longius dijungebantur, vocibus omne deficientis orationis vestigium deleverunt. HEMST. Ad eandem prorsus sententiam et ego olim mea via delatus eram, ut videre licet ex observatione mea in hunc locum Dialogorum editione minori ab anno 1813. Tanto minus nunc mihi dubium est, vere excidisse ea verba, quae oppositionem verborum: καὶ τάγε σχήματα — ἄκροι φιλόσοφοι contineant. *Schmiederus* quidem omnia bene procedere putavit, si verba Socratis: μάλα πολλοὺς ἑώρακα ejicerentur, et Menippus ita pergeret: Ἀλλὰ (quidni nunc τὰ δ' ἄλλα; secundum veterem lectionem) ἑώρακας etc. Sed caussa manet eadem. *Matthiae* vero veterem lectionem, commodius modo verbis distinctis, ἄκροι φιλόσοφοι μάλα πολλοί· τὰ δ' ἄλλα ἑώρακας, οἶμαι, οἷος etc. edidit. Atque hanc ego rationem ita putabam mihi sequendam, ut lacunam suo loco notarem. Nam ceterae omnes lectiones variantes ea, qua *Hemsterhusius* probabiliter ostendit, ratione et mihi ortae esse videntur. LEHM.

Ead. l. 8. *Μύρον*) *Diogen. L.* p. 51. F. τίς ὁ μεμυρισμένος; de eodem Aristippo. SOLAN.

Ibid. *Τοὺς ἐν Σικελίᾳ τυράννους*) Vid. *Corn. Nepos* in Dione. SOLAN.

Ead. l. 11. *Εὐδαίμων, ὦ Σ. ἄνθ. εἶ τάγε τοιαῦτα· πάντες οὖν*) *Εὐδαίμων, ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ τάγε τοιαῦτα. πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι, καὶ πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα, δεῖ γὰρ οἶμαι τἀληθὲς λέγειν, οὐδὲν εἰδότα.* Sic locum hunc interpungendum puto, inque eo jam praeivisse videtur interpres. Vulgo priora ita disponuntur, *Εὐδαίμων,*

ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ. τάγε τοιαῦτα πάντες οὖν etc. Sed εὐδαίμων, inquit, ἄνθρωπος εἶ τάγε τοιαῦτα· scilicet quantum ad illa vitia adtinet, (quibus, ut praecessit, laborabant Aristippus, Plato, alii) tu, Socrates, homo beatus es: propterea omnes admirabilem te fuisse existimant virum etc. In prioribus tamen his *Graevius* vulgatam servat distinctionem, ponens recte deinceps comma post ταῦτα, ubi vulgo habebatur punctum. Jens.

Ibid. Τά γε τοιαῦτα) *Graevium* aberrasse miror: eam adhibuit commode distinguendo medicinam *Jensius*, quae cum usu particulae οὖν ordine suo collocandae perpetuo congruit: nam quis ferat Graece sciens ejus structurae scabritiem? τά γε τοιαῦτα πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται. Postea καὶ ταῦτα extra dubitationem mihi positum videtur: in corrigendo *Luciano Lucianum* sequi malui, quam scriptis editisque libris, in quibus, cur particula καὶ fuerit elisa, facile potest animadverti, obtemperare. Dial. XIX. §. 1. et XXIX. ἐπεὶ καὶ ἐκράτησέ σου, καὶ ταῦτα παρὰ Τρωσὶ δικασταῖς. Necyom. §. 4. καὶ ταῦτα εἰδότα σαφῶς. §. 14. alibique saepe. *Alcidam.* pag. 185. v. 3. ἄνδρα σύμμαχον. . . . . καὶ ταῦτα πρότερον ἐν ὑμῖν εὐδοκιμηκότα. Hemst.

Pag. 219. l. 1. Καὶ ταῦτα) Misere antea sine καὶ oratio claudicabat, et in sensum absurdum volentes nolentes rapiebat, in hunc modum: πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι, καὶ πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα· δεῖ γάρ οἶμαι τἀληθὲς λέγειν οὐδὲν εἰδότα· quae vides nunc hac levi mutatione, quam elegans et limpida evadat. Omnino legendum καὶ ταῦτα· quod adeo liquere perlecta sententia existimo, ut plura dicere pigeat. Solan.

Ead. l. 2. Οὐδὲν εἰδότα) Unum scio, quod nihil scio. Guyet.

Ead. l. 6. Χαρμίδης) Glauconis filius dicitur a *Xenoph.* Memorabb. III. 429. et 434. V. *Plat.* in Theag. et Apol. et *Aelian.* V. H. VIII, 1. Critonis filius dicitur *Diog. Laërt.* p. 40. D. *Dion. Halic.* Solan.

Ead. l. 8. Μέτει τὴν σαυτοῦ τέχνην) Notabile vitium Cod. O. μεγίστην ἀσκεῖς σαυτοῦ τέχνην, dignumque quod observetur ad simile mendarum genus minore negotio detegendum. Primum *T* transeunte in *Γ*, quomodo creberrime peccatur, natum est ex *METEI THN ΜΕΓΙΣΤΗΝ*. Deinde, cum facile deprehendi posset orationem labare, nisi addito verbo fulciretur, adoptare consultum duxerunt quam interpretationem τοῦ μέτει in margine positam inveniebant ἀσκεῖς. Τέχνην autem Socratis intelligit παιδεραστίαν sive puerorum formo-

sorum amorem; quod crimen admirabili viro saepe quidem, sed falsissime fuit objectum: de Platone res ista majorem habet controversiam: vide *Davis.* ad *Cicer.* T. D. IV, 34. Quod modo Socrates ajebat, *καὶ αὐτὸς ἔφασκον* etc. ejus specimen illustre reperire licet in *Aeschin.* D. III. c. 6. sed cum solita tamen *εἰρωνείᾳ* conjunctum: vide *Cicer.* Acad. I. c. 5. p. 18. quaeque ibi notat *Davisius.* HEMST.

Ead. l. 9. *Οὐκ ὀλιγωρεῖς τῶν καλῶν*) Nondum Socratem ausus incesti arguere, modum in jocis aliquem servat. Ars autem, quam hic nominat, ea est, qua Socrates animorum se obstetricem et dici et haberi cupiebat. De Alcibiade Socratisque in eum amore *Diogen. L.* p. 38. F. et 40. F. apud *Athenaeum* Aspasia ipseque *Athenaeus:* quin et ipse Alcibiades apud *Plat.* Sympos. Alibi *Noster* non tam caute de amoribus istis loquitur; ut et Peregr. c. 43. Sed vide illic Notas nostras, ad Peregr. autem *T. Fabri.* SOLAN.

Ead. l. 12. *Μὰ Δί', ἐπὶ τὸν Κροῖσον γὰρ καὶ Σαρδανάπαλον ἄπειμι*) *Benedictus: Non per Jovem: Croesum enim et Sardanapalum adeo.* Non secus ac, si voluisset negationem *Lucianus*, non potuerit nunc quoque dicere, ut mox ante *οὐ μὰ Δία, ἀλλὰ κενοδοξία, καὶ τύφος* etc. et in Vitarum auctione, *οὐ μὰ τὸν μέγιστον ὅρκον τὰ τέτταρα.* In Mercede Cond. *οὐ μὰ Δία τῆς Ἑλένης ἕνεκα, οὐδὲ τῶν Πριάμου Περγάμων.* Sed vides, auctorem nunc loqui, ut fecit in dialogo Noti et Zephyri, *θεραπευτέα τοιγαροῦν ἤδη δέσποινά γε οὖσα. νὴ Δία εὐνουστέρα γὰρ οὕτω γένοιτο.* Sensus est, *Itane? imo ad Croesum* etc. GRON. Nihil mutandum; passim ita adhibent optimi quique scriptores Graeci. Vide initium lib. VI. Cyrop. *Xenophontis,* quod hisce scatet: neque unquam aliter *Xenophon,* nisi vitiatis forte codicibus. SOLAN.

Pag. 220. l. 7. *Θεὸν ὄντα*) Cerberus *Luciano* multum debet, a quo titulo tam honorifico, quem vix quisquam alius impertiverit, cohonestetur: neque tamen secus in Vit. Auct. c. XVI. Vid. *Barth.* ad *Stat.* Th. II, 26. IV, 486. Canem hunc dirum intellexit *Callimachus* in Fragm. Bentl. n. CLXI.

Ξεῖνος Ἐχιδναῖον νέρθεν ἄγων δάκετον.

Hercules est ille *ξεῖνος*· nec dubito, quin ex *Αἰτίοις* Cyrenaei vatis depromtus sit versus: vide *Quint. Calabr.* VI, 260. HEMST.

Ead. l. 11. *Ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ*) *Τῷ* in plerisque deerat: reperitur in MS. Ox. Coll. edd. Fl. et P. Sic *Polyaen.* Strat. VIII. p. 556. SOLAN. Vultus Socratis semper idem admirationi fuit veteribus, etiam Xanthippe luculenta teste; quam fuisse talem praedicant, quae cujuscunque mariti alte-

rius vultum facile movere potuisset: vide *Cicer.* T. D. III. §. 31. quaeque notant *Gataker.* ad *Antonin.* I. §. 8. *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. IX, 7. Ἀτρέστῳ suppeditatum a P. si exigas ad ἀτρέπτῳ, ejusmodi est, ut difficulter, utrum a *Luciano* fuerit profectum, statuere liceat: illud οὐ πάνυ δεδιέναι si spectes, palmam forte dederis huic lectioni; praesertim accedente *Platone*, qui Socratis habitum fatale poculum hausturi graphice depingit in Phaed. p. 86. E. καὶ ὃς λαβὼν καὶ μάλα ἵλεως, οὐδὲν ΤΡΕΣΑΣ, οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος οὔτε τοῦ προςώπου, ἀλλ', ὥςπερ εἰώθει, ταυρηδὸν ὑποβλέψας. Solent autem illa vocabula vulgo a librariis permutari: velut in *Josepho* de B. J. VII, 8. p. 430. pro φρόνημα πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κινδύνους ἄτρεστον, duo non spernendi Codd. praeferunt ἄτρεπτον· similis variatio notatur ab eruditis viris apud *Aelian.* V. H. V, 6. XIV, 31. In *Nostro* tamen nihil esse novandum credo, quia sententiae non minus, quam illud alterum, servit ἄτρεπτον πρόςωπον optime respondens verbis *Platonis* οὐδὲν διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος, οὔτε τοῦ προςώπου· iterum in Ver. Hist. II. c. 23. Socrates τὸ πρόςωπον ἄτρεπτος· vide Lapith. c. 16. Verum paucos fore arbitror, siquidem adtenderint, qui non offendantur inconcinna structura ἐδόκει . . . δοκῶν· exterminata voce postrema expoliri poterit hic locus tali pacto: παντάπασιν ἐδόκει ἀτρέπτῳ τῷ προςώπῳ προςιέναι, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον, καὶ τοῦτ' ἐμφῆναι τοῖς ἔξω τοῦ στομίου ἑστῶσιν ἐθέλειν. De priore video mecum sentire magnum *J. Fr. Gronovium* in Corrig. et Inser. ad Observ. p. 683. pro ἐθέλων vero substituit ἤθελεν· ad meam partem accessuros spero literarum Graecarum peritos. Hemst. Mihi vero Participia δοκῶν et ἐθέλων, quae nulla librorum variatione suspecta redduntur, atque adeo ab *Hemsterhusio*, alterum ejiciente, alterum mutante, immeritam injuriam patiuntur, optime cohaerere videntur cum interrogatione Menippi, οἷος ἦν ὁ Σωκράτης; Tum vero illud ἐδόκει, quod uncinis inclusi, recte pro alieno vulgatae structurae levamento habebitur cum *Abreschio* Lectt. Aristaen. p. 228. Sic restituto loco ad concinnitatem nihil desideretur. *Matthiae*, qui δοκῶν cum *Hemst.* omisit, sed contra hunc ἐθέλων retinuit, explicans καὶ per *etiam*, ad argutiorem et vix probabilem sententiam aberravit. Multo infelicior fuit *Schmiederus*, qui nihil mutans, ubi mutandum fuit, vulgatam lectionem ἐδόκει — δοκῶν — ἐθέλων retinuit, mutans vero, ubi nihil mutari debuit, pro optima lectione οὐ πάνυ δεδιέναι e tribus codd., ut ipse ait — at vero non nisi de uno *Belini* res constat — προςίεσθαι dedit. Προςίεσθαι vero per errorem e προς-

ιέναι ortum esse, clare, opinor, inde patet, quod in Aug. Cod. *προσιέναι* cum copula deficit, servatis tamen verbis *οὐ πάνυ δεδιέναι*. Jam credasne, quaeso, elegantem scriptorem *προσιέναι καὶ προσίεσθαι* hoc ordine scribere potuisse? LEHM.

Pag. 221. l. 1. *Διαμέλλοντα*) Trajectio vituperanda: quid enim *Luciano* caussae fuit, cur ita discerpta orationis membra temere disseminaret? Cave tamen absque Mss. ope mutassis: mox idem in seq. Dial. iterum, *κἀγὼ τῷ ξύλῳ σου πατάξας διαλύσω τὸ κρανίον·* et alibi passim. SOLAN.

Ibid. *Δακὼν τῷ κωνείῳ*) *Δοκῶν* forte. GUYET. De Cerbero decenter, quippe cane, dicitur, qui non latratu solum umbras territat, sed et morsu petit: majore audacia, sed quae facetissima joci venustate redimitur, de fato tanquam Cerbero locutus est in Hermot. c. 6. *Οὐκ εἰδότα εἴ σε πλησίον ἤδη τοῦ ἄκρου γενόμενον τὸ χρεὼν ἐπιστὰν κατασπάσει λαβόμενον τοῦ ποδὸς ἐξ ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος·* quamvis alioqui *τὸ χρεὼν καταλαμβάνειν* et *ἐπιλαμβάνειν τινὰ* frequens sit apud *Pausaniam* atque alios, et *rapaces fati manus* memoret *Seneca* Hippol. v. 567. (*Δάκνειν* aliquando de gravissimis usurpatur malis aut morbis, qui aliquem mordent et urunt: ita *Menander ἐν Ὀργῇ· Ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸν καλὸν τοῦτον δακὼν Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει νεκρόν*. *Catullus: multis languoribus peresus*; et *Apulej*. Metam. VI. *Cupido amore nimio peresus*. Sed lethalis ille morsus leniendus est molliore hujus verbi et meliore notione: *τῶν γε μὴν ἐρωτικῶν ἱμέρων*, ita *Lucianus* scribit in Amoribus, seu quis alius istius libelli auctor, *καὶ αὐτὸ τὸ βασανίζον εὐφραίνει, καὶ γλυκὺς ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει·* et *Heliod*. Lib. II. p. 71. *ἀλλ' εἰ μή τί με δακνομένην ἔρωτι ὑπονοεῖν μέλλετε*. Multa egregia observat de *δάκνειν Gataker*. ad *M. Anton*. HEMST. I.) Illud autem *κατασπᾶν τοῦ σκέλους* vel *τοῦ ποδὸς* nescio an ab *Antiphane* Comico sit sumtum; quod is tamen Charonti tribuit: locus ejus simillimus exstat apud *Stobaeum* p. 608.

Τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους
Ἄκοντας ὁ Χάρων, ἐπὶ τόπον θεῖον τ' ἄγει etc.

Eadem fere, si *Luciano* credimus, Socratis fuit caussa: verum indignor, viri sapientissimi, sinceraeque virtutis, quantam aetas illa capiebat, strenui cultoris memoriam ignominia tali adspergi: pluris est apud me, quam *Luciani* aliorumque, qui ceteroquin ab eo longe diversi huic injuriae subscribunt, inanes argutiae, *Xenophontis* fides ita scribentis in ultima Socratis Apologia: *Ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην· ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τοῦ ἔτι ζῆν τὸ τεθνάναι αὐτῷ κρεῖσσον εἶναι, ὥσπερ οὐδὲ πρὸς τἆλλα τἀγαθὰ προσάντης ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλα-*

κίσατο, ἀλλ' ἱλαρῶς καὶ προςεδέχετο αὐτὸν καὶ ἐπετελέσατο· commemorataque Socratis σοφίᾳ et γενναιότητι, quae auditorum ex animis effluere nunquam possint, finem elegantissimae defensioni simul, et cumulum meritis ejus laudibus imponit: εἰ δέ τις τῶν ἀρετῶν ἐφιεμένων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκεῖνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἀξιομακαριστότατον νομίζω. *Menander* in Ὀργ. apud *Athen.* XII. p. 552. Ὁ λιμὸς ὑμῖν τὸν καλὸν τοῦτον δακών. Hemst. II. Τῷ κωνείῳ varie ab interpretibus cum reliquis junctum video. Veteres interpretes Latini fere ad δακὼν referunt, et vertunt *aconito mordens,* admodum contorte et incommode: quomodo enim Cerberus cogitetur aconito momordisse Socratem? Eandem, ni fallor, rationem secutus est *Hemsterhusius*, vertens: *atque ego cunctantem adhuc cicutae morsu correptum detraxi pede.* Quae interpretatio, quum etiam ambiguitate quadam laboraret, *Wielandium* ad hanc vere miram versionem seduxit: da er mir's des Schierlings wegen zu lange machte; perinde ac si *cicutae morsu* cum *cunctantem,* et in textu τῷ κωνείῳ cum διαμέλλοντα cohaerere putasset. Imo vero αὐτὸν τῷ κωνείῳ secundum exquisitum Graecismum est: *ipsum simul cum cicuta,* ihn selbst sammt dem Giftbecher. *Aristoph.* Nub. v. 271.

Εἴτ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χορὸν ἵστατε Νύμφαις.
ubi *Scholiastes:* Νύμφαις· λείπει ἡ σὺν, ἤγουν σὺν ταῖς Νύμφαις. Recte sic locum nostrum cepit *Abreschius* Lectt. Aristaen. p. 267. male autem Praepositionem σὺν ipsam intrudi voluit. Lehm.

Ead. l. 12. Ἀξίως τοῦ γένους, καὶ Διογένης) *Ut dignum erat genere canino:* ad Cerberum supra dixerat Menippus, συγγενὴς γάρ εἰμί σοι. Diogeni tamen Cerberus apud *Auson.* Epitaph. XXXI. non perinde benignus est; nam ad manes abire vetuit, canemque superum iis in sedibus morari noluit canis infernus:

Quonam igitur? clari flagrat qua stella Leonis
Additus est justae nunc canis Erigonae.

Quod imitatus est *Ausonius,* Graecum epigramma cultu simplici multo mihi nitidius videtur. In alio Epigr. 14. Anth. III. c. 33. Cerbero blanditur Diogenes, eumque adfinitatis proximae commonefacit:

Ἀλλὰ κύον σαίνοις Κέρβερε τὸν μὲ κύνα. Hemst.

Ead. l. 13. Διογένης) Quomodo sibi mortem consciverit Diogenes, alibi dicendi locus est ad Vit. Auct. c. 10. Vid. Sotadis fragm. apud *Grot.* Flor. p. 397. et 399. *Diog. L.* 162. B. ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι Menippum dicit: idem tamen in epigrammate, parum sibi constans, negare

videtur factum, cum ait, *εἰ δ' ἐνόει φύσιν κυνὸς, αὐτὸν ἂν ἐκρέμασεν.* SOLAN.

Pag. 222. l. 10. *Ὀβολὸν μὴ ἔχων*) Unum obolum ori mortuorum immittit *Lucianus,* cujus ab Indice petenda sunt loca. Ceteri fere consentiunt: *Lucill.* Anth. II. c. 50. Ep. 7. *Κεῖτο δὲ γ' οὐδὲν ἔχων ὀβόλου πλέον·* — *Antiphan.* apud *Stob.* p. 128. et Anth. II. c. 50. Ep. 3.

Τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην
Ἐκ πολλῶν ὀβολῶν μοῦνον ἐνεγκάμενος·

ubi vide *Brodaeum.* Diogenes etiam, ut erat amantissimus justitiae, debita Charontem stipe fraudare noluit, porrexitque ipsi *ναυτιλίης ὄβολον,* sive *τὸν φθιμένους ναυστολέοντα ὄβολον,* teste *Antipatro,* vel alio forte quodam poëta Anth. III. c. 33. Ep. 15. 16. doctoris exemplum quo minus apud Menippum valuerit, quamvis cetera Cynicae frugalitatis instrumenta secum portet, egestatem a contemtu divitiarum ortam obstitisse credendum est. Porro *τὸν ὄβολον τὸν συγκηδευόμενον τοῖς τελευτῶσιν Suidas* habet in *Καρκάδοντα,* vel quod, monente *Kustero, Photius* scriptique Codices praebent, *Καρκαδόνα·* quam vocem etsi juxta cum aliis ignorem, suspicor tamen ex *Pherecratis* Comici Crapatallis desumtam: *Cuperus* certe in Num. Ant. Expl. p. 235. labitur, quando minus diligenter inspectis Grammatici verbis illud ipsius oboli funebris esse nomen opinabatur: *ὀβολὸν μισθὸν τῷ πορθμεῖ* idem *Suidas* in *Μελιττοῦτα,* quae derivata sunt ex *Aristophan. Schol.* ad Lysistr. v. 601. 603. neque aliter *Diodor. Sic.* I. p. 61. C. ubi quicquid est de Orci statu et Charonte Graecarum fabularum, ab Aegyptiis Orpheum transtulisse contendit: *τὸ μὲν γὰρ διακομίζον τὰ σώματα πλοῖον βᾶριν καλεῖσθαι, τὸ δ' ἐπίβαθρον νόμισμα τὸν ὀβολὸν τῷ πορθμεῖ δίδοσθαι καλουμένῳ κατὰ τὴν ἐγχώριον διάλεκτον Χάρωνι·* ubi refingendum puto, *τὸ δ' ἐπιβάθρον νόμισμα τὸν ὀβ. Ναῦλον* proprie sic dictum *Hesych.* et *Etymol.* interpretantur, *τὸ εἰς τὸ στόμα τῶν νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον·* atque ita *Schol. Juven.* ad Sat. III, 267. qui *inopem Virgilii turbam* Aen. VI, 325. longe secus ac *Servius,* exponit eam, cui, quod portitori solvat, nummus vel naulum deest. *Strab.* VIII. p. 573. A. *διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα* (apud Hermionenses) *τοῖς νεκροῖς ναῦλον·* et Charon apud *Aristophan.* v. 272. *Ἔκβαιν', ἀπόδος τὸν ναῦλον.* Rarius est, quod *Moeris* Atticista protulit, *Καττιτέριον τὸν τοῦ νεκροῦ ὀβολόν.* Praeterea *δανάκη,* vel potius *ὁ δανάκης,* a veteribus vulgo nummus hicce mortualis fuerit adpellatus, si verum est, quod viris eruditis Grammatici persuaserunt; id enim ex *Hesychio, Etymologo* et *Suida* in *Δανά-*

κης, Ἀχερουσία jure sibi colligere videbantur. Sed minime dubito, quin a *Callimacho* fluxerit ista glossa, qui auctor novandi vocabulorum usus haud infrequens forte solus antiquorum viaticum illud infernum δανάκην dixit, oboli vice eo nummi Persici genere posito, quod Graecis non ignotum pretio proxime respondebat: quod autem undecunque investigatum *Natalis Comes* scripsit, versus esse ex Hecale depromtos, certissimum arbitror; in quibus post limatissimam *Casauboni* curam ad *Strabonem* et *Theocr.* Lect. c. IV. nihil ultra tentare debuerat *Salmas.* de Usur. p. 427. In eo solum a *Casaubono* dissentio, quod proferri hos versus, *non quia in illis voce δανάκης usus sit poëta, sed ad confirmationem moris* existimarit, cum mihi satis apertum videatur, tribus, quos egregie refinxit, adjungi debere initium quarti versus *Δανάκην* —. Dixerat *Juvenalis*

— nec habet, quem porrigat ore trientem,

nummulo designato: *Propertius* paullo laxius IV. El. 11, 7.

Vota movent superos: ubi portitor aera recepit
Obserat herbosos lurida porta rogos:

quae posteriora vereor, ut a quoquam commode possint explicari. *Passeratius umbrosos rogos* unde eruerit, non reperio: certe mirabiliter interpretatur, *unde multae umbrae evolant iis exstinctis;* quam vocis inauditam potestatem sermo Latinus, credo, fastidiet. Ego minuendae difficultatis in emendatione sola spem pono:

Obserat umbrosas lurida porta domos:

quemadmodum alibi,

Nigrantesque domos animarum intrasse silentum:

sensum nemo melius explanaverit, quam *Theognis*,

Κυανέας τε πύλας παραμείψεται, αἵτε θανόντων
Ψυχὰς εἴργουσιν, καίπερ ἀναινομένας·

nec facile quicquam, quod prioribus aptius adjungatur, invenies. Hunc vero mortuis imponendae stipis morem, quem inter alios jam obsoletum apud Athenienses sua etiam aetate permansisse notat *Scholiastes Juvenalis*, hodie retinent Tatari Wogulskii, pluresque barbarae gentes, ut perhibent scriptores Itinerariorum. Jam quod duûm obolorum, qui Charonti sint tradendi, mentio fiat in *Aristoph.* Ran. v. 140. 272. joci gratia numerum duplicari, ut τὸν δικαστικὸν μισθὸν traducat, manifesto liquet ex v. 141. idque bene *Scholiastae* perspexerunt; quamvis eorum unus, ἅμα διὰ τὸ λεγόμενον, ὅτι τοῖς νεκροῖς ἐπὶ τοῦ στόματος βάλλουσι δύο ὀβόλους etc. scribat, antiquae consuetudinis ignoratione nimis erga portitorem avarum liberalis. Aliud erat, si ad lucem ab inferis remeandum

foret, iterumque trajiciendus Acheron; quemadmodum in *Apul.* Metam. VI. p. 180. turris illa loquax et consiliaria Psychae jussu Veneris ad *Orci ferales penates* descensurae praecipit *offas polentae mulso concretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore duas ferre stipes*, quarum altera primam transvectionem, reditum altera mercetur. Sed ita sunt quaedam *Apuleji* verba ad *Lucianum* adcommodata, ut comparationis instituendae caussa proponi mereantur: *Nec mora, cum ad flumen mortuum venies, cui praefectus Charon protinus expetens portorium, sic ad ripam ulteriorem sutili cymba deducit commeantes. Ergo et inter mortuos avaritia vivit? nec Charon ille, Ditis pater* (suspicabar olim, *Ditis portitor*, quod necdum plane displicet; quamvis vulgatam lectionem tueantur, quae notat *Th. Munckerus* ad *Hygin.* p. 91.) *tantus Deus quicquam gratuito facit: et pauper moriens viaticum debet quaerere, et aes si forte prae manu non fuerit, nemo eum exspirare patietur? Huic squalido seni dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alteram, sic tamen ut ipse sua manu de tuo sumat ore.* Paulloque post: *ac deinde avaro navitae data, quam reservaveras, stipe, transitoque ejus fluvio recalcans priora vestigia, ad istum coelestium siderum redibis chorum.* Nonnulla notavit *Pricaeus*, adhibito *Luciano*; cujus aliquot loca neque *Meursii* diligentiam fugerunt de Fun. c. V. Hemst. II. — Naulum illud inferni portitoris πορθμία in primo dialogo nominabat *Lucianus*; simili modo literae sunt expressae in eo, quem supra e Cataplo citavi loco (c. 18.) quamquam ibi *Scholiasta* πορθμεῖον habeat: πορθμεῖα λέγει τὸν μισθὸν ὑπὲρ τοῦ διαπεράσαι διδόμενον. Sed πορθμεῖον apud *Nostrum* nunquam non pro ipsa scapha vectoria poni solet: in hoc colloquio: νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον· Dial. 22. et 23. et Catapl. c. 1. κενὸν γοῦν, ὡς ὁρᾷς, ἐπιβατῶν τὸ πορθμεῖον. *Dio* de Julio Caesare narrat, illum ἐν πορθμείῳ τινὶ περαιοῦσθαι. Denique et in *Hesychio* πορθμεῖον ipsa navicula vel ponto exponitur: his rursus contraria tradit *Eustath.* ad Odyss. Υ. ὧν, inquit, (πορθμέων vel πορθμευτῶν) καὶ ὁ μισθὸς ἤτοι ὁ ναῦλος ἢ οὐδετέρως τὸ ναῦλον, πορθμεῖον λέγεται, καὶ τὸ αὐτῶν πλοῖον οὐ ναῦς ἁπλῶς, ἀλλὰ παρωνύμως τῷ τόπῳ πορθμίον· etsi unicus hujus Lexicographi Aesculapius *L. Kusterus* ordinem inversum praeferat: saltem patet ipsos in usu utriusque vocis haesitasse Graecos, et aliud pro alio saepe sumsisse: quod si *Callimachi* auctoritate res staret, acciperemus *Eustathii* distinctionem; sic enim ille apud *Etymologum* in Δανάκης et *Suidam* in πορθμήϊον· Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται· πορθμήϊον Ionum usu nascitur ex πορθμεῖον· nimirum per singularem Cereris benevo-

lentiam Aegiali incolis remissum erat vectigal hoc mortuale, propterea quod illam edocuissent de raptu Proserpinae. Haec pleraque quamquam in *Stephani* Thesauro postea repererim, inducenda tamen non existimavi, quod ipse quibusdam illa rebus locupletassem. — Hemst. I.

Ead. l. 12. *Ἄγξω σε*) Concinnius ἄγχειν dici, quam πνίγειν, monet *Thom. Mag.* ubi *L. Bos*, hoc etiam loco prolato, propriam esse verbi rationem in creditoribus ostendit, qui debitores segnes obtorto collo corripiunt, adque solvendum aes alienum acerbe cogunt. Sic et *Basil.* Hom. in Ps. XIV. p. 109. D. ὁ δανειστὴς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἄγχει· πνίγειν tamen eadem potestate a probatissimis scriptoribus usurpatur. Hemst.

Ead. l. 14. *Σου πατάξας δ. τὸ κρανίον*) Suavius est, et venustiorem Atticae structurae formam praefert, quod vulgatur, quam *Graevio* probata scripti codicis lectio: solent saepe Genitivum ab eo nomine, unde pendet, nonnihil removere: ut *Noster* in Necyom. μου πρὸς τὸ πρόςωπον ἀποπτύσας. Diall. Deor. VII. §. 1. τούτου γὰρ ἐξείλκυσε λαθὼν τοῦ κουλεοῦ τὸ ξίφος. *Lys.* p. 93. v. 17. 20. πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰςῄει· et ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰςῄει. *Long.* p. 71. τούτων ὀρνίθων ἐπὶ προφάσει θήρας. *Aristaen.* I. Ep. 9. διανίστησι πεπτωκυίας λαβόμενος τῆς δεξιᾶς· ubi multum fallatur, si quis πεπτωκυίαν reponat. *Plato* initio Parmen. μου λαβόμενος τῆς χειρός· quo in genere, quod innumerum est, tum ornatus orationis spectatur, tum vehementia non nisi a perito judice sentienda; velut in illo Socratis ad Antisthenem, Ὁρῶ σου διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν φιλοδοξίαν. Diogeni Cynico minitatur aliquis superstitiosus apud *Diogen. L.* VI, 48. μιᾷ πληγῇ τὴν κεφαλήν σου διαῤῥήξω. Quod sequitur μάτην ita ceperunt interpretes, quasi nihil differret a προῖκα· neque diffiteor, si sententiam adspicias, optime convenire; sed quoniam renititur usus vocabuli certissimus, a *Graevio* jure castigatos existimo, eamque *Luciano* fuisse mentem: *ergo tu frustra susceperis tam longinquae navigationis inanem molestiam, siquidem, nisi ratam oboli mercedem expromseris, in vitam tibi erit redeundum:* confer D. XXIII. §. 3. ideo mox Menippus, ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν· nec multum abit *Apuleji* jocus, *aes si forte prae manu non fuerit, nemo eum exspirare patietur?* Ceterum illud μάτην in Episcoporum contra Paulum Samosatensem epistola apud *Euseb.* H. E. VII. c. 30. pag. 361. usu rariore ponitur: μάτην καρπούμενος τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι etc. id est, *nulla pro pecuniis acceptis opera reddita: frustratus eorum spem, qui*

auxilium ejus ad pericula depellenda pretio emerant. Hemst. Discrimen illud, quod μάτην inter et προῖκα intercedit, etiam h. l. a *Nostro* observatum esse, quam clarissime ostendit in sqq. ejusdem Charonis interrogatio: *Μόνος οὖν αὐχήσεις προῖκα πεπλευκέναι;* et quae ad haec respondet Menippus. Quae, in hoc scriptore plane fieri non potest, ut idem significent, de quo jam ante actum fuisset. Veruntamen nec *Graevius*, nec *Hemsterhusius*, recte haec verba explicuisse videntur. *Μάτην* propria vi sua est *frustra*, i. e. sine optato, vel sperato, eventu, vel successu. Spes autem, quae per hanc vocem frustrata indicatur, semper ejus esse cogitatur, qui Subjecti loco enuntiationi inest; atque adeo *πέπλευκα μάτην* per se quidem nihil aliud esse potest, quam: *frustra navigavi*, i. e. non nactus sum eum eventum, quem ego mihi ex hac navigatione speraveram. Hactenus ergo per naturam linguae recte interpreteris Charonis verba, ut *Graevius* interpretatus est: *nihil igitur proderit tibi tam longa navigatio confecta*, vel, ut *Hemsterhusius*: *ergo tu frustra susceperis tam longinquae navigationis inanem molestiam.* At ea ipsa, quae jam hic interpres addit: *siquidem, nisi ratam oboli mercedem expromseris, in vitam tibi erit redeundum*, omnem hanc interpretationem evidentissime falsitatis arguunt. Quid enim? si jam Menippus respondisset: *Age igitur jam reveha me in vitam!* uti postea vere Menippus sibi fieri voluit: *Οὐκοῦν ἀπάγαγέ με αὖθις ἐς τὸν βίον.* ubi Charon plane aliter respondet: *Χαρίεν λέγεις· ἵνα καὶ πληγὰς — προςλάβω;* ac si paullo superius eum respondere consentaneum fuisset. Quid multa? haec non potuit Charonis mens esse. Cogita potius ante omnia interrogativam sententiam, qualem veteres interpretes Latini expresserunt; deinde *μάτην* finge ad Subjectum ipsum Charonem referri, quasi sequerentur haec fere verba: *Μάτην οὖν ἔσομαί σε διαπεπορθμευμένος* vel *διαπεπορθμευκὼς τοςοῦτον πλοῦν;* Hoc, opinor, est illud, quod Charon voluit, et quod sic in Arg. ed. Latine redditum reperio: *Num ergo te tam longo trajectu gratis* (poterat hic etiam *frustra* dici) *transvexero?* Mutat autem Charon Subjectum, haud dubie propterea, quod barbarismum reformidaret, et voce jam *μάτην* ita utitur, ut non reprehendendi omnino videantur ii, qui per *gratis* eam verterint, modo sententiam Charonis hujusmodi sibi cogitent: *Frustra igitur fuerit opera mea, quod tam longo itinere mecum trajeceris?* Lehm.

Ead. l. 7. *Μάτην οὖν* etc.) Male vertunt haec verba: *μάτην οὖν ἔσῃ πεπλευκὼς τοςοῦτον πλοῦν, num ergo tam longo trajectu te gratis transvexero;* cum illorum haec sit sententia:

nihil igitur tibi proderit tam longa navigatio confecta, cum obolum naulon non tecum adtuleris. Sed paullo ante melius Ms. *κἀγὼ τῷ ξύλῳ σε πατάξας διαλύσω τὸ κρανίον·* male in editis *σου πατάξας*. Graev.

Pag. 223. l. 1. *Ἔσῃ*) *Ἔσομαι* forte. Guyet.

Ead. l. 7. *Τούτου γε ἕνεκα νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον παράμενε*) Interpretantur omnes, auctore *Erasmo*, *quin igitur vel hujus gratia, perge, ut facis, navim trahere*, quo nihil aliud, quam ostendunt se nihil percepisse. Quid enim id notat? Merito adnotavit pater, *nave subducta naulum* vel *portorium exspecta*. Gron.

Ead. l. 12. *Μόνος . . . προῖκα*) *Etymol. Magn.* v. *Δανάκη* docet immunes fuisse omnes Averni vicinos, *Strabo* autem Hermionaeos lib. VIII. Solan.

Pag. 224. l. 1. *Τῆς κώπης*] Locus parilis in Cataplo: sic enim ibi Cyniscus ad Charontem: *τἄλλα δὲ ἢν ἀντλεῖν ἐθέλῃς, ἕτοιμος καὶ πρόςπωπος εἶναι.* Ad remos ipsas animas regente clavum Charonte sedisse multi docuerunt: vide cultissimum *Broekhuisium* ad lib IV. Eleg. 7. *Propertii:* quo loco ad *Luciani* dialogos lectorem remittit. Hemst. I. Cf. Char. c. 1. Lehm.

Ead. l. 10. *Θέρμους*) Profert *Thom. Mag.* in *Θέρμος.* Quod *Barthius* ad *Calpurn.* Ecl. III, 82. subdubitanter et velut auctoris oblitus scribit, *lupinos in mortuariis veterum coenis exhibitos manibus*, id jam confidentius ac temere pro vero venditat *Keuchen.* ad *Seren. Samon.* v. 736. nequicquam in hac caussa *Luciano* testimonium denuntiatur: longe rectius ex iisdem locis *Gonsal. de Salas* observavit ad *Petron.* c. 14. p. 76. *lupinos olim vilissimum fuisse pauperum cibarium; Cynicorum vero adeo creberrimum, ut vix unquam a Cynici pera abesse lupinos contingeret.* Cum autem addit, *Inde Crates apud Aristotelem*, vel errore vel memoria labitur: exstat enim ille locus in excerptis *Teletis* apud *Stob.* p. 524. *Οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης, Οὐκ οἶσθα, φησὶ, πήρα δύναμιν ἡλίκην ἔχει, Θέρμων τε χοῖνιξ, καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν· τῷ ὄντι γὰρ μέγα καὶ ἀξιόλογον μετὰ πήρας καὶ θέρμων, καὶ λαχάνων, καὶ ὕδατος μηδενὸς φροντίζειν, ἀλλ' εἶναι ἀθώπευτον καὶ ἀκολάκευτον.* Duo jambi rotundissimi, quorum alterum habet etiam *Diogen. L.* VI, 86. quin ex ephemeride Cratetis sint decerpti, minime dubito. De *δείπνῳ Ἑκάτης* dictum est pag. 469. sqq. (ad Dial. 1.) Hemst.

Pag. 225. l. 1. *Κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει*) Verba illa vertunt, *nec quicquam ipsi curae est.* Mavelim ego, *neminem curat.* Illud *οὐδενὸς* non ad *πρᾶγμα*, sed ad personam referri debere

videtur. Sic in Evang. *Marci* XII, 14. Pharisaei et Herodiani dicunt Jesu: *Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός·* Magister, novimus te veracem esse, et non curare quemquam. *L. BOS Animadv. c. XII. p.* 55. *Οὐδενὸς* pro mutato genere vel rem, vel personam indicat: posterius mihi non secus atque clariss. *L. Bos* placuit: eum explicandi modum postulat solius veritatis memor Cynici persona, cujus dicendi libertatem nulla hominum conditio, nulli dignitatum gradus refraenabant. Cratetem sine dubio sic intellexit *Teles*, quem superiore nota testem citavimus, quando post *μηδενὸς φροντίζειν* subjicit *ἀλλ' εἶναι ἀθώπευτον, καὶ ἀκολάκευτον*, nullius hominis respectum habere, sed talem se gerere, qui nemini nec verborum lenociniis obrepat, nec adsentetur: longe ab ista mente aberravit interpres *Stobaei*. Hoc sane multo magis in Christo verum *Matth.* XXII, 16. Marc. XII, 14. sed a callidis veteratoribus laquei vice cumulatae laudis simulatio adhibebatur, quia quaestionem erant insidiosam proposituri de censu Caesari solvendo: quasi dicerent, ubi veritas agitur, scire se, adeo nullam personarum dignitatis rationem habere Christum, ut ne Caesaris quidem majestate retineri possit, quin animi cogitata libere planissimeque explicet. Neutrum genus utrobique non tantum vim orationis corrumpet, sed sententiam insuper alienam reddet. *Diogen. L.* II, 34. *εἰ δὲ φαῦλοι, ἡμῖν αὐτῶν οὐδὲν μελήσει.* Saepius autem accidit, ut commode ponatur: ut apud *Dion. Chrys.* Or. XXXII. pag. 370. D. *ὡς τῶν γε ἄλλων οὐδενὸς αὐτοῖς μέλει.* Est alioqui frequens loquendi formula, *οὐδὲν αὐτῷ μέλει· Alexis* apud *Athen.* X. p. 421. D. — *τῷ δ' οὐδὲν μέλει. Plato* p. 19. D. *ὅτι σοι οὐδὲν μεμέληκεν·* Euthyd. p. 211. A. *τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν σεμνῶν δὴ καὶ δοκούντων τι εἶναι οὐδὲν ὑμῖν μέλει·* atque adeo *Xenophontem* in Symp. p. 516. v. 31. una litera locupletare mihi liceat, *οὐκέτι οὐδὲν μέλει οὐδενὶ*, pro *οὐδέ*. HEMST.

Ead. l. 14. *ΠΛΟΥΤΩΝ*) Dolendum est, adeo caeca ratione procurari editiones, cujus hoc sane quam perspicuum documentum est, non nisi ex editione *Benedicti*, in multis nugatoria, adoptatum, cum recte Basileensis non hanc adpellationem praemiserit, sed alteram *ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΣ*, quod necessario fieri debere quivis videt; nunc tamen admoneri debuit vel in futurum bonum. GRON.

Ead. l. 18. *Ἡμέτερε Ζεῦ*) Sic *Homero* Il. *I.* *Ζεὺς καταχθόνιος*. Eodem nomine adpellat *Virgil.* IV, 638. *Jupiter Stygius.* SOLAN. Poëtarum usu *Ζεὺς* commune quasi trium fratrum nomen Neptuno etiam Plutonique tribuitur, ac velut

imperii ac majestatis habet significationem: *Pausan.* II. pag. 166. de Neptuno, quod insolentius est, testem laudat *Aeschylum:* atque ita Doris *Simmiae* Rhodio *κυμοκτύπων Ἥρα ἁλίων μυχῶν, praeses et domina*, apud *Hephaest.* p. 43. Eidem eleganter in Suppl. v. 239. *Ζεὺς ἄλλος* Pluto dicitur, qui de manibus decretoriam pronuntiat sententiam: Tragici mentem improba *Stanleji* versio obfuscavit. *Barthius* autem ad *Stat.* Th. II, 49. ubi *nigrum. Stygium, Tartareum Jovem* illustrat, istorum *Luciani* verborum non fuit oblitus. Egregia vero ex Pythagorae disciplina de duobus bemisphaeriis, quorum superioris imperium sit penes regem Jovem, et reginam Junonem, inferioris penes Ditem Jovem infernum, et Proserpinam Junonem infernam, adnotavit *Lutat.* ad *Stat.* IV, 527. quae de plenis *Servii* commentariis ad Aen. VI, 138. esse promta suspicor: si contuleris, quae observavimus ad p. 92. lin. 10. facile constet, unde Socrates hauserit *πόλον σφαιροειδῆ, οὗ τὸ μὲν ἕτερον ἡμισφαίριον θεοὶ ἔλαχον οἱ οὐράνιοι, τὸ δὲ ἕτερον οἱ ὑπένερθεν* apud *Aeschin.* Dial. III. p. 162. Verum *Lucianus,* cum Protesilaum hic dicentem facit *ἡμέτερε Ζεῦ*, principem poëtarum tetigit, cujus est Il. *I*, 457.

Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια.

Hemst. Coelestis Jupiter in Char. c. 1. dicitur *ὁ ἄνω Ζεὺς*, respectu Plutonis. Lehm.

Ead. l. 22. *Φυλάκιος*) A *Φυλάκη*, *Φυλάκιος*. unde et *Φυλακίδης*. Vid *Stephan.* Guyet. A Phylace urbe Phthiotidis non procul a Thebis, quae tamen inter fines Thessaliae; unde nonnunquam apud hunc auctorem *Thessalus* vocatur Protesilaus. Leed. Ms. Ox. *Φινάκιος*. Sed proba vulgata. V. *Homer.* Il. *B.* 695. 698. Thessaliae urbs Phylace: hinc inter Thessalica etiam, certe adpendicis loco, in Saltat. Protesilaum recenset *Noster* c. 52. et 53. Solan. Gentile *Φυλακήσιος*, quemadmodum *Ἰθακήσιος*, fingit *Stephanus:* vide *Burmanni* Catal. Argon. in *Iphiclus alter.* A *Φυλάκιος*, vel potius *Φυλακεῖος*, aut *Φυλακεὺς* nascitur *Apollonii Φυλακηΐς* Argon. I, 47. Antiquum Phylaces nomen abiisse in *Θήβας τὰς Ἀχαΐδας* scribit *Dicaearchus: καὶ Θήβας τὰς Ἀχαΐδας πρότερον Φυλάκην καλουμένην, ὅθεν ἦν καὶ Πρωτεσίλαος*· verum utrasque situ tamen propinquas distinguit *Strabo* IX. p. 661. C. 664. C. Haec est, cujus *Stephanus* meminit, *Θήβη τρίτη Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος*. Protesilaum autem cum poëtae vocant Phylaciden, non ab oppido ductam esse hanc adpellationem, sed ab avo, praeter formam patronymicam syllabae primae quantitas ab *Homero* signata Il. *B.* 700. et 705. manifesto demonstrat. Quae huc spectant, multa dabit *N. Heinsius* ad *Ovid.*

Ep. Her. XIII, 35. ubi *Phylleïdes* cupidius admiratione vocabuli rarioris intrusum puto, quam verius; nam nihil aeque opportunum, quam

— *Conveniunt matres Phylaceïdes*,

ab illa urbe, quam utique Loadamia incolebat *Homero* notam, apud quem nulla usquam Phyllus comparet, tum forte nondum condita: idcirco tutius eam lectionem teneri arbitror, quae a communi vatum fonte fuerit derivata. *Tzetz.* Chil. II. cap. 52. postquam Protesilai historiam explicuit, *Λουκιανὸς*, ait, *Φιλόστρατος γράφει τὴν ἱστορίαν, Καί τινες ἄλλοι μέμνηνται καὶ ποιηταὶ καὶ νέοι*, sine dubio dialogum istum indicans: *Philostratum* vide p. 662. cum *Oleario*, et saepius in Heroïc. *Aristid.* T. III. pag. 374. C. *καθάπερ τὸν Πρωτεσίλαον φασὶ παραιτησάμενον τοὺς κάτω γεγενῆσθαι μετὰ τῶν ζώντων*· *Propert.* I. El. XIX, 7. et *Broukh. Minuc. Fel.* cap. 11. *Quis unus ab inferis vel Protesilai sorte remeavit, horarum (trium) saltem permisso commeatu, vel ut exemplo crederemus.* Plane verum est, quod monet *Tzetzes*, multos decantatissimi casus fecisse mentionem; neque lubet ab aliis prolatos veterum locos accessione nova cumulare. Hemst.

Pag. 226. l. 4. *Αὐτῶν*) Mallem, si codex aliquis addiceret, *αὐτοῦ*, scilicet ἔρωτος. Hemst. *Αὐτῶν* ex ἔρωτος explicandum: *eorum, quae quis amat*, compotem fieri. Est haec ratio ita *Nostro* solennis, ut de mutatione minime sit cogitandum. *Ἀδυνάτων ἐρᾷν* Diall. Deor. VIII. fin. Proxime ad nostrum locum accedunt, quae Jupiter dicit Diall. Deor. II. extr. *ἐρᾷν μὲν (θέλω), ἀπραγμονέστερον δ' αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν*, ubi vid. Adnot. et cf. quae ad Nigr. cap. 6. dicta sunt. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἕκτορος*) *Homerus* Hectorem non nominat, sed Dardanum tantum. *Hyginus* tamen CIII. et *Ovid.* Metam. XII, 67. cum *Luciano* sentiunt. Solan.

Ead. l. 8. *Ἀποκναίει*] *Adrodit, excruciat*: *Noster* Catapl. *ἔτι δὲ καὶ ἡ κνίσσα ἡ τῶν σκευαζομένων ἐς τὸ δεῖπνον ἀπέκναιέ με.* *Aristoph.* in Vesp. *Ἀλλ' αὐτήν μοι τὴν δουλείαν οὐκ ἀποφαίνων ἀποκναίεις*· ibi *Menandri* locum *Scholiastes* notat: *Τί οὖν καθεύδεις; σύ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν.* Elegantissime *Dionys. Halic.* lib. de Admiranda vi dic. in Demost. *καὶ τῶν περιόδων ἑκάστη δι' ἀντιθέτων κατεσκεύασται ὥςτ' ἀποκναίειν τοὺς ἀκούοντας ἀηδίᾳ καὶ κόρῳ*· et *Heliod.* lib. III. pag. 136. *καί σε ἀποκναίειν ᾠήθην*· et lib. IV. p. 163. V, 134. Apud *Hesychium* vitiose legitur *Ἀποκαίει* pro *Ἀποκναίει, λυπεῖ, φονεύει*· quae in eo sequuntur, tentata sunt a *Salmasio* et ex

parte restituta: Tu vero nobiscum omnia sic refice: *Ἀποκναίει, ἀποκάμνει, ἀπολλύει, ἀποτρίβει, ἀποκόπτει· Ἀπολλύει* e *Suida*, apud quem eam vocem e Mss. restituit acutissimus *Kusterus*, desumsi: alias adrideret sane *ἀποξύει·* cui emendationi momentum adderet hic e *Galeni Glossis* locus: *Ἀποκναίειν, μάλιστα μὲν τὸ ἀποξύειν, ἤδη δὲ καὶ τὸ καταφθείρειν καὶ τὸ κατισχναίειν·* ex isto tamen *Ἀπολλύειν* et *Galeni καταφθείρειν* patet significationem *τοῦ φονεύειν* huic etiam verbo posse convenire; ipse quoque *Hesychius Ἀποκναίεις, ἀναιρεῖς·* vide et *ἀπόκναισις*. Hemst. I. Cf. etiam Nigr. c. 8. et Gall. c. 1. Lehm.

Ead. l. 12. *Τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἦν*) Id est, amor, desiderium uxoris. Guyet. Reddiderunt *Micyllus* et *Benedictus*, *sed haec res praevaluit pondere:* quanquam obscurius, voluisse tamen eos puto, *sed is in uxorem amor meus omni pondere*, quomodo loquitur *Cicero* de Off. III. §. 35. *gravior erat, quam ut hausta Lethes aqua potuerit exstingui.* Ejusmodi certe sententiam nexus orationis institutae requirit: sed valde vereor, ut Graecae linguae consuetudo potestatem illam in *ὑπέρογκος* ferat. Quare, nisi quid vitii majoris occultetur, potius flexu significationis levi dedero, *meus amor omnem modum excedebat, molisque grandioris erat, quam ut Lethaeo liquore obrui posset.* *Ὑπέρογκα* sane dicuntur a Graecis proprie, quae molem magnitudinis enormem habent, atque immoderata sunt: ideo *Ὑπέρογκον Hesychius* exponit non tantum *μέγα, ὑψηλὸν*, sed et *ὑπέρμετρον·* inde manat, pro tumide magnificis, extraordinariis rebus, quaeque hominum oculos ad se convertunt, eandem vocem poni, sic tamen, ut in illa potestate semper aliquid vitiosi atque indecori haereat admixtum. Mox pro *οὐκοῦν* forte non deterius legeretur, *σὺ γοῦν*. Hemst. Neque tamen propterea sic scripsisse putandus *Lucianus*, quum *οὐκοῦν* reprehendi nullo modo possit. *Ὑπέρογκον κράζειν* Demonact. c. 48. *ultra modum clamare*, ut bene interpres. Propria vi legitur haec vox Tim. c. 15. Lehm. — *Ὑπέρογκον τοῦ σώματος* in *Aelian.* V. H. *ὑπέρογκοι κλάδοι, ὑπέρογκος φωνὴ, ὑπέρογκος πόλις* apud *Pollucem.* Observa itaque hanc vocis illius notionem. *Heliodorus* singulari etiam ratione *ὑπέρογκα* vocare solet quaecunque sunt magnifica atque extraordinaria, spectatorumque animos admiratione tacita perfundunt; ut cognosces ex sequentibus exemplis: lib. V. pag. 214. *ὑπέρογκον τὸ τέλος τοῦ δράματος·* paullumque aliter idem lib. VIII. p. 299. *τὸ φρόνημα ἐξ εὐγενείας ὑπέρογκος·* p. 314. *πομπείαν ὑπέρογκόν τινα σοβεῖν·* p.

334. *προπύλαια ὑπέρογκα·* p. 335. *φρόνημα μέγα καὶ ὑπέρογκον καὶ βασίλειον.* HEMST. I.

Pag. 227. l. 3. *Κᾀκείνην*) Uxori ejus nomen erat Laodamia, quam ferunt desiderium mariti non ferentem sibi necem conscivisse. Vid. *Hygin.* CCXLIII. et CIII. et CIV. Eo itaque hic respicit *Lucianus.* Nomen habet de Salt. cap. 53. SOLAN.

Ead. l. 8. *Τὴν ὁμογενῆ μου Ἄλκηστιν*) Si velis scire, Lector, in quo gradu consanguinitatis fuerit Protesilaus et Alcestis, en tibi stemma ex *Apollodoro, Didymo, Pindari Scholiaste, Plutarcho, Pausania* et aliis:

Aeolus

Cretheus	Deioneus
Pelias	Phylacus
Alcestis	Iphiclus
	Protesilaus. PALM.

Ead. l. 12. *Προςήσεται*) MSS. Ox. P. et L. pro vulgato *προςόψεται.* Vid. *Xenoph.* Cyrop. L. VII. p. 103, 21. SOLAN. Ferri non poterat admissum in edd. vulgatas *προςόψεται*, quippe quod nec cum *οὐδὲ διαγνῶναι δυναμένη*, nec cum *φεύξεταί σε* satis adcurate conveniret. *Moschopul.* *Ὀν. Ἀττ. Ἐκλ.* *Προςίεμαι, τὸ μέλλον προςήσομαι, ὁ ἀόριστος προςηκάμην* etc. Ex *Appiano Suidas: Ταρκύνιον προςήσεσθαι. Nost.* Phal. I. §. 14. HEMST.

Pag. 228. l. 1. *Καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ*) *Mercurium jube, postquam ad lucem pervenerit Protesilaus, contactum virga, mox in adolescentem formosum eum convertere.* Sed quid sibi velit praepositio *ἐν*, in *καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ*, non intelligo. *Καθικέσθαι τῇ ῥάβδῳ* satis plene dicitur. *Homerus* Iliad. Ξ. v. 104.

Ὦ Ὀδυσεῦ, μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ
Ἀργαλέῃ,

O Ulysses, valde meum penetrasti animum increpatione gravi. Neque vero si in hac locutione intelligatur praepositio, videtur *ἐν*, sed *σὺν* subaudiendum. An *μὲν* pro *ἐν* legendum? JENS. Miratur clar. *Jensius,* cur *ἐν* hic praeponatur; et merito miratur: ubinam enim his similia reperias? Servandam tamen, quam omnes Codd. tuentur, lectionem duximus: sic enim iterum *Noster* alibi Quom. Hist. Cons. cap. 12. *ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα* (cui similis exstat phrasis in Epigrammate, teste *Constant.* Lex. *ἐν βέλει πληγείς*) quanquam ibi MS. G. et L. *ἐνὶ* legunt. *Euripid.* autem El. v. 321. *Καὶ σκῆπτρ' ἐν*

οἷς Ἕλλησιν ἐστρατηλάτει· et Suppl. v. 593. Has partes virgae Mercurii datas an etiam scriptores Graeci superstites agnoscant, nescio: haud temere utique a *Luciano* dictum crediderim. SOLAN. Quamvis in Symp. §. 16. scripserit *Lucianus*, τάχα δ' ἂν τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, nihil tamen ab optimorum scriptorum usu alienum fecit, cum hic interposuit ἐν τῇ ῥάβδῳ. Multi haud infimi ordinis ita sunt locuti non tantum quando Ablativus instrumenti, sed et alius quicunque ponendus erat: ideo non raro fit, ut in eodem orationis contextu additum omissumque reperiatur. *Aristot.* Hist. Anim. IV. p. 111. λαμβάνονται δὲ καὶ λάβρακες . . . . . τριόδοντι . . . εἰ δὲ μή, οὐδὲν δοκεῖ τῶν τοιούτων ληφθῆναι ἐν τῷ τριόδοντι. *Tryphon* I. Anth. c. 37. Ep. 14. Οὐκ ἄορι πληγεὶς, οὐδ' ἐν βέλει, ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ Χείλεα —. *Arriano* Ἀ. Ἀ. III. cap. 30. ἐν κλοιῷ δῆσαι, quod apud *Xenophontem* et *Nostrum* De Merc. Cond. c. 24. simpliciter est κλοιῷ δεθείς. *Aelian.* V. H. XIII, 1. ἐτρέφετο ἐν αὐτοῖς ἐν ὀρείῳ τῇ τροφῇ· ubi prius ἐν Mss. auctoribus est delendum. *Philo* Βελοπ. V. ἐν ὑπερῴοις διαλημμένοις ἐν ἀμόργῳ. *Polemo* Physiogn. I. pag. 170. πειθόμενος ἐν δώροις ὁ τοιοῦτος ἀνήρ. *Antiphon* de Herod. Caed. p. 136. v. 18. σὺ δέ με ἐν ἀφανεῖ λόγῳ ζητεῖς ἀπολέσαι· qualia notavit ex *Herodoto Raphel.* ad 1. Thess. IV, 18. *Manetho* I, 239. — ἐν κατοχαῖσι θεῶν πεπεδημένοι αἰεί. *Quint. Calab.* VIII, 9. — νῆας τ' ἀμαθύνειν Ἐν πυρὶ λευγαλέῳ —. Neque erat caussa, cur *Needhamus Hierocli* demeret ad Aur. Carm. p. 206. τὴν λυγρὰν ἔριν περικόπτων ἐν ἑκουσίῳ φυγῇ. Verum hujus generis exempla numero carent: vide *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. XX. quem *Luciani* locus hicce non effugit. Erat autem virga Mercurii potentissimae virtutis, ac paene magicae, qua, si vellet, admota formas alias inducebat: sic *Cadmum suo caduceo tactum vertit in serpentem*, teste *Schol. Cruquiano* ad *Horat.* A. P. v. 187. ideo θαυμασίαν τὴν δύναμιν dixit Apollo Diall. Deor. VII. HEMST. Vim instrumentalem, quam Grammatici dicunt, Praepositioni ἐν aliquatenus tribui posse, quatenus scilicet in unaquaque lingua notiones adfines transferendo permutari, et una pro altera cogitari possit, non equidem negabo: ita nec hoc negabo, διαγωνίζεσθαι ἐν ὅπλοις, φονεύειν ἐν ἀκοντίοις et multa similia, quae *Hemsterhusius* e thesauris suis depromsit vel profudit, recte dici posse, modo hoc teneatur, ne forte in immensum exspatiemur, propriam Praepositionis ἐν indolem ac vim aliam esse, atque meri Ablativi, et ubi ἐν Ablativum instrumenti indicare videatur, tum notionum mutuum nexum, tum optimorum scriptorum usum respiciendum esse: neque enim

Analogia dicendi sola suffecerit, ut ad certum judicium pervenias. Jam est quidem aliquid, quod paene omnes libri in hoc nostro loco lectionem ἐν τῇ ῥάβδῳ tuentur; et quod in uno codice Paris. ἐν deest, ejus rei caussa facilius inveniri possit, quam si ἐν ab aliena manu interposita habeatur. Verum in hac quaestione maxime id agi videtur, ut *καθικνεῖσθαί τινος ἔν τινι, contingere aliquem aliqua re,* certis exemplis ex ipso *Luciano*, vel aliis bonis scriptoribus, comprobetur. Atqui hoc neque ab *Hemsterhusio*, neque a *Solano* factum est. Imo potius notio illa, ubi apud veteres occurrit, nec raro illa occurrit, semper per solum Dativum significatur. *Aelian.* V. H. II, 6. quem locum *Schmiederus* adfert, sine varietate lectionis reperitur: *καθίκετο αὐτοῦ τῇ ῥάβδῳ Ἱππόμαχος. Plutarch.* Vit. Alcib. p. 13. l. 15. ed. *Reisk.* κονδύλῳ καθικόμενος αὐτοῦ παρῆλθε. Idem Vit. Anton. σκύτεσι λασίοις καθικόμενοι μετὰ παιδιᾶς τῶν ἐντυγχανόντων. Quin ipse *Lucianus* in eo loco, quem nec *Hemsterhusius* silentio praeteriit, Symp. s. Lapith. c. 16. scripsit: τάχα δ' ἂν τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ. Tot contra clamantibus exemplis non poteram, quin Praepositionem certe ut suspectam notarem. Lehm.

Ibid. Ἀπεργάσασθαι αὐτὸν) *Thom. Mag.* in Βούλομαι p. 31. Hemst.

Ead. l. 4. *Μίαν* etc.) Satis erat: nam uxor viso marito statim prae gaudio in amplexibus ejus moriebatur, ut *Servius* habet ad Aen. VI, 447. *Hyginus* aliter narrat historiam F. CIII. et CIV. Lehm.

Ead. l. 23. Καὶ καλὸς ἦν) Mox tria Diogenes commemorat, quibus umbra Mausoli efferebatur, τὴν βασιλείαν, τὸ κάλλος, et τὸ βάρος τοῦ τάφου· eadem in his etiam verbis ut commode distincta cognoscas, una vocula faciet apto loco interposita, καὶ ὅτι καλὸς ἦν. Nunc omnia sunt liquida, et ordine justo decurrunt: μέγα φρονῶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ . . . καὶ ὅτι καλὸς ἦν . . . . τὸ δὲ μέγιστον ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ etc. nam ὑπηγαγόμην et ἐπέβην a superioribus pendent, ὃς ἐβασίλευσα, ἦρξα etc. Verum de Mausoli rebus gestis et hoc ipso loco alibi dicemus adcuratius: videntur enim mendo laborare ἄχρι Μιλήτου ἐπέβην· quanquam ex *Polyaeno* constet VI. c. 8. Miletum Ionicarum urbium florentissimam a Mausolo fuisse proditione tentatam. Mausolei autem septem mirandis terrarum orbis spectaculis adscripti qui mentionem fecerint, ostendent *Leo Allatius* ad *Philon. Byzant. Gisb. Cuper.* Num. Ant. Ill. pag. 236. qui *Luciani* quoque verba protulit, itidemque *Davis.* ad *Cicer.* T. D. III. c. 31. *Eustath.* ad Il. Ψ. p. 1298. v. 52. Καὶ ὁ μὲν τοῦ Μαυσώλου μάλα πολλὸς (πολυτε-

λῆς, περιβόητος, vel aliud, quod propius accedat, vocabulum reponi debet) τάφος ἄκρως περιείργασται, καὶ θαῦμα καὶ ἦν καὶ ἔστιν. Mox pro ἀνδρῶν nescio an melius scribatur ἀνδριάντων· nam cur ἀνδρῶν, ubi statuae plures erant, et Deorum? Equos intelligere puto illius quadrigae marmoreae, quam in summo pyramidis cacumine Pythis sive Pytheus exegerat. Quod autem ad sui sepulcri magnificentiam vix templum ullum comparari posse Mausolus jactat, de Rufino dixit *Claudian.* in Rufin. II, 448.

Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos exstruxit culmina manes. Hemst.

Καὶ ante καλὸς ἦν referendum ad priora καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ — καὶ καλὸς ἦν. Nec opus est, ut corrigas καὶ ὅτι καλὸς ἦν. Est scilicet haec ratio iis Anacoluthorum generibus adnumeranda, quae in optimo quoque scriptore facile patiaris. Simplicitatem prae se fert; perspicuitati nihil obest. Cf. Prom. s. Cauc. c. 18. αὕτη γὰρ, οἶμαι, φύσις — (ὅτι) οὐδέν τι ἔλαττον γίγνεται. Idem judicare videtur *Abreschius* Dilucc. Thucyd. p. 113. Ἀνδρῶν vero in Plurali ob ἵππων positum de uno Mausolo videtur intelligendum: genere pro individuo; nisi imagines pictas cogitare malis. Descripserunt Mausoleum *Plin.* H. N. IV, 36. et *Caylus* in Mémoires de l'Acad. des B. L. Tom. XLIV. Lehm.

Pag. 229. l. 2. Παμμέγεθες) Patebat, teste *Plinio*, ab Austro et Septemtrione sexagenos ternos pedes. Solan.

Ead. l. 12. Οὐκ ἔχω) Mirum, in omnibus qua scriptis, qua vulgatis libris hoc prostare, cum tamen nihil expeditius videatur, quam persona mutata legendum esse, οὐκ ἔχοις εἰπεῖν· *quod si formae arbitrum diligamus, dicere tu nequeas, cur tuum cranium meo sit praeferendum*: plane ut Dial. XXVIII. οὐκ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν etc. Hemst. In cod. 2954. legitur οὐκ ἂν ἔχω εἰπεῖν, unde *Belinus* scribi vult οὐκ ἂν ἔχοι εἰπεῖν. Equidem nihil mutandum censeo. Οὐκ ἔχω εἰπεῖν potest, ut οὐκ οἶδ' ὅπως, εὖ οἶδ' ὅπως, et alia similia, παρενθέτως insertum sententiae videri, ut augeretur sententiae vis: *Nulla omnino de caussa tuum cranium praeferatur meo.* Quodsi tamen Parisiense illud ἂν respici velis, non intelligo certe, cur secundam personam cum *Hemst.* cuicunque alii praeferre placeat: prima certe, οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν, nescio an aeque congruat. Lehm.

Ead. l. 15. Ἀποσεσιμώμεθα) Hinc *Stephanus* adnotavit in Thes. ἀποσεσιμώμεθα τὴν ῥῖνα. *Paulus Aegin.* VI. pag. 213. Τῆς ῥινὸς τὸ μὲν κάτω μέρος χονδρῶδες ὂν οὐ κατάγνυται οὔτ',

ἀλλὰ θλάττεται καὶ σιμοῦται καὶ διαστρέφεται. Egregie *Sulpicius Luperc.* in Catal. *Pith.* p. 23.

Simataeque jacent pando sinuamine nares. Hemst.

Ead. l. 17. *Εἶεν ἐπιδείκνυσθαι*) Putaverit aliquis, abesse εἶεν ἱκανοὶ, vel οἷοι ἐπιδείκνυσθαι. Nihil abest: amant eam structuram aliquando in verbo εἰμί· paullo aliter *Lysias* pag. 153. v. 27. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦν τὰ ἑαυτοῦ πράττειν. De Mausoleo *Gregor. Nazianz.* in Anecd. *Murator.* Ep. 147.

Μαυσώλου τάφος ἐστὶ πελώριος, ἀλλὰ Κάρεσσι
Τίμιος· οὔτις ἐκεῖ τυμβολέτις παλάμη.

Hemst.

Pag. 230. l. 1. *Πλὴν εἰ μὴ*] Notavit hanc locutionem ipse *Lucianus* in Soloecista: puriores enim dixerunt πλὴν εἰ, vel εἰ μὴ, ut egregie docuit Eruditiss. *Graevius* p. 741. Sed *Samosatensis* noster hanc suam praeceptionem ipse saepe non servavit. Hemst. I.

Ead. l. 10. *Καὶ ἀδελφῆς*) Sororem *Gellius* non dicit: sed apud *Suidam* et *Strab.* XIV. p. m. 452. B. soror etiam traditur. Solan.

Ibid. *Τοῦ μὲν σώματος*) Interpretes, quasi legissent, aut legi voluissent περὶ τοῦ μὲν σώματος, *contra Diogenes ne id quidem suo de corpore novit*: nimirum fraudi fuit optimis viris interpunctio cunctis in edd. post σώματος posita; qua demta partes orationis ita connectuntur: ὁ Δ. δὲ οὐκ οἶδεν εἰ καὶ ἔχει τινὰ τάφον τοῦ σώματος· Diogenes enim, ut talem philosophum decebat, existimans mentem esse solam τὸν ὄντως ἄνθρωπον, huic excolendae tantum incubuerat, corpore suo quid fieret post mortem, nihil omnino curans: expressit hanc ejus sententiam, qui epistolis a se confictis Diogenis nomen praescripsit Ep. 25. Vid. *Diog. Laërt.* VI, 77. 78. 79. Illud autem aculeatum Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε· praeterquam enim quod philosophi ἀνδράποδα vocent et ἀνδραποδώδεις eos homines, qui corpori corporisque voluptatibus servili nexu sunt addicti, mancipia corporis, ut ait *Seneca*, voluptatumque, respicitur ad Cariae conditionem, ex qua non minus atque ex finitimis regionibus servorum greges in Graeciam mittebantur: hinc Καρίων frequens mancipii nomen, etiam apud *Nostrum*: similis elegantia notata ad Diall. II, 2. (p. 144. l. 6.) Hemst.

Ead. l. 11. *Τάφον ἔχει*) Habuit sepulcrum prope Corinthum. Vide *Pausan.* Corinth. p. 45, 37. Solan.

Ead. l. 13. *Ἀνδρὸς βίον βεβιωκὼς*) Adscripsit pater, forte βεβιωκότος· sed et prius ferri potest. Gron. Pro αὐτοῦ scribe αὑτοῦ: nihil hoc leviculo errore in *Luciano* aliisque

frequentius, nihil itidem, quod facilius animadvertatur: sed quas rixas inter Grammaticos excitaverit et Mathematicos super *Arati* versiculi sensu Phaenom. v. 23. lege, sis, in Commentario *Theonis*. HEMST. I. Neque h. l. *αὐτοῦ* mutandum. Vid. Varr. Lectt. ad Diall. Marr. XII, 2. et Diall. Mortt. XII, 2. LEHM.

Pag. 231. l. 7. *Πότερος εὐμορφώτερός ἐστιν*) Sic quidem scribitur. Sed, ut jam plus semel in eodem mendo monuimus supra, *εὐμορφότερος* scribendum. In hoc unius paginae dialogo quater, quod mirandum, peccatur in hanc scripturam. At recte ea observata cum passim, tum in Hermot. c. 19. *πρὸς τὸ εὐμορφότατον*. Adde pro Imaginibus c. 6. et 20. Eadem scripturae macula infuscavit *Achillem Tatium* lib. VI. initio, *ὡς εὐμορφώτερος, ἔφη, παρὰ πολὺ γέγονας τῇ στολῇ*. Similiter male apud eundem ibidem p. 379. legas, *ἵνα αὐτὸν ἴδοις στεῤῥωτέροις δεσμοῖς δεδεμένον*. pro *εὐμορφότερος* et *στεῤῥοτέροις*. Apud *Aelianum* quoque Var. H. IX. c. 4. perperam, *Ἀνακρέων ἐπήνεσε Σμερδίην θερμώτερον*, pro *θερμότερον*· ut recte apud eundem scriptorem II. c. 12. IX. c. 39. X. c. 2. In contrarium peccatum in *Isocratis* Panathen. pag. 243. B. *Καί τοι τίνας ἂν τις κριτὰς ἱκανοτέρους ποιήσαιτο καὶ πιστοτέρους*. lege *ἱκανωτέρους*· ut recte p. 260. *ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καθιστάναι τοὺς ἱκανωτάτους τῶν πολιτῶν*. Apud eundem ibid. p. 289. E. pro *φιλοσοφοτέρους* scribendum *φιλοσοφωτέρους*. JENS. Similia vitia in ipsa quoque hac ed. *Hemst*. remanserant in Tim. c. 46. et Diall. Marr. I, 1. LEHM. Argumentum parile uti frequenter *Lucianus* tractavit, ita praecipue in Necyom. c. 15. si quis autem primam *Homeri* Iliada perlegerit, facile perspiciet, cui pleramque dialogi partem debeat *Auctor*. Mox ad Eruditiss. *Graevii* mentem verba *Lucianea* distinxi. HEMST. I.

Ead. l. 9. *Τίνες δὲ καὶ ἐστέ;*) Vide, quam inepte distinguatur haec *περικοπή*· *τίνες δὲ καὶ ἐστὲ πρότερον οἶμαι; χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι*· hanc ineptam distinctionem non poterat non inepta sequi versio. Sed sic interpungendum: *τίνες δὲ καὶ ἐστέ; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι*· *Quinam vos estis? Prius enim, opinor, decet hoc scire.* GRAEV.

Ibid. *Πρότερον*) Lege omnino, *πρότερον γὰρ, οἶμαι, χρὴ*, non ut in libris est, *πρότερον οἶμαι χρὴ γάρ*. SOLAN. *Πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ*) Priorem illam, quae cunctas edd. obsederat, distinctionem, auctore *Graevio*, jamdudum mutavi. Scriptum fuit in Fl. *τίνες δὲ καὶ ἐστὲ πρότερον οἶμαι· χρὴ γὰρ* . . . . Ceterae nihil aliud, quam interrogandi notam supposuerunt: *γὰρ* nimis, ut videbatur, ab initio re-

motum hanc interpungendi absurditatem peperit. Nihil erat, cui ista particulae sede offenderentur: ne quis movere velit, pauca de multis exempla facile perficient. *Plato* Charm. p. 464. F. Ἐγὼ οὖν ὀμώμοκα γὰρ αὐτῷ. *Aristoph.* Plut. v. 425.

Ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας —

v. 1190.

Ὁ Ζεὺς ὁ σωτὴρ γὰρ πάρεστιν ἐνθάδε.

Euphron apud *Athen.* IX. p. 377. D. — οὐδεὶς εἶχέ σοι Κωβιὸς ὅλως γὰρ ἧπαρ — ita recte *Casaubonus*, qui simul adnotat, *conjunctionem* γὰρ *transpositam esse in alienum locum, ut saepe. Sophilus* apud eundem XIV. p. 640. D . . . . κωμάσαι πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ . . . . *Xenoph.* Cyropaed. VII. p. 113. v. 36. Ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί· ibi mire *H. Stephanus* aestuat: quod autem variatur in membranis, non aliunde ortum putem, quam quod locum particulae γὰρ commodiorem adsignare conarentur. Huc referre nolim *Herodoti* verba I, 24. Καὶ τοῖσι ἐςελθεῖν γὰρ ἡδονήν, ob suspicionem vitii. Sufficere ferme poterat domesticum exemplum Diall. Mortt. III. §. 3. εἰ μὴ εἰς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω. Contra in proximis particulam οὖν opportuniore sede collocari libenter sum passus. Hemst.

Ead. l. 12. Πότερος οὖν ὁ Ν. καὶ π. ὁ Θ.) Auctore Ms. Ox. sic restituimus. Οὖν antehac loco suo motum ante ὁ Θερσίτης demum legebatur. Solan.

Pag. 232. l. 2. Ὥρα δέ σοι) Τὸ λέγειν hic desiderari videtur, vel post τὸ ἡγῇ. Guyet. *Jam vero tempus est, ut pronunties, o Menippe, utro alterum formosiorem putes:* sic interpres. Sed in Graecis non est, *ut pronunties:* haec interserunt, ut sententiam eliciant, quae nulla est; nec enim haec solent subaudiri, quae facere tempus praecipit. Rescribendum ex Ms. ὅρα σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, ὅντινα καὶ εὐμορφώτερον ἡγῇ· *Vide tu vero, Menippe, quem pulchriorem ducas.* Graev. Ὅρα σὺ δ' G. P. et L. pro vulgato ὥρα δέ σοι· et ita cl. *Hemsterhusius* edidit. Solan. Quod praebent scripti Codices, jam olim repudiandum non putavi. Ὥρα δέ σοι jure locum tueri poterat, si infinitivus aliquis aptus praesenti sententiae sequeretur, ὥρα δέ σοι σκοπεῖν, ut Diall. Deor. XX, 9. et 11. (p. 68. l. 14. et p. 71. l. 5.) quo posteriore loco male membranae *Graevii*, ὅρα. *Aelian.* V. H. I, 21. ὥρα σοὶ τὰ ἐκ τοῦ νόμου δρᾷν· atque ita semper Graeci solent. Simul atque vetus liber prodierit, qui talem infinitivum suppeditet, deseram ipse non invitus lectionem restitutam. Hemst. Ex eo, quod Menippus Nireum et Thersitem dignoscere nescit, jure suo Thersites concludit, se certe non

turpiorem videri arbitro, quam illum: *οὐδὲν χείρων ἐφάνην τῷ δικαστῇ.* Sed honorificentius etiam sibi judicium exspectans, si adcuratius utrique lustrentur, jam idem rogat: *ὅρα σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, ὅντινα καὶ εὐμορφότερον ἡγῇ. vide tu vero, quem nostrum etiam formosiorem judices altero.* In quibus miror *Jacobsium* adeo haesisse, ut ea corrupta et hunc in modum emendanda censuerit: *Ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ, καὶ ψεδνὸς, ὡς οὐδὲν χείρων ἐφ. τ. δικ., ὁρᾷς· σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, εἰπὲ, ὅντινα* etc. Quemadmodum enim haec Jacobsiana eleganter sunt composita, ita vulgatis tamen, quae et ipsa elegantia sua non careant, vereor, ut recte substitui possint. Lehm.

Ead. l. 3. *Χάροπος*) Non dubitat clariss. *Dukerus* ad *Thucyd.* II. c. 80. *quin perperam edatur Χάροπος* pro *Χαρόπου· nam pater ei erat Χάροπος, non Χάροψ· res certa est ex Homer.* Iliad. *B.* 672. *Eustathio ad illum locum, et Hygin. F. XCVII. Hyginus* quidem utramque formam usurpavit; nam F. CCLXX. *Nireus Charopis filius:* quanquam ibi merito *Schefferum Caropi* praeferre censeat *Munckerus.* Ego nihil, utrum praeferas, interesse puto: solet enim ejusmodi nominum in aliam ex Genitivo declinationem migrantium duplex forma frequentari: sic *μάρτυρ, μάρτυρος· φύλαξ, φύλακος· τρίβαξ, τρίβακος· ἱέραξ, ἱέρακος· ἄναξ, ἄνακος,* unde *Ἄνακες* et *Ἄνακοι* Castores; quaeque hujus generis alia notantur a Grammaticis: quamobrem perinde valent *Θάρυψ* et *Θάρυπος, Χάροψ* et *Χάροπος·* in *Hesychio*, quod rarius est, *πάνδοξ* invenitur pro *πανδόκος·* simili modo recentioribus *brax, calix, delphix,* pro *braca, caliga, delphica;* non aliter atque *στέροψ* pro *στεροπῇ Sophocli,* notante *Eustath.* ad Il. *K.* p. 786. v. 13. Nirei vero Thersitaeque conditionem formae plane dissimilem eo colore depinxit *Homerus*, ut in utramque partem proverbio locum dederint: vide *N. Heins.* ad *Ovid.* A. A. II, 109. ubi hujus quoque dialogi mentionem fecit. Materia rhetoribus digna fuit visa, in qua ingenium exercerent, ita par dissimilium componendo, ut palmam sibi cedere postulet Thersites: istiusmodi declamationis meminit *Aeneas* Soph. Ep. XV. Si tamen verum est, quod Er Pamphylius, fabulator haud absurdus, retulit apud *Platon.* de Rep. X. p. 765. B. vidisse se, cum animus ejus relicto corpore peregrinatus miracula vitae alterius inspectaret, *τὴν τοῦ γελωτοποιοῦ Θερσίτου ψυχὴν πίθηκον ἐνδυομένην*, caussa Nirei, vel invito *Luciano*, multum adjuvabitur: sed nos magnae litis judices non sedemus. *Platonem* in oculis habuit *Aeneas Gaz.* in Theophr. p. 15. cujus loci sententiam, alioqui satis expeditam, prava errantis *Barthii* versio obscuravit.

Porro quam mox Menippus statuit *ἰσοτιμίαν ἐν Ἅιδου*, alii quoque Thersitae exemplo, inferorum in civitate principibus viris aequati, confirmarunt. Apud *Suidam* veteris epigrammatis pars in *Ἀτιμότερον* · — *εἰν ἀΐδᾳ γὰρ Μένων Θερσίτης οὐδὲν ἀτιμότερος.* Pro *μένων* olim hujus dialogi argumento d tus rescribendum arbitrabar *Νιρέως*· in eandem fere conjecturam inciderat *St. Berglerus* Act. Erud. Lips. MDCCXXII. p. 162. sed aliis quibusdam adjectis, quae probari non poterant. Quanquam verosimillimum videbatur, facile repudiavi, simul atque apud *Salmasium* Ep. de Com. p. 703. repperissem *Μίνω*, non dubitans, quin ab eo ex Anthologia necdum edita forent depromta: accedebat Codex *Suidae* Lugduno-Batavus, in quo pro *μένων* quod exaratum est *μίν ὅ*, manifestum servat germanae lectionis vestigium. Sed nihil amplius suspicione vel conjectura fuit opus, postquam beneficio viri insignis *J. P. D'Orvillii* nactus sum ipsum Theaeteti epigramma, quod, quia *Kusteri* diligentiam effugit, integrum cum lectore communicabo:

Θεαιτήτου εἰς Φιλέαν τὸν αὐτάρεσκον καὶ δοκησίσοφον.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας οὐ δεύτερος ἄλλου
Εἶμεν· ὁ δὲ φθονερὸς κλαίετω, ἔς κε θάνῃ·
Ἀλλ' ἔμπας δόξας κε..ὰ χάρις· εἰν ἀΐδᾳ γὰρ
Μείνω Θερσίτας οὐδὲν ἀτιμότερος.

Vice *ἄλλου* aliud exemplar *ἄλλων*. Dorica dialectus epigrammatis poscit *ἄλλω*· tum extremo versu adscriptum *Μίνω*, et *Θερσίτης*. Ceterum quae poëtae sit mens, et quomodo cum praescripto titulo conveniat, explanabit praestantissimus *D'Orvillius*, qui sibi tanto gratiore munere literarum amantes obstringet, quo citius Anthologiam omnibus numeris perfectam debere desierit. HEMST.

Ead. l. 11. *Ἐγὼ δὲ, ἃ βλέπω*] *Equidem ex iis judico, ea considero, quae oculis adparent, quaeque jam nunc habes: qualis autem fueris, istius temporis homines noverunt:* sensum explicui, ut ostenderem, non injuria me existimare, unam alteramve vocem hinc periisse: forte tamen Elliptica fuerit locutio, ubi non inepte intelligas *cognosco*, *video*, aut aliud istiusmodi: eo ducunt sequentia *οἱ τότε ἴσασι.* HEMST. I. In vett. Edd. verba sic erant disposita: *Ὀνείρατά μοι λέγεις. ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω, καὶ νῦν ἔχεις. ἐκεῖνα δὲ οἱ τότε ἴσασιν.* sine omni nexu. Omnino videtur locus mancus esse. *Schmiederus* conjecit: *ἐγὼ δὲ βλέπω, ἃ καὶ νῦν ἔχεις*, non sane felicissime. *Hemsterhusii* Ellipsin verbi *cognosco* vel *video* vix credo similibus locis probari posse. Unde ego aliter edidi verba, quam ab *Hemst.* et *Schm.* factum, distincta, hoc sensu: *Ego vero*

ea, quae cerno, et quae jam nunc habes (scil. *respicio:* hoc vero supplendum e verbo sq. ἴσασιν, cum quo arctius illa cohaerent); *illa vero* (τὰ ὀνείρατα, *norunt illius aetatis homines.* Post ἃ scriptum cogites μὲν, quod sequenti δὲ respondeat. Verum ne sic quidem intellectum locum prorsus sanum esse ingenue fateor. Lehm.

Pag. 238. l. 16. Ἤκουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν ἐπιθυμήσειας ἀποθανεῖν) Chiron est Deus mortuus: vid. *Apollod.* Biblioth. lib. II. Graev.

Ibid. Θεὸς ὢν) Vid. *Apollod.* II. p. 46. et 53. C. Solan. Postquam obierat mortem Chiron veneno sagittae Herculeae contactus, pietas ejus ac studium virtutis permovit Jovem, ut astris haud indignum insereret. Hoc *Eratosth.* Catast. c. XL. paene versus ab *Hygino* P. A. II. c. 38. aliique plures tradunt: eo pertinere, ut arbitror, non potest *Luciani* θεὸς ὤν. A *Pausania* tamen memoratur Χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη παρὰ ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς lib. V. p. 426. quod sane, nisi ad Chironem sideribus additum referri debeat, parum intelligo. Chiron, dum in terris agebat, quippe Saturno patre prognatus, fuit immortalis: dolore vulneris insanabilis confectus obeundae mortis solatium impetrare non potuit, nisi dato, qui suam in immortalitatem succederet, vicario: repertus est, qui optato beneficio Chironem demereretur, Prometheus. *Apollodor.* II. p. 118. κἀκεῖ τελευτῆσαι βουλόμενος, καὶ μὴ δυνάμενος, ἐπείπερ ἀθάνατος ἦν, ἀντιδοὺς τῷ Διῒ Προμηθέα τὸν ἀντ' αὐτοῦ γενησόμενον ἀθάνατον, οὕτως ἀπέθανε· ita legendus est hic locus; quanquam propius etiam Pal. Cod. vestigiis insistere licet, si structura non quidem prorsus inusitata, sed paullo tamen rariore ponas, ἀντιδόντος Διῒ Προμηθέα. Idem p. 129. Hercules, exsoluto vinculis Prometheo, παρέσχε τῷ Διῒ Χείρωνα θνήσκειν ἀθάνατον ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα· ubi nihil est, cur quicquam mutatum velis, nisi interponendum putes ἀθάνατον ὄντα. Ergo *Lucianus* forte melius ἀθάνατος ὢν scripsisset, quam θεὸς ὤν, ut mox ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος. Hemst. Synonyma habet h. l. θεὸς et ἀθάνατος *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 589. et vertit θεὸς ὢν, *immortalis cum esses.* Lehm.

Ead. l. 20. Τίς δέ σε ἔρως) Hunc locum profert *Thom. Mag.* in Ἀνέραστος, verso duarum vocum ordine: τίς δέ σε τοῦ θανάτου ἔρως ἔσχεν etc. Etsi τίς non videatur plane repudiandum, maluero tamen, τί δέ σε τοῦ θανάτου ἔρως ἔσχεν; Hemst. Noluerim τίς attrectari: saepe jungitur rebus certo ac definite enuntiatis. Charon. c. 11. Τίνας ἐκείνους ἐκπέμπει ὁ Κροῖσος, et sic saepius. Similiter etiam Latini utuntur

vocibus *quinam* et *quisnam?* et recte h. l. reddiderunt veteres: *Quinam vero te mortis amor cepit?* vel *Abresch.* Dilucc. Thuc. p. 285. *Ecquae tanta mortis cupido te cepit?* quam versionem adoptavi. Ordinem vocum τοῦ θανάτου ἔρως, quem *Thomas Mag.* habet, eundem et *Belinus* invenit in cod. 2954. atque adeo vulgato praeferri voluit. LEHM.

Pag. 234. l. 1. Ζῶντα ὁρᾷν τὸ φῶς) Familiarem *Euripidi* sententiam totidem paene verbis expressit: Iphig. in Aul. v. 1218. — ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς βλέπειν — v. 1250. Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν· quod *Stobaeus* etiam descripsit c. 118. Alcest. v. 691. Χαίρεις ὁρῶν φῶς; HEMST.

Ead. l. 3. Ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ) Est in hac oratione ἀνακόλουθον· dicturus erat, Ἐγὼ δὲ . . . τροφῆς, ἐνεπλήσθην αὐτῶν· hanc seriem interrumpunt, quae post τροφῆς addita leguntur: quamobrem γοῦν idem, quod saepe, munus habet, ut priorem structuram repeti patefaciat. Opportunum sane *Menandri* locum adtulit *Clericus,* deinde repositum in ejus Comici Fragm. p. 185. ubi perbene fecit, quod omiserit σαπρώτερα, quippe non digna quibus adtendatur. Egregiam sententiam, sicut emendandam existimo vestigia fere viri summi secutus, adponam:

— τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
Ὅςτις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχὺ,
Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν, ἄστρ', ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ· ταῦτ' ἔτη τις κἂν ἑκατὸν βιώσεται,
Ὄψει παρόντα, κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους·
Σεμνότερα τούτων ἄτερ' οὐκ ὄψει ποτέ.
Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
Ὃν φημὶ, τοῦτον, κἀπιδημίαν ἄνω·
Ὄχλος, ἀγορὰ, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί.

quae sequuntur, curam adhuc, ut puto, diligentiorem postulant. Ista vero sumsit *Menander* ab *Alexide,* cujus simillima quaedam exhibentur ab *Athen.* XI. p. 463. D. *Alexis* a *Pythagora:* insignem philosophorum principis cum principe Phliasiorum Leonte sermonem habitum retulit ex *Heraclide Cicero* T. D. V. c. 3. ubi πανήγυρις illa mercatusque vitae humanae diversis longe studiis celebratus perquam scite depingitur: egregia notat *Davisius,* nisi quod *Synesii* παραγγεῖλαι εἰς τὸν κόσμον solicitare non debuisset. Paullum alia ratione Gnostici vitam πανήγυριν ἁγίαν adpellavit *Clemens* Str. VII. p. 728. B. Nihil autem publico velut consensu frequentius est, quam ἐπιδημίας vel παρεπιδημίας imagine vitam humanam adumbrari: quare sententiam illam, παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ

βίος, τὸ κοινὸν τοῦτο καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον adpellat *Aeschin.* Dial. III. c. 3. cum quo contulisse non pigebit *Hipparchi* locum in *Stobaeo* p. 573. haec Pythagorae tamen Platonisque disciplinae figura maxime convenit, quae scilicet revera profitetur, animas, relicto aethere patrio, tanquam peregrinabundas in hoc corpus terraeque carcerem immigrare. Ceterum a Chirone nonnihil discedit *Epictetus Arriani* lib. II. p. 216. stulti hominis intempestivum Athenarum arcisque desiderium perstringens: οὐκ ἀρκεῖ σοι, ἃ βλέπεις καθ' ἡμέραν; κρεῖττόν τι ἔχεις ἢ μεῖζον ἰδεῖν τοῦ ἡλίου, τῆς σελήνης, τῶν ἄστρων, τῆς γῆς ὅλης, τῆς θαλάσσης; Haec etiam adspectu videbantur gratissima *Praxillae* Adonidi, qui ab inferis rogatus, quid pulcherrimum apud superos reliquisset, ingenue respondit:

Κάλλιστον μὲν ἐγὼ λείπω φάος ἠελίοιο,
Δεύτερον ἄστρα φαεινὰ, σεληναίης τε πρόςωπον·

nihil hactenus, quod inficete dictum offendat; sed addito puerilis simplicitatis versu tertio,

Ἠδὲ καὶ ὡραίους σικύους καὶ μῆλα καὶ ὄχνους,

non ipse tantum insulsi notam commeruit, verum ad homines etiam insulsos proverbium a se natum propagavit, ἠλιθιώτερος τοῦ Πραξίλλης Ἀδώνιδος. Docentur ista plenius in *Montefalconii* Select. Histor. Bibl. Seguer. p. 609. quam apud *Zenob.* C. IV. n. 21. prorsus enim imperite Praxillae filium Adonidem nobis effinxit *Mich. Apostol.* C. IX. n. 81. Simul ex hisce patet, ἄστρα quam vere fuerint in *Menandro* reposita. Alias tamen et *Epictetus* et *Marcus Antoninus* Chironi libenter concedent, rerum omnium, quae conspectu quotidiano hauriuntur, satietatem oriri atque adeo fastidium propter τὸ ὁμογενὲς αὐτῶν καὶ ὁμοειδές· vide Imperatorem lib. II. de Rebus suis §. 14. VI. §. 37. 46. τὰ αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς προςκορῆ τὴν θέαν ποιεῖ· et plura passim, quae cum *Menandri Luciani*que sententia non solum, sed et verbis saepe congruunt. Egregie *Lucret.* III, 958. Hemst.

Ibid. *Ἀπολαύων τῶν ὁμοίων* etc.) Crediderim *Luciani* animo, cum haec scriberet, obversatum eximium locum *Menandri* ex Hypobolimaeo, quem habet *Stobaeus* Tit. CXXII.

— τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
Ὅςτις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχὺ,
Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν ἀστέρ', ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ· ταῦτα (lege *τ' αὐτὰ*) *κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσεται,*
Ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους,

Σαπρώτερα (ita leg. non σεμνότερα, quod est contra rationem oppositionis) τούτων οὐκ ὄψει ποτέ.

Hunc beatissimum ajo, quisquis contemplatus, sine moerore, Parmeno, egregia haec abiit eo, unde venerat, celeriter, Solem commune astrum, aquam, nubes, ignem: eadem, quamvis vixerit centum annos, videbit praesentia. Quamvis vero vixerit annos valde paucos, deteriora hisce nunquam videbit. Cler.

Ead. l. 4. *Αἱ ὧραι*) *Καὶ ὧραι.* mox, post αἱ αὐταὶ, τὸ ἦσαν aut quid simile deesse videtur. Guyet. Imo sunt Nominativi absoluti: *Ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ καὶ ἀπολαύων — αἱ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ καὶ τὰ γιγνόμενα — ἐνεπλήσθην γοῦν αὐτῶν. Quod autem usque vivebam, et fruebar similibus* etc. *quodque anni tempestates eaedem et* etc. *his igitur sum satiatus.* Ita Diall. Deor. XII, 1. *οἱ Κορύβαντες δὲ, ὁ μὲν αὐτῶν τέμνεται* etc. Ibid. XVI, 1. *οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν ἀῤῥενική* etc. Cf. Char. c. 2. Aliam quamcunque hujus loci explicationem renuo, maxime vero ineptissimam istam codicis 2954. lectionem: *Ἐγὼ δὲ ἔζων ἀεὶ, καὶ ἀπέλαυον*, quam sine omni judicio *Belinus* probavit, et *Schmiederus* etiam in textum recepit, obsecutus uterque putidiori cuidam sensui Grammatico, quem *Noster* aeque odit atque angues. Lehm.

Ead. l. 7. *Ἐν τῷ μετασχεῖν*) An μεταβάλλειν; Guyet. Ad sensum, qui satis expeditus interpretes non fugit, minime respondebat hoc verbum: nunquam enim μετέχειν pro *vices mutare*, quantum memini, positum invenies. Olim timide considerandum proposui ἐν τῷ μεταλλάττειν, ex contracta ejus verbi scriptione μετασχεῖν haud difficulter nasci potuisse suspicatus. Nunc fere malim μεταστῆναι· quae utraque loci vitaeque mutationem una continent: neque me fefellerat *Guyeti* μεταβάλλειν· sed ista literarum ductibus propiora censebam: alioquin accedit *Euripidae* dictum in Orest. v. 234. — μεταβολὴ πάντων γλυκύ· quod, quamvis, ut monet *Schol.* a Comicis irrisum, *Aristoteles* etiam usurpat *Ἠθ. Εὐδ.* VIII. p. 186. Fortasse gravius est hujus loci vitium, quam quod opera tam levi et sine librorum veterum adjumento possit sanari. Reticenda non est viri doctiss. *Jo. Jac. Wetstenii* conjectura, ἐν τῷ μετασχεῖν ἄλλων. Hemst. Recepi ex Aug. Ed. μεταβαλεῖν, ut probabilissimam certe lectionem: nam μετασχεῖν stare nullo modo potest, ne sic quidem, si cum *Wetstenio* ὅλως mutaveris in ἄλλων, quod sensum praeberet a Chironis mente toto coelo aberrantem. Alia enim omnia agit Chiron h. l., ac quod in his verbis inest. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἥκεις*) Confer cum fine Dial. XI. Solan.

Ead. l. 12. *Καὶ τὸ πρᾶγμα* etc.) An? ἡ γὰρ ἰσοτιμία, πά-

νυ δημοτικὸν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδὲν ἔχει etc. vix enim dubito, quin corruptela quaedam facilem stili *Luciani* cursum impediverit: quam utilitatem habeant in hac disputatione, οὐδὲν — σκότῳ, mihi quidem non satis liquet. HEMST. Respondetur his, ut bene observat *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 567. ad Menippi quaestionem illam: οὐχ ἡδὺ ἦν, ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς; ita, ut significetur, nihil omnino referre, utrum in luce vivas, an in tenebris. Quae sententia quam parum cum per se ipsa, tum etiam ad Chironis propositum, valeat, luculenter mox demonstrat Menippus. Vide tamen, an rectius legas verba ita inversa: καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἔχει διάφορον, τὸ ἐν φωτὶ εἶναι, ἢ καὶ ἐν σκότῳ, vel ἢ τὸ ἐν σκότῳ. Nam *Hemsterhusianam* quidem verborum transpositionem nemo facile probaverit. LEHM.

Pag. 235. l. 1. Ἀνεπιδεεῖς) *Thomas Magister* v. Ἀτέλεστον videtur in suo Codice legisse ἀτελεῖς. Sed praestantior est nostrorum librorum lectio. SOLAN. Ejus, quam *Thomae Magistri* liber praetulit, lectionis ἀτελεῖς nullum exstat in nostris vestigium: ipsa tamen indicio est, quod ante nos suspicari diximus, hunc dialogum male fuisse a descriptoribus habitum. Cum autem interpretatur ἀτελὴς, ὁ ἀμέτοχος, id quidem ut satis est ad hujus loci sententiam conveniens, sic magnopere vereor, ne a consuetudine Graeci sermonis abhorreat: equidem memini, non dissimili structura scribi a *Dionys. Halic.* A. R. VIII. p. 506. v. 38. Εἰ δὲ διαμαρτὼν τῆς πείρας ἀτελὴς τοῦ ἔργου ἀναστρέψειεν· sed alia est et potestas et significandi ratio. Forte quis existimet, ita defendi posse ἀτελεῖς, si eum in modum intelligatur, ut Latinorum *immunis*: in *Glossis* alterum alterius explicationi inservit vocabulum. Tum sensus erit, isque minime contemnendus: *sed immunes sumus rerum istarum omnium: sed oneribus illis ac functionibus sitiendi esuriendique sumus levati.* Qui hanc elegantiam non capiebant, videri possunt mutasse. Nos interea, dum certius fundamentum detegatur, lectione vulgata erimus contenti. HEMST. Detecta revera in cod. 2954. lectione ἀτελεῖς jam vix dubitari amplius posse videtur, quin sic genuinam acceperimus lectionem, cujus ἀνεπιδεεῖς sit qualecunque interpretamentum, nescio an forte e verbis Tantali Dial. XVII. extr. καὶ τοῦτο δ' οὖν μέρος τῆς καταδίκης, τὸ ἐπιθυμεῖν πιεῖν μηδὲν δεόμενον, desumtum. LEHM.

Ead. l. 3. Μὴ περιπίπτης σεαυτῷ) Non est, *ne tibi contradicas*, ut *Benedictus*; sed, cum multum circumiveris, te veluti fugiens, in te ipse incidas. CLER. *Budaeus* C. L. G. p. 431. positis *Luciani* verbis addit, *revolvatur et circumaga-*

tur: quod proprie pertinet ad explanandum περιστῇ. Modo in *Gregorii Nazianz.* loco, οὕτως εὐάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ πανταχόθεν ἑαυτῇ περιπίπτουσα, reddiderat: *in semet ipsam incurrens, ipsa sibi contraria.* Est autem περιπίπτειν ἑαυτῷ, quando quis iis argumentis et probationibus utitur, quibus in se conversis facile refutetur, eoque pacto in semet ipse incurrens absurdi convincatur: hoc sane ejus est, qui adverso capite pugnantia locutus sibi contradicit; qua in caussa Chironem versari Menippus demonstrat. Exempla hujus virtutis plura reperies in *Budaeo* p. 533. HEMST.

Ead. l. 9. Ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον β.) Subint. δεήσει μεταβολὴν ζητεῖν. GUYET. Non intelligenda cum *Guyeto,* sed haec ordine continuo praecedentibus absque distinctionis signo sunt adjungenda. Vide Notas ad Dial. XVII. HEMST.

Ead. l. 11. Ὅπερ, οἶμαι, καὶ φασὶ) *Gataker.* ad *M. Antonin.* IX. §. 6. haec *Lucianea* protulit adjecta *Benedicti* versione tanquam proba: *Illud nimirum, ut cum sis sapiens, quemadmodum opinor, et vulgo praedicant, praesentibus rebus sit contentus.* Secutus fuerat priores; quos tamen, quia formam orationis Graecae minus adtenderant, a scriptoris *nostri* mente deerrasse puto, dum ad Chironem referunt, quae sententiae proverbialis more fuerant efferenda. Nihil est apud veteres isto monito ad conciliandam animi tranquillitatem adcommodatissimo familiarius, ἀγαπᾶν, στέργειν δεῖ τὰ παρόντα· εὖ τίθεσθαι τὰ παρόντα· ἀρέσκεσθαι, ἀρκεσθῆναι τοῖς παροῦσι, τῇ παρούσῃ καταστάσει· sic ut paroemiae communis imaginem saepissime gerat: vide *M. Antonin.* X, 1. Ad illam normam versionem exegi. HEMST.

Ibid. Συνετὸν) Eximiam hanc sententiam minus apte Menippo suo tribuit *Lucianus,* utpote qui sibi ipse, ut supra visum est Dial. XXI. mortem consciverit. SOLAN. Non cogitavit scilicet *Solanus,* aliorum irrisoribus haud raro accidere, ut sibi contradicendo artem suam ipsi risui exponant. Est haec philosophia canina, quam professus est Menippus Lucianeus. Vid. modo Dial. XXI. LEHM.

Pag. 236. l. 12. Ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου) Haec jungenda, non περιπατήσοντες εὐθὺ τῆς καθόδου. Προϊέναι εὐθὺ τῆς Φρυγίας, πλεῖν εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, τείνειν εὐθὺ Βαβυλῶνος et plura *Noster* habet. Ita vero scribunt Attici, non ἐπ' εὐθείας vel εὐθὺς, quod, monente *Phrynicho* p. 24. solius temporis significatione gaudet: quanquam posterius pro altero nonnunquam vitiose positum reperiatur. Ex membranis emendavimus in *Poll.* IX, 12. εὐθὺ τῶν ἀγρῶν ἀπελθεῖν· sicuti Segm. 47. εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, *recta in forum aromatarium:* quam ob

rem merito Codicibus adsentitur praestantiss. *Dukerus* ad *Thucydid.* VIII. c. 88. neque aliter est scribendum in *Aelian.* de Anim. I. c. 2. εὐθὺ τοῦ κύρτου ἄγειν. Hoc de genere *Kuhnius* ad *Aelian.* V. H. IX, 18. τὴν ἑτέραν ἦλθον τὴν εὐθὺ τοῦ ᾅδου, et in Ind. notavit adcuratius *Perizonio*, qui non solum εὐθὺς et εὐθὺ prorsus eadem habuit, sed et εὐθὺ pro *ex adverso, e regione*, non distinxit: vide *H. Vales.* ad *Evagr.* H. E. III. cap. 28. *Plato* in primo Lyside: Ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου· mox: Ἐξ Ἀκαδημίας πορεύομαι εὐθὺ Λυκείου· alibique saepe. Haec cum sint satis nota, atque in aperto posita, jure mireris, *Olearium* in *Philostr.* V. A. T. VII. p. 280. v. 25. ὁ μὲν (Διογένης) εὐθὺ Χαιρωνείας ἥκων, verti voluisse, *statim post pugnam Chaeroneam accedens*, cum sine ulla dubitatione vertendum sit, *recta Chaeroneam tendens*. Omitto *Chaeroneam* pro *Chaeronensi* negligentius scriptum. Hemst.

Ead. l. 18. Ὅμως ἀντιβαίνοντας καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντας, οὐδὲν δέον) *Micyllus: reluctari tamen et resupinos obniti nulla necessitate aut commodo suo.* Equidem nihil plane nunc agitur de commodo descendentium, et nullus huic voci locus in hac oratione dari potest. Itaque *Benedictus* eo animadverso postremas tres voces abscidit. Sed nihilo plus huc convenit illa necessitas. Non enim modo ipsis necesse non est obniti, sed contraria necessitas ipsis incumbit quiete et cupide descendendi. Sed nec Graeca quicquam de necessitate. Verte: *resupinos obnitentes, cum id fieri non oporteret, non sic faciendum esset.* Ut de Saltatione: ἐπαίνους ἐπιβοῶντα ὀλέθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ εἰς οὐδὲν δέον κατακλωμένῳ. Hermotimo: διεξιὼν αὐτὰ καὶ ἀκριβολογούμενος οὐδὲν δέον. Et alibi, ubi recte adtenderunt. Sic et alii, ut *Demosthenes* Olynthiac. 3. πλέω ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον. Gron. Egregia vox et hac notione rara, ἀντιβαίνειν, *obfirmato pede in terram niti:* pariter reperio in *Arriani* Indicis c. 16. ubi Indorum sagittandi rationem exponit: καὶ τοῦτο (τόξον) κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες· idem de Arabibus memoriae prodit scriptor apud *Suidam* incertus in Ἄραβες et ἀντιβαίνειν· ἀντὶ τῶν χειρῶν τῷ ποδὶ ἐμβαίνοντες εἰς τὴν νεύραν, κυκλοῦσι τὸ τόξον· quem locum summi viri *Lud. Kusteri* indicio acceptum refero: rem venuste *Virgilius* praepinxit Aeneid. l. III. v. 38.

— genibusque adversae obluctor arenae:

nec minus eximie *Noster* Catapl. c. 4. καὶ τῷ ποδὶ ἀντερείδων πρὸς τοὔδαφος οὐ παντελῶς εὐάγωγος ἦν· quod huc perbene

facit. Pulchre *Eunapius* et significatione metaphorica in Prisco πρὸς τὴν δύναμιν τῆς ἀληθείας ἀντιβαίνειν· in Chrysanthio: τοῖς φανθεῖσι σημείοις παρὰ τῶν θεῶν ἀντιβαίνων. Οὐδὲν δέον, *inutili labore, et quem fieri non oportebat. Xenoph.* Cyrop. IV. p. 66. ὁ δ' ἐμὸς παῖς βαλὼν, οὐδὲν δέον, καταβάλλει τὴν ἄρκτον· *meus autem filius, quod infectum praestitisset, sagitta immissa, ursam conficit:* sic enim concinna simplicitate hac locutione utuntur Graeci. ita δέον in sequenti Dial. §. 2. et Catapl. c. 1. ὁ δ' Ἑρμῆς βραδύνει, πάλαι παρεῖναι δέον· paulloque post: ἐπεὶ οὐδ' ἡμεῖς ποτε αὐτὸν ἀπιέναι δέον κατεσχήκαμεν· talia sunt in *Luciano* multa, neque ad hanc formulam exempla congerere institui. HEMST. I.

Pag. 237. l. 6. Ἰσμηνόδωρος) Thebanus Crates; ergo et hic Ismenodorus. SOLAN.

Ead. l. 7. Ἀρσάκης) Ficta an vera haec sint nescio. SOLAN. Nominum hujus dialogi propriorum usus apud Graecos non infrequens: neque tamen certos homines, verasque res gestas a *Luciano* denotari censeo. Si quid aliunde ductum, id omne scenae novae comicis crediderim deberi; cujus documentum aliquod paullo post adfertur. De Arsace moveri poterat dubitatio: quamvis enim fortissimus Parthici regni conditor a *Justino* matura senectute, ab *Ammiano* placida morte decessisse narretur, *Syncellus* tamen, ut ab *H. Valesio* observatum ad *Marcellin.* XXIII. c. 6. diversos auctores secutus occisum esse tradidit: genus autem mortis ita descripsit *Suidas*, ut a narratione *Luciani* non multum abire videatur: Ἀρσάκης Πάρθων βασιλεὺς, ὃς δόρατι πληγεὶς ἐν τῇ μάχῃ κατὰ τὴν πλευρὰν ἀποθνήσκει· quae quidem undecunque depromta, *Suida* saltem judice, ad primum Arsacen spectare, ex sequentibus est manifestum. Verum ego, quî potuerit adpellari Μηδίας ὕπαρχος hic Arsaces, non video: praeterea τῆς ἐπὶ τῷ Ἀράξῃ πρὸς τὸν Καππαδόκην συμβολῆς quis alius ullam fecit mentionem? Quare probabilius existimo, dum certiora promantur, haec esse a *Luciano*, fabularum artifice perquam idoneo, vel conficta, vel ex comoedia nova derivata. HEMST.

Ead. l. 9. Κιθαιρῶνα) De Cithaerone pauca tetigi ad Diall. Merr. VIII. §. 1. Hic autem Eleutherarum urbis situm adcurate definit: nam Thebis per Plataeas iter facienti in regionem Atticam superandus erat Cithaeron, qua parte demissior flexuque leni interruptus viam planiorem ostendebat. *Herodoto* vocantur αἱ ἐκβολαὶ αἱ Κιθαιρωνίδες, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι, τὰς Βοιωτοὶ μὲν τρεῖς κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς κεφαλὰς IX. c. 27. Apud *Thucydid.* III. c. 24.

Plataeenses, qui de nocte obsessa urbe eruperant, ut hostes fallerent, viam, quae Thebas ferebat, ingrediuntur, simulque vident τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα καὶ Δρυὸς κεφαλὰς τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων διώκοντας. Ad ipsum Cithaeronis pedem, superatis angustiis, occurrebant Eleutherae, campusque urbi subjectus, Oenoën Atticae pagum, ut ex *Harpocratione* constat in Οἰνόη, contingens: qua de re diligenter, ut solet, *Pausan.* I. p. 93. Ideo memorat *Arrian.* Ἀ. Ἀ. I. p. 18. Thebarum τὰς πύλας τὰς φέρουσας ἐπ' Ἐλευθέρας τε καὶ τὴν Ἀττικήν· cum his consentiunt, quae scribit *Strabo* IX. p. 631. B. 582. C. Soli *Aristophanis Scholiastae* ad Acharn. v. 242. quae ceteris Ἐλευθέραι, dicuntur unius literae discrimine Ἐλευθῆραι, πόλις Βοιωτίας· haud inepte, si quis adtendat ad vulgatam nominis originem, quam fluxisse docet *Stephanus* ἀπὸ Ἐλευθῆρος τοῦ Ἀπόλλωνος· matrem, si quis scire desideret, Aethusam Neptuni filiam indicabunt *Pausan.* IX. c. 20. et *Schol. Hesiodi* ad Theog. v. 54. Μνημοσύνη γουνοῖσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα· digna est, quam ex ed. *Trincavelli* Ven. proferamus integriorem, adnotatio: Ὁ δὲ Ἐλευθὴρ ὄνομα πόλεώς ἐστι τῆς Βοιωτίας ἀπό τινος βασιλέως αὐτῆς τῆς πόλεως οὕτως ὠνομασμένου, υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Αἰθούσης τῆς Ποσειδῶνος. Ἔστι δὲ καὶ ὄρος, ὥς φασιν, ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἥρωος. Οὕτω δὲ λέγεται, ὅτι ἐκεῖ ὁ Διόνυσος τῆς μανίας ἐπαύσατο καὶ ἠλευθερώθη. Inde Bacchus Ἐλευθέριος, *Hesychio* teste, nisi praeferatur Ἐλευθερεύς, et Eleutheris cultus et Athenis: eo enim sacra Dei primum magno Atheniensium malo rejecta, deinde oraculi testimonio commendata Pegasus Eleutheris traduxit: quae ab antiquo Comici Enarratore enucleatius exposita *Pausaniae* non parum lucis adferunt I. p. 7. 93. Merito autem imprudentissimae temeritatis adcusandus Ismenodorus, qui Thebis Eleusinem petens periculosum iter nullo fere comitatu susceperit: erant enim haec loca, quae Cithaeronem adjacebant, idque jam olim ab heroum usque aetate, latronibus infesta: nunc eo magis, quia sub hoc ipsum tempus Attici Boeotique fines continuis bellis fuerant devastati. In *Dicaearchi* Excerptis praecipuam habet commendationem via, quae Oropo ducit Tanagram παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλώπων (ita legendum, non κλοπῶν) φόβου· quod scilicet rarum alias illo in tractu. Paullo post, qua Plataeas itur Tanagra, ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἔρημος καὶ λιθώδης, ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής· si non alio, quam ad latrocinia possit referri, ut videbatur *H. Stephano*, scriberem potius, λίαν δὲ ἐπ. vel οὐ λίαν δὲ ἀσφαλής· nunc sensu diverso intelligendum arbitror, quamvis in Ci-

thaeronem erigeretur, praecipitiis tamen non valde fuisse periculosam. Apud *Diogen. L.* II, 136. Menedemus, Alexini uxorem comitatur *ἐκ Δελφῶν ἕως Χαλκίδος εὐλαβουμένην κλωπείας τε καὶ τὰς καθ᾽ ὁδὸν λῃστείας·* hoc iter praeter adversum Cithaeronis latus erat faciendum. HEMST.

Ead. l. 13. *Ἐλευθερὰς*) Athenas Thebis petenti pagus hic, caede Persarum nobilis, in via erat, qui locus, regnante tum Philippo aut Alexandro, latronibus infestior erat. SOLAN.

Pag. 238. l. 1. *Ἐπήγετο*) Ms. *ὑπήγετο.* BOURD.

Ead. l. 2. *Φιάλας — καὶ κυμβία*) Junxit *Demosthen.* in Mid. p. 628. E. *Διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖ κυμβία καὶ ῥυτὰ καὶ φιάλας ὀνομάζων·* iterumque p. 625. A. Midias ad iter secum portat *χλανίδας καὶ κυμβία καὶ κάδους.* Vid. *Athen.* XI. p. 482. A. et qui vel illum, vel eosdem, quos ille, Grammaticos exscripsit, *Macrob.* Saturn. V, 21. HEMST.

Ibid. *Κυμβία*) *Εἶδος περικεφαλαίου, πλοίου, καὶ ποτηρίου.* duas ultimas species habet *Hesych.* BOURD.

Ead. l. 3. *Ὁ δὲ Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἤδη, καὶ νὴ Δί᾽, οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ἤχθετο*) Latinus interpres: *Arsaces autem (senior enim jam erat per Jovem pro barbarico illo ritu facie non inhonesta) graviter ferebat.* Abhorret a Graecae linguae genio haec locutio, *οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν,* ut et ab indole Latinae linguae, *pro barbarico ritu non inhonesta facie est.* Aliter interpungendum est, si velis *Lucianum* emendate et humane locutum esse; sic autem distingue: *οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν, εἰς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο, non illiberali facie, barbaro more ferebat aegre, ut solent barbari:* hoc est *εἰς βαρβαρικὸν,* quod non male verterunt, *barbarico ritu,* sed male conjunxerunt cum facie. Sic *εἰς τὸ ξυμμαχικὸν* apud *Thucyd.* lib. VI. est *pro societate inita.* Paullo ante *κυμβία* sunt pocula cymbae forma. Conjungit ea quoque cum phialis *Demosth.* Orat. in Mid. GRAEV. De *Thucydidis* illa phrasi *ἐς τὸ ξυμμαχικὸν* jure merito dissentit eruditiss. *Dukerus,* quem vide ad VIII, 9. HEMST. *Ἐς τἀρχαῖον, more vetere, Aristoph.* Nub. v. 589. LEHM.

Ead. l. 5. *Ἠγανάκτει πεζὸς βαδίζων*) Persis enim nobilioribus vel tantillum sine equis in via conspici infamiae dabatur. V. *Xenoph.* Cyrop. L. IV. et VIII. extremo: quod et apud Medos obtinuisse a vero non abhorret: imo ab iis mutuatus erat Cyrus. V. L. I. SOLAN.

Pag. 239. l. 1. *Τὸν Ἀρσάκου κοντὸν*) Eleganter describit congressum Parthi equitis et Thracis peltastae. Scythae, Parthi, Sarmatae, Alani praelongis ex equo contis pugna-

bant: ideo *κοντοφόροι*, pro quo prave scribitur *ἀκοντοφόροι* apud *Dion. Cass* XL. p. 127. C. ut manifesto liquet ex pag. 130. E. eorundem meminerunt in describendo infelici cum Parthis Crassi proelio *Plutarch.* in Crass. p. 558. 559. et *Appian.* de B. Parth. p. 240. 241. ubi reperies ista Lucianeae phrasi proxima, *πόδας διαμπὰξ προσεληλαμένους πρὸς τοὔδαφος*· quemadmodum in Philopoem. p. 359. B. *διελαύνεται διαμπερὲς ὁμοῦ τοὺς μηροὺς ἑκατέρους ἐν μεσαγκύλῳ*· confer *Suidam* in Ἐξέσχε. *Pondera conti Sarmatici Silius* habet XV, 687. ubi plura suppeditabit eruditiss. *Drakenborch.* Talem equitum ornatum pugnandique morem usu docti adsciverunt postea Romani, ut constat ex *Arriani* Tacticis. HEMST.

Ibid. *Οὗτος δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισσαν*) Cogitabam olim *οὕτως δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισσαν αὐτόν τε διαπείρει καὶ τὸν ἵππον*, *sic vero subjecta sarissa ipsum et equum perfodit:* sed nunc conjecturae praefero lectionem Ms. *αὐτὸς δὲ ὑποθείς.* GRAEV. Sic efficeretur quaedam relatio inter *τῇ πέλτῃ μὲν*, et *αὐτὸς δὲ*, quam fateor mihi ut tenuiorem displicere. Rectius omnino omiserunt Pronomen Codd. 2954. 3011. scribentes *ὑποθεὶς δὲ* etc. et jure suo secutus est *Schmiederus.* LEHM.

Ead. l. 2. *Σάρισσαν*) *Sarissam* vocat etiam Latine *Liv.* XXXVIII, 42, 2. et *Sarissophoros.* SOLAN.

Ead. l. 6. *Εἰκοσάπηχυν — κοντὸν*) Longioribus equites usos esse hastis non ignoro, quod et nummi Castoris et Pollucis ostendunt, et locus a *Suida* v. *Δόλιχον* adlatus. Verum longe humanam mensuram haec excedit. Apud *Polyaenum* Strat. II. p. 146. C. tamen memorantur sarissae XVI cubitos longae. SOLAN.

Ead. l. 14. *Ὁ δέ γε Ὀροίτης ὁ ἰδιώτης*) Angl. *Ἡρώδης.* BOURD. De Oroete satrapa, qui Polycratem cruci adfixit, *Noster* in Char. cap. 14 de quo *Herodotum* consule III, 130. — Sed quis hic sit privatus, haud facile expiscabere. Post necem enim Polycratis, cum aliquamdiu Oroetes satis prospera usus esset fortuna sub magis, Dario jam imperante, per proprios satellites occisus est. De alio itaque hic *Lucianus.* Sed quo pacto *ἰδιώτης*, qui supra Armenius dictus est, hoc est, Armeniae rex aut satrapa? Corruptum locum censeo; nisi forsan privatus aliquis Oroetis exstiterit mollitie insignis, de quo mihi non constat. SOLAN. Fateor structuram esse verborum talem, quae mendae suspicionem facile commoveat. Parvula mutatione lenius oratio procedet: *ὁ δέ γε Ὀροίτης ὢν ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἁπαλὸς τὼ πόδε οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο*· quanquam ne sic quidem illud *ἰδιώτης* satis placet; videtur enim hujusmodi quiddam senten-

tia postulare: ὁ δέ γε Ὀροίτης ἱππεύειν εἰωθὼς καὶ πάνυ ἁπαλὸς etc. alioquin ἰδιώτης addiderit, ut Oroeten privatae conditionis nota distinguat ab Arsace, qui magnae dignitatis ac Mediae praefectus. Quod autem in uno alteroque libro scribatur Ἡρώδης, non alia ratione factum est, quam qua Parthorum rex Orodes, a quibusdam Ὑρώδης, a *Polyaeno* VII, 41. et *Plutarcho* in Anton. p. 930. F. 932. D. Ἡρώδης adpellatur. Ceterum Medorum Persarumque morem, quibus, praesertim si liberi locique honestioris essent, in publicum prodire, nisi equo vectis, paene fuit turpe, jam *Brissonius* adnotavit de R. P. lib. III. ex *Xenophonte*: eo parasitus *Libanii* spectavit Decl. VII. p. 317. C. ὅτε καιρὸς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, τρέχειν ἐπενόησα κατὰ τοὺς Μήδων ἀλάζονας ὁ πάντα περιττὸς, καὶ ἐφ᾽ ἵππου στειλάμενος εὐτρεπῶς οὕτως ἐπείγεσθαι παρὰ τὸν κεκληκότα. De Parthis, qui istos vitae cultu imitabantur, *Justin.* XLI, 3. *Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui.* Hac tamen consuetudine labefactati pedes sic debilitabantur, ut firmo stabilique gressu incedere non possent: cujus vitii caussas in Scythis, illis praecipue, qui sedibus incertis vagantur, explanavit *Hippocrat.* περὶ *A. T. T.* p. 292. 293. Ὑπὸ τῆς ἱππασίης, inquit, αὐτέους κέδματα λαμβάνει, ἅτε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσίν· ἔπειτα ἀποχωλοῦνται, καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία. De Hunnis, quos negat *Zosimus* IV. p. 224. εἰς γῆν πῆξαι τοὺς πόδας οἵους τε εἶναι ἑδραίως, plura docent ad *Amm. Marcellin.* XXXI. c. 2. *H. Valesius*, et *Sirmond.* ad *Apollin. Sidon.* Carm. II. v. 226. Etsi vero Armenium supra dixerit Oroetem, Μηδους πάντας tamen hic commemorat sub eo nomine complexus, quod fieri saepe solet, Persas, Parthos et Armenios moribus vivendique genere non admodum dissimiles. Hemst. Turbatus *Solanus* falsa opinione, quasi Oroetes rex vel satrapa Armeniae fuerit, non potuit non in voce ἰδιώτης offendere; et si scivisset abesse etiam hanc vocem a cod. Gorl., ut abest, haud dubie eam prorsus condemnasset, idque maxime sane immeritam. Nam si in superioribus ὁ Ἀρμένιος quaerendus esset Armeniae satrapa, ad autecedentia convenientius auctorem scribere oportuit ὁ Ἀρμενίας, int. ὕπαρχος. Quum vero sic non scripserit, ὁ Ἀρμένιος nihil continet, nisi patriae significationem, et ἰδιώτης indicat *hominem privatum*: cum quibus congruit etiam optime, quod deinde ad illustrandam hanc hominis privati mollitiem additur: πάσχουσι δ᾽ αὐτὸ ἀτεχνῶς Μῆδοι πάντες, h. e. Medi cujuscunque sortis et ordinis, non solum nobiliores, potentiores, ditiores. Miror errore

Solani etiam *Hemsterhusium*, alias vigilantissimum interpretem, aliquatenus seductum. Majori jure idem *Hemsterhusius* in structura sententiarum offendit: verum interjecto e codd. 3011. et Aug. ἦν omnis durities removebitur. Interjecit etiam *Matthiae*. Lehm.

Pag. 240. l. 10. Ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς) Scribi potuisset ἐτερπόμην ἐπ' αὐτοῖς, qua de re notavimus ad Nigr. c. 7. sed nec minus commode retineas hoc in loco ἐν αὐτοῖς· illa enim particula nonnunquam ejusmodi verbis adstruitur. *Lucian.* de Gymn. in fine: οὐ πάνυ ἀρεσκόμενος ἐν τούτοις. *Julian.* Misop. p. 338. A. εὐφραινομένους ἐν τοῖς μέλεσι. *Micyllus* et *Benedictus* intellexerunt, *inter illos sedens*, omnino perperam. Hemst. *Abreschius* quoque videtur retineri velle ἐν in Dilucc. Thuc. p. 796. sq. Lehm.

Ead. l. 12. Βλεψίας . . Λάμπις . . Δάμις) Aut obscuri, aut ficti homines. Solan. Pro δανειστὴς complures, iique optimi, codd. Mss. exhibent δανειστικὸς, quae lectio jam non video, quem alium, quam ipsum *Lucianum*, habere potuerit auctorem. Contra δανειστὴς, alibi apud *Nostrum*, e. g. in Cataplo, obvium vocabulum, probabilius est in locum τοῦ δανειστικὸς a nescio quo substitui potuisse. *Belinus* ad illustrandam locutionem commode laudavit Anonymi Atticistae Diatriben in *Villoisoni* Anecdd. Grr. Tom. II. p. 82. Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὁ ζωγράφος καὶ ἡ ζωγραφία, ὁ ζωγραφικὸς καὶ ἡ ζωγραφική· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως τεχνῶν. ἀντὶ τοῦ, ὁ τέκτων καὶ ἡ τεκτονία, ὁ τεκτονικὸς καὶ ἡ τεκτονική· καὶ τὰ ἕτερα ὁμοίως. Veruntamen equidem hanc observationem, siquidem eam normae loco habeas, magnopere restringendam et cum aliqua cautione adhibendam censeo. Lehm.

Ead. l. 13. Ἐκ Πειραιῶς) Angl. *Πίσης*. Bourd.

Pag. 241. l. 2. Ὁ δὲ Λάμπις δι' ἔρωτα Μυρτίου etc.) Scortum nobile hujus nominis in deliciis habuit Ptolemaeus Philadelphus, ut narrat *Athen.* lib. XIII. Sed puto, non fuisse eandem illam meretricem, quae Lampidi caussa mortis fuit, si rationem temporum habuit hoc loco *Lucianus*; vel dicendum foret, Ptolemaeum vetulis fuisse delectatum. Nam commorientem Lampidi illi Diogenem facit *Lucianus*, qui simul ad inferos descendebant: Diogenes autem, ut ait *Laërtius* ex Demetrio in Homonymis, eodem tempore mortuus est, quo Alexander, hoc est, Olympiade 114. Philadelphus vero regnare coepit circa Olympiadem 123. Computa, et invenies, non potuisse Myrtium illam Lampidis minorem fuisse annis 50 regnante Philadelpho. Palm.

Ead. l. 4. Ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι) Ὁ ἄθλιος est scri-

bendum, ut paullo post ὁ μάταιος, vel ἀθλίως· alterutrum venustas orationis Graecae flagitat. Proprie vero λιμῷ ἀπεσκληκέναι· nam fames extenuatum corpus contabefacit; atque adeo *fame miserum in modum emori.* De formula loquendi, ipsoque hoc loco, tractat *H. Stephan.* Th. G. L. T. III. pag. 816. *Alciphronis* quae ponit verba, suppeditaverat *Eustathius* ad Il. Ψ. p. 1295. v. 39. nunc *Bergleri* curae debemus, ut propius inspiciendi sit copia: exstant scilicet lib. III. Ep. IV. sed paullum aliter, quam fecerat *Eustathius,* distincta: ἐγὼ δὲ ἀποσκλῆναι κινδυνεύω, τῷ λιμῷ κεντούμενος· sequitur inferius, ὡς νῦν ἐγὼ σοὶ αὖος ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμηρός. Verum Epistola priore, quod magis ad *Lucianum* accedat, legitur, μὴ δ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι· ut vir Graece callentissimus egregie restituit. Grammatici simpliciter exponunt ἀποθανεῖν. *Hesych.* Ἀπέσκλη, ἀπέθανεν· Ἀποσκλαίη (leviter vitiatum in *Suida,* Ἀποσκλαίοι) ἀποξηραίνοι, ἀποθάνοι· ubi reponendum ἀποξηραίνοιτο, ne *Stephanum* audiamus, qui tantilla menda deceptus τῷ ἀποσκλῆναι significationem activam tribuere non dubitavit. Ea virtute *Comicus* Vesp. v. 160. mihi Delphis oraculum consulenti Deus respondit, Ὅταν τις ἐκφύγῃ μ' ἀποσκλῆναι τότε. Ratio non dissimilis est in αὐανθῆναι, ἀφαυανθῆναι. *Aristoph.* Ecclesiaz. v. 146. Δίψει γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι· et ἐπαφαυανθῆναι γελῶντα Ran. 1121. *Athen.* VII. p. 290. E. τοὺς ἀκροωμένους ἐποίουν ἐπιλανθανομένους τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαυανθῆναι· lib. IX. p. 401. F. ἵν' οὖν μὴ καὶ σὺ ζητῶν τὸν σύαγρον ἀφαυανθῇς· poterat scripsisse, ἀποσκλαίης. Taceo consignatam a *Scholiaste* variam lectionem in *Sophoclis* Philoct. v. 951. Ἀλλ' αὐανοῦμαι pro ἀλλ' αὖ θανοῦμαι. Hemst. Quaecunque longa tabe vel aetate confecta atque exsucca vigorem et vires amiserunt, a Graecis dicuntur ἀπεσκληκέναι vel κατεσκληκέναι. inde *Hesychius:* Ἀπεσκληκὼς, ἀναισθήτως ἔχων· et *Suidas:* Ἀπεσκληκὼς, ἀναισθήτως ἔχων, καὶ ἀπεσκληρυμένος, ἐξηραμμένος· lege litera duplicata ἀπεσκληρυμμένος· quomodo in veteri *Leonidae* versiculo: Πήρην κἀδέψητον ἀπεσκληρυμμένον αἰγὸς Στέρφος· ut intelligamus tribus vocabulis expositionem perfecisse primae vocis ἀπεσκληκὼς *Suidam:* sic enim et lexicographorum princeps: κατεσκληκότα, κατεσκληρωμένα· nulla est inter ἀποσκληρύνειν et κατασκληροῦν differitas: ab eadem enim origine, ut et ἀπεσκληκέναι, pendent: V. *Galen.* Gloss. Hippocr. in Ἀποσκληρύνει et Ἐπισκληροῖς, *Suidam* in Ἐξεσκληκὸς et Κατεσκληκὼς, *Hesych.* in Ἀποσκλαίη· ut alios ne memorem; nam celebres sunt apud Grammaticos istae voces. Saepe vero Graeci his verbis uti solent de iis, in quibus flos corporis et vires vel nimiis vigiliis ac

laboribus, aut etiam senectutis incommodo sunt exhaustae. *Lucian.* Hermot. c. 2. ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων καὶ τὸ σῶμα κατεσκληκότα· adeo venustum faciei decus deformat adsiduis impallescere chartis: sic Momo in senis habitum et vultum effícto, et baculo gressus sustentanti κατεσκληκὸς adscribitur βάρος in *Anthologia: Heliodor.* V. p. 239. ὄναρ μοί τις πρεσβύτης ἐφαίνετο, τὰ μὲν ἄλλα κατεσκληκὼς etc. lib. VIII. p. 379. τότε καὶ πλέον εἰς γηραιὸν σῶμα καὶ ἀπεσκληκὸς ἤδη προσομιλῆσαν. Cum autem cuncta, quae exarescunt, duritatem quandam nanciscantur, eleganti translatione τὸ τοῦ βίου κατεσκληκὸς *durum atque austerum vitae genus* adpellatur apud *Suidam* in κατεσκληκώς· nec minus egregie *Basilius* in Vita Theclae p. 18. βίᾳ μὲν γὰρ οὐκ οἶδεν εἴκειν ποτὲ τὸ αὔθαδες τοῦτο καὶ ἀπεσκληκὸς τῆς γνώμης, *sui judicii et obstinata animi sententia.* Hemst. l. De praemittendo voci ἄθλιος Articulo in aliam me discedere sententiam, declaravi in Adnot. ad Diall. Deor. XVI, 2. Lehm.

Ead. l. 7. Ἀποθάνοιεν) Ita recte L. In reliquis ἀποθάνοι· sed omnes interrogari ab eo praestat. Ne dicam incertum, ad quem referas, si unum tantum interrogantem facias. Solan. Maxime quod sequitur, τῷ μὲν Δάμιδι, necessario requirit Pluralem, qui confirmatur etiam quinque aliorum codicum auctoritate. Lehm.

Ead. l. 9. Ὁμοῦ) Versionem purgavimus interpretum errore, quibus ὁμοῦ ἔχειν τάλαντα χίλια fuit, *talenta mille habere coacervata.* Frequens apud Atticos ὁμοῦ numeris adjunctum, et significans *circiter, admodum:* ut in illo *Demosthenis* loco in Aristog. p. 836. B. quem adnotavit *Harpocr.* in Ὁμοῦ· Εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι· ubi *Wolfius* a *Valesio* reprehensus, quod *omnino* reddidisset. Habet autem ideo potestatem eam, quia τοπικὸν est Atticis, sive adverbium locale; neque minus, ut solet hoc genus, χρόνου δηλωτικόν. Τὸ ὁμοῦ, inquit *Schol. Aristoph.* ad Equit. v. 245. λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· quod autem addit, ὡς καὶ ἐν Εἰρήνῃ, Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἥδε, omnino declarat, nunc una vocula plus, quam oporteat, in ea fabula legi v. 512. Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν, ἥδ' ἐγγύς· ejecto Scholio vel rescribendum est, quod antiquus enarrator praebet, vel cum Ms. Vatic. ὁμοῦ 'στιν ἤδη. Vide *L. Bos* Obs. Crit. c. IV. p. 14. Non aliter usurpant ὁμοῦ τι, de quo *Is. Casaubon.* ad *Strab.* VI. p. 425. Verum hoc in loco male vulgo verti *Lucianum* jam ante nos observavit *L. Bos* Anim. c. VII. p. 34. Hemst.

Ead. l. 10. Ὀκτωκαιδεκαέτει) *Juveni illi octodecim annos nato.* Bourd.

Ead. l. 14. Ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου) Haec tam prope sententia verbisque absunt a Thrasonidae querela in *Menandri Μισουμένῳ*, ut, quin *Lucianus* fuerit imitatus, dubitari ferme non possit. Comici locum debemus *Arriano* in Epict. III. p. 351. *Παιδισκάριόν με καταδεδούλωκ᾽ εὐτελὲς, Ὃν οὐδεὶς πώποτε τῶν πολεμίων* —. Pro ἀτελὲς oportere legi εὐτελὲς, quia continuo sequitur, παιδισκαρίου δοῦλος εἶ, καὶ παιδισκαρίου εὐτελοῦς, ut recte viderunt *Wolfius* et *Berglerus* ad *Alciphr.* II. p. 271. non conjectura est, verum certa fide constat ex *Clem. Alex.* Strom. II. p. 463. τὸν γὰρ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλῃ σκηνῇ, Παιδισκάριόν με, φησὶν, εὐτελὲς καταδεδούλωκεν. Est etiam παιδισκάριον εὐτελὲς in *Alciphr.* III. Ep. 27. pro quo *Noster* τὸ τυχὸν παιδισκάριον. Ut autem ἐπίπλαστα δάκρυα, sic in eodem *Menandri Μισουμένῳ*, Ἀπαμφιεῖ γὰρ τὸ κατάπλαστον τοῦτο μοῦ (an σοῦ;) *Καὶ λανθάνειν βουλόμενον ἡ μέθη πότε*· quae a *Suida* conservata v. *Ἀπαμφιέσαντες*, in Comici Reliquiis *Clericum* fugerunt. HEMST.

Ead. l. 15. Ὁ μὲν Βλεψίας αὐτὸς, ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας, πολλὴν τὴν ἄνοιαν) Dele duo commata, ut loquuntur, post αὐτὸς et φθάσας, quae in omnibus editionibus conspiciuntur, et interpretare: *prior ipse se adcusavit multae dementiae.* GRAEV.

Pag. 242. l. 4. Παρέσχοντό τε στένοντες) Amabo, quid hic loci est τῷ τε. Nec id profectum est a *Luciano*, qui scripsit, τερπωλὴν παρέσχον τότε στένοντες, *adtulerunt mihi voluptatem tunc gementes.* GRAEV. Παρέσχον τότε *W.* ed. uti et *Graevius* vidit esse legendum, et secutus est deinceps cl. *Hemsterhus.* SOLAN.

Ead. l. 9. Ἆρα τὸ φίλτρον) Quamvis edd. consentiant, non tamen dubito, quin melius sit ἆρα τί φίλτρον. HEMST. Rectius ἆρά τι φ. LEHM.

Ead. l. 10. Ὑπέργηρον) Vid. Dial. VI. §. 2. ubi omnes edd. recte ὑπέργηρων, cum P. B. et Fr. hic peccent: eademque opera elegantissimam decrepiti senis descriptionem habebis. SOLAN.

Pag. 243. l. 7. Βίον ἄπορον ἀπὸ κ. καὶ ὁ.) Nota piscatorum paupertas, et proverbio dictus ἁλιέων βίος· ea de re quaedam observans *Burmann.* ad *Ovid.* Met. III, 585. hunc etiam *Luciani* locum adtulit. *Dicaearch.* de Anthedoniis: ἁλιεῖς ἀπ᾽ ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες. HEMST.

Ead. l. 11. Ἡδὺ) *Euripidis* putem. Vide Iphig. Aul. v. 1250. et 1218. et Herc. fur. v. 281. et Fragm. *Grot.* p. 47. SOLAN.

Ead. l. 13. *Μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρ.*) *Budaeus* C. L. G. p. 934. interpretatur, *Ita mortem horres, ut adolescens.* Non credo ejusmodi potestatis exemplum aliud certum proferri posse: longe diversum est apud Graecos μειρακιεύεσθαι πρός τινα, atque ex illo genere, quod facilius intelligatur ab homine perito Graecae proprietatis, quam exacte vertendo explanetur. Ibidem aberravit vir magnus in istis *Plutarchi*, ὥσπερ Ἰσοκράτει καὶ Ἀναξιμένει τοῖς σοφισταῖς διαμειρακευόμενος· quod non est, *quasi apud Sophistas glorians, et sese jactans adolescentis licentia*; sed, *cum Isocrate atque Anaximene Sophistis juveniliter ac jactabunde contendens concertansque.* Illa vis in compositis ex διὰ verbis saepe viros egregie doctos fefellit. HEMST. Paullo aliter Momus Jov. Trag. c. 26. ad Apollinem, qui quum imberbis esset adolescentulus, in seniorum Deorum concilio verba facere vereretur, dicit: ὥστε μὴ μειρακιεύου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ λέγε θαῤῥῶν ἤδη τὰ δοκοῦντα, μηδὲν αἰδεσθεὶς, εἰ ἀγένειος ὢν δημηγορήσεις. in quibus μειρακιεύεσθαι significat subrusticum illum pudorem, quem proprium esse constat *pueris* et *adolescentulis* minus liberaliter educatis: ergo paene contrarium jactantiae et proterviae illi juvenili, quae h. l. et alibi eodem verbo indicatur. Respondet *Horatianum, juvenari* Art. Poët. v. 246. ubi *Gesnerus* perite Graecum νεανιεύεσθαι confert, quod et ipsum verbum nostro scriptori satis familiare est. LEHM.

Ead. l. 14. *Τί οὖν ἄν τις λέγει*) Una vocula hic auctiores sunt editiones veteres, legentes, *τί οὖν ἄν τις ἔτι λέγει.* Ceterum quis aures Graecae phrasi adsuetas habens, non illico offendatur audiens, *Τί οὖν ἄν τις λέγει*, nec soloecum deprehendat? Non puto ita scripsisse tersissimum scriptorem, qui haud dubie dedit λέγοι. Id genius hujus linguae postulat. Sensus autem, *Quid igitur quis amplius de juvenibus dicat, ubi id aetatis homines vitae amantes sunt?* Adjecta particula ἂν, praecipue in interrogationibus, sed et in aliis loquendi formis, vel Praesens Optativi, vel Imperfectum, Aoristumve Indicativi, vel etiam Optativi exigit. Quoties *τί γὰρ ἂν πάθοιμι* in hoc scriptore? Sed et statim Dial. sequentis initio, *Τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις*, *Ceterum non jam amplius dicere possis.* et sub finem Dial. XXX. *οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν·* et hunc in modum millies alibi. Imperfectum ita habes in Contempl. cap. 4. *Ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν;* Aoristum in Necyomantia cap. 17. *εὖ οἶδα, ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν.* paullo post, *πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλας.* Vide, quae supra notavimus. JENS. *Λέγοι* cl. *Jensius* et *B.* 2. In reliquis prave *λέγει.* SOLAN. *Gataker.* ad

Antonin. IV. §. 50. *Luciani* verba proferens posuit λέγοι· certe λέγοι vel λέγῃ scribendum est. Hemst.

Pag. 244. l. 20. Ὅμοια) Melius Ms. ἅπασι γὰρ ἡμῖν ὁμοίως τὰ ὄμματα κενά. Vulgo, ὅμοια τὰ ὄμματα κενά. Graev. Ὁμοίως omnino scribendum cum ed. J. et Mss. Gr. P. et L. pro vulgato ὅμοια minus concinno; quod et *Vorstium* acute conjecisse video. Solan. Ὅμοια τὰ ὄμματα κενὰ) Credi poterat excidisse καὶ propter similitudinem pronuntiandi, καὶ κενά· sed praeferri non aegre fero ὁμοίως a Codd. adjutum. *Apoll. Rh.* II, 254. Phinei vocat κενεὰς γλήνας, id est, interprete *Scholiasta*, τοὺς κενοὺς καὶ τυφλοὺς ὀφθαλμοὺς, ut Oedipi *vacuos orbes Stat.* Theb. I, 53. et *vacua ora Iconum* VII, 276. Hemst.

Ibid. Μόνον δὲ αἱ) Ms. κεναὶ μόναι χῶραι. Bourd.

Pag. 245. l. 1. Τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεὺς) Phineus fuit vates oculis captus: vid. *Apollod.* Biblioth. lib. I. Lynceus ὀξυδερκέστατος. *Eurip.* Med. Graev.

Ead. l. 5. Ὁπότε ἀνὴρ etc.) Uno ductu in Fl. ed. et Ms. Ox. ἢ ὁ γυν. ἀμείνων ἦν, quod non probo. Scrupulus tamen restat, quod haec duo non eodem modo effert; nam post ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα quis non putet dicturum ἢ ὅταν γυνὴ, quo ferme modo Pisc. c. 19. Verum *Lucianeus* stilus est. Vide Prom. c. 4. εἰς ἀκρόασιν σοφιστικὴν, οἷος εἶ σὺ πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις· et alia multa, quae taedium adferrent, quaeque lectorem monitum semel non latebunt. Solan.

Ibid. Ἢ ὁ γυναικεῖος;) Malim, ἢ ὁπότε γυνή· τὸ ὁ γυναικεῖος ex sequentibus istic repetitum videtur: ἀμείνων etc. ὁ γυναικεῖος. Guyet.

Ead. l. 8. Καὶ δεσπόζουσι) Dixi alibi. Bourd.

Ead. l. 13. Μηδείας) Legendi omnino versus, quos tangit, apud *Euripidem* ipsum in Med. a v. 230. ad 251. quorum hic finis:

— ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. Solan.

Pag. 246. l. 2. Οὐδὲν χαλεπὸν, ὦ Τειρεσία.) Interpres: *nihil acerbi, Tiresia:* imo, *non grave est quod quaero*, seu, *difficile explicatu.* Sic in Vit. Auct. χαλεπὸν μὲν οὐδὲν, *nil grave est.* Graev.

Ead. l. 9. Καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάθησαν) Potest ferri. Censeo tamen *Lucianum* scripsisse, καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάκησαν, *mammae marcuerunt, mammae factae sunt pannosae*, ut *Martialis* loquitur. Graev. Pro ἀπετάθησαν censet cl. *Graevius* scribendum ἀπετάκησαν, *marcuerunt*, cui sententiae subscribo. Contrarium enim τῷ ἀποτείνειν hic innuitur. Nam si Tire-

sias ex femina denuo factus est mas, oportuit quoque mammarum tubera fieri contractiora; cum mammae potius in feminis sint *ἀποταθεῖσαι, distentae, extensae.* Statim D. XXX. *ἀποταθεὶς* dicitur is, qui porrectus jacet: *Ὁ δὲ τύραννος παρὰ τὸν Τιτυὸν ἀποταθεὶς* etc. Jens. *Ἀπετάκησαν Graevio* obsecuti pro *ἀπετάθησαν* scripsimus, quod in omnibus impr. et Ox. Cod. est. Solan. Quod ante vulgatum fuit, ferri nullo modo potest. *Graevius* quin felici conjectura ipsam *Luciani* vocem fuerit adsecutus non dubito: quam ob rem, etsi pro corrupto stent libri veteres, congruentis tamen ad sententiam verbi potiorem esse rationem habendam censui. *Corn. Cels.* II. c. 8. *Mulieri gravidae si subito mammae emarcuerunt.* Hemst. (Nunc ut dubitem faciunt, quae perquam ingeniose pro vulgata lectione scripsit ad me politissimus *Gesnerus:* eummet ipsum audi caussam hanc agentem. *Certatim viris doctis placuit ἀπετάκησαν, quod ipse ejus restituendi auctor Graevius vertit,* emarcuerunt, pannosae factae sunt. *Sed hic nondum viri character erit, verum vetulae aut aegrotae. Quin retinendam puto scriptionem constantem omnium, qui usquam sunt, librorum ἀπετάθησαν,* extensae sunt, *non in longitudinem dependentem, sed crati pectoris intentae, ut nihil ibi laxum, nihil pendens relinqueretur. Ita collis ἀποτείνεται, sive* extenditur, *cum solo aequatur: unaquaeque enim linea curva, sive arcus circumscribens collem illum extenditur, et fit recta; certe ad rectam magis accedit.* Haec ille: quibus si vetusti scriptoris ad usum eum verbi *ἀποτείνεσθαι* firmandum auctoritas accederet, jam sublata foret omnis dubitandi caussa. Hemst. *in Add.*) Defendit vulgatam etiam *Elsnerus* in Sched. Crit. p. 94. Verum ut concedam *ἀπετάθησαν οἱ μαστοὶ* quodammodo etiam ad h. l. apte explicari posse, tamen id maxime ambigue foret dictum, quum proprie *ἀποτείνεσθαι* de mammis captum cogitationem efficiat illi, quae huc convenit, plane oppositam. Atque talis ambiguitas tum maxime vitanda est, ubi de re agitur haud vulgari, imo paene portentosa, ut h. l. Unde non poteram non adsentiri *Schmiedero,* qui e cod. 2954. suadente *Belino* recepit *ἀπεσπάσθησαν*, quae forma in 2956. transiit in *ἀπεστάτησαν*, et hinc postremo factum *ἀπετάθησαν.* Quamquam et *ἀπεστάτησαν* lectio est haud inepta: *abscesserunt, ἀπεχωρίσθησαν* secundum *Suidam.* Omnino contulisse juvabit descriptionem mutatae feminae in marem apud *Ovid.* Metam. IX, 785. sq. Lehm.

Pag. 247. l. 1. *Ὁπότ᾽ ἀκούσῃς ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες;*) Perspicuum est, hic intercidisse *ὡς* vel *ὅτι*· requiritur enim, *ὁπότ᾽ ἂν ἀκούσῃς ὡς* (vel *ὅτι*) *ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγέ-*

νοντό τινες; *Tune igitur nec alia etiam ita facta fuisse credis, ubi quasdam ex feminis legis factas fuisse aves?* Similiter vocula, vel ὡς, vel ὅτι, excidit, mea quidem sententia, ex loco *Aeliani* in elegantissimo illo libri XII. capite 1. de Aspasia; de qua, invitissimo animo adventitium corporis cultum, quo magis placeret, sumente, ita legitur, Ῥαπισθεῖσα δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ, καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασιν, ἀλγοῦσα ὅμως, οὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Verba haud dubie luxata, quaeque vulgatus interpres ad lubitum intorsit. Verum sensum *Aeliani* scribentis fuisse hunc existimo, *Alapis vero percussa, coacta induebatur, et cedebat imperatis, dolens tamen, se talia cogi, quae meretricem, non ingenuam virginem decerent.* Legendum ergo, ἀλγοῦσα ὅμως ὡς οὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Videtur autem oscitabundus descriptor, ubi scripsisset ὅμως, insuper habuisse ultimam hujus vocis syllabam denuo scribere. Ὡς pro ὅτι passim scriptores, et *Aelianus* aliquoties; ut lib. VIII. c. 2. ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει· et alibi. *Lucianus* quoque innumeris locis; ut in Hermotimo c. 24. Ἔλεγε ὡς ξύμπαντες ξένοι εἶεν· adde c. 16. 27. 37. 38. 46. 79. Hunc particulae ὡς usum notavit quoque *Thomas Magister,* ac post eum *H. Stephanus.* Jens.

Ibid. Ὄρνεα) Ante ὄρνεα τὸ ὡς forte hic desideratur. Guyet. Mihi, quod *Guyeto,* placuerat, ὡς similitudine forte praecedentium literarum oppressum: Halc. c. 2 ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο. Ceterum τὴν Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δάφνην, ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα structurae orationis aliena vix putarem esse *Luciani*, nisi succederet Menippi responsum, ἥν που κἀκείναις ἐντύχω, quod ipso nomine fuisse designatas videtur indicare. nunc σύγχυσις quaedam est constructionis statuenda, cujus ordo legitimus foret, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς τὴν Ἀ. ἢ τὴν Δ. ἢ τὴν τοῦ Λ. θ. ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ὡς ἐγένοντο, ἢ δένδρα, ἢ θηρία. Hemst.

Ibid. Ὅτι) Coll. et P. In reliquis deest. Solan. In codd. 2954. et Aug. debita ei sedes concessa post ἀκούσῃς. secutus et *Schmiederus.* Ceterum nugatur quaedam de hujus loci structura *Abreschius* Dilucc. Thuc. p. 215. Lehm.

Ead. l 2. Τὴν Ἀηδόνα) Ad τὸ πιστεύεις referendum. Guyet.

Ead. l. 9. Ἔριν) Vid. *Ovid.* Met. III, 316. Solan.

Ead. l. 11. Τῶν ψευσμάτων) Id est, divinandi arti adhaeres; eam amplecteris, probas. Guyet.

Ead. l. 12. Μηδὲν ὑγιὲς λέγειν) Non ita penitus veterum animos obsederat superstitio, quin vatibus mendacii crimen

saepe fuerit objectum, praesertim a poëtis scenicis: quibus mira libertate licuit religionem ipsosque Deos vel cothurnatis sententiis castigare, vel comicis salibus irridere. Ideo dicti frequenter ἀλαζόνες, qui se scire, quae prorsus ignorarent, lucri fallendique caussa profiterentur: quam opprobrii notam plerisque saltem convenire non negat *Aristot.* Ethic. Nicom. IV. c. 7. Aristoxeni Selinuntii versus in *Hephaest.* Ench. p. 25. Τίς ἀλαζονείαν πλείσταν παρέχει τῶν ἀνθρώπων; τοὶ μάντεις. Illum imitatus fuit *Epicharmus*; vide *Poll.* IX, 82. *Epicharmum Ennius* apud *Cicer.* in fine lib. I. de Divin. De *Luciano* non est quod miremur, si hominum illud genus odio prosequatur. Frequens autem, mendaces dici μηδὲν ὑγιὲς λέγειν· *Dinarch.* p. 96. v. 18. Οὕτω Δημοσθένης τῷ ψεύδεσθαι καὶ μηδὲν ὑγιὲς λέγειν ἑτοίμως χρῆται. Hemst. Supra Dial. XIII, 1. Alexander Macedo: νῦν δὲ ὁρῶ, ὅτι οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τῶν Ἀμμονίων προφῆται ἔλεγον. Lehm.

Pag. 248. l. 7. Ἐμέλησας) Ἐμέλισας. Guyet. Pro ἐμέλησας, quod nihili est, et omnes tamen obsidet editiones, scribe ἐμέλισας. *Si tu, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipse interfecisti, nosque omnes concidebas, quid Ulyssem adcusas?* μελίζειν est *membratim concidere.* Ajax furore percitus pecudes jugulabat, et cum in illas grassaretur, putabat se Graecorum obtruncare duces. Res nota. Vide *Sophoclis* Ajacem flagelliferum v. 297. et seq. In Mss. tamen legitur ἐμέλλησας, quod si quis malit, non repugnabo; subaudiendum autem φονεύειν, *nos etiam occisurus eras.* Statim cum Agamemnon dicit, Ajacem noluisse apud inferos adloqui Ulyssem, respicit ad *Homerum,* quem vide Od. *Λ.* v. 543. et 526. sicut et quae inferius de Theti arma in medium ponente narrat Agamemnon, ex eodem loco petita sunt, v. 545. Quod addit postea de Trojanis sententiam ferentibus, et quae respondet Ajax, *novi, quae me damnarit,* intelligenda sunt ex versu sequente Homeri:

Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

De hac conqueritur etiam apud *Sophoclem* in laudata fabula. Graev. Pro ἐμέλησας, quod nihil est, et tamen omnes occupavit editiones, conjecit ὁ πάνυ *Graevius* scribendum ἐμέλισας, hoc sensu: *Si tu, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipse interfecisti, nosque omnes concidebas, quid Ulyssem adcusas?* Ajax enim furore percitus pecudes jugulabat, et, cum in illas grassaretur, putabat, se Graecorum obtruncare duces. Ego tamen praefero lectionem, quam Mstos habere

testatur vir cl. modo laudatus, sc. *ἐμέλλησας*, ut subaudiatur *φονεύειν* ex praecedenti, h. e. *interfecturus eras*. Simili plane modo locuti sunt alii. *Dio Chrysost*. Or. LXIV. de Alexandro: *᾿Απέκτεινε δὲ Κλεῖτον τὸν σοφὸν, ... καὶ διδάσκαλον Καλλισθένην, καὶ ᾿Αριστοτέλην ἐμέλλησε. καὶ ᾿Αντίπατρον ἐβουλεύσατο*. *Julian*. Or. I. p. 83. *ὧν τοὺς μὲν ἀνῄρηκε, τοὺς δὲ ἐμέλλησεν·* et p. 44. *καὶ τιμὰς ἐπ᾿ αὐτοῖς τὰς μὲν ἐχαρίσω, τὰς δὲ ἤδη μέλλεις*. In quibus exemplis subintelligendum verbum, quod praecessit; ut *᾿Αριστοτέλην ἐμέλλησε*, pro *᾿Αριστοτέλην ἀποκτεῖναι ἐμέλλησε·* et *τοὺς δὲ ἐμέλλησεν*, pro *τοὺς δὲ ἀνελεῖν ἐμέλλησε*. L. Bos *Animadv. c. XII. p*. 56. *᾿Εμέλισας* P. Ald. *J. II. Fr. IV*. St. edd. optime. Recentiores omnes *ἐμέλησας*, vitiose. Ajacis exemplo furens celebris ille Cervantes Quixotus in oves etiam desaevit. Solan. Aliquantulum olim, utri lectioni primas darem, non secus ac *Graevius*, addubitavi: *μελίζειν* enim cum sit *membratim discerpere* vel *concidere* apud *Dionys. Halic*. A. R. VII. pag. 461. *Apollodor*. Bibl. I. p. 156. *Schol. Apoll. Rh*. IV, 223. Ajaci non absurde tribuatur, qui quamvis in gregem consilio Minervae saeviret, principes tamen Achivorum flagris ferroque dilaniare se putabat. Nunc sine controversia verum arbitror *ἐμέλλησας*, cui calculum adjecit eruditiss. *Kuhnius* ad *Diogen. L*. I, 98. *elegantem* esse *Graecismum* observans: nam revera saepius ita ponitur *μέλλειν*, ut praecedentis verbi repetitus Infinitivus illi adnecti debeat, etiamsi persona, quae loquitur, ut in Tragoediis Comoediisque fieri solet, fuerit mutata. *Aristoph*. Pl. v. 1103. *Μὰ Δί᾿*, inquit Mercurius, *ἀλλ᾿ ἔμελλον*, scilicet *κόπτειν τὴν θύραν*, quod Carion ante dixerat; et in illa frequenti apud *Platonem* formula, *τί δ᾿ οὐ μέλλουσι*; nimirum *μισεῖν τε καὶ φεύγειν*, Politic. VIII. pag 726. B. *Dinarch*. in Demosth. p. 96. v. 26. *οὔτ᾿ ἐμὲ ἀπέφηνεν ἡ Βουλὴ, οὔτ᾿ ἐμέλλησεν*. *Liban*. de Vit. sua p. 41. A. *βαρβάρων δὲ τῶν μὲν ἡττημένων, τῶν δὲ μελλόντων*. *Isocr*. Paneg. p. 68. D. *τοιγαροῦν τὰ μὲν ἔχει, τὰ δὲ μέλλει, τοῖς δὲ ἐπιβουλεύει*. Hel. Enc. p. 213. B. *Τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δ᾿ ἔμελλον, ταῖς δ᾿ ἠπείλουν τῶν πόλεων*. Panath. p. 254. A. *Λακεδαιμόνιοι δὲ οὔτε πάσχοντες κακὸν οὐδὲν, οὔτε μέλλοντες, οὔτε δεδιότες*. *Aeschyl*. Pers. v. 816.

Τοὶ γὰρ κακῶς δράσαντες οὐκ ἐλάσσονα
Πάσχουσι, τὰ δὲ μέλλουσι —.

Thucydides III, 55. *οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε, οὔτε ἐμελλήσατε*. *Demosthenes* Epistol. IV. pag. 202. D. Diis est proprium *φλαῦρον μηδὲν μηδέποτε ἐν παντὶ τῷ αἰῶνι μήτε παθεῖν, μήτε μελλῆσαι*. Exempla vero plura,

ubi *πάσχειν* praemittatur, ideo potissimum adduxi, ut liquido pateret, quam perverse *Libanium* intellexerit verteritque *Olearius* de Ulc Jul. Nec. §. 12. *Οὐδενὸς τῶν ἐγγυτάτω καὶ ὑφ' ὧν ἐφρουρεῖτο παθόντος οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ μελλήσαντος·* quod pro *μελήσαντος* merito probavit, adlatis etiam *Luciani* nostri verbis, doctiss. *Steinheilius*, errante, dum bonum ducem deserit, *Waechtlero*: vide Act. Erud. Lips. A. 1721. p. 266. Sic *Aristoph.* in Pl. v. 551. *Ἀλλ' οὐχ ὁ ἐμὸς τοῦτο πέπονθεν βίος· οὐ μὰ Δί', οὐδέ γε μέλλει.* Porro quam prona sit in hunc errorem librariorum manus, docuerit *Thucydidis* locus I. c. 134. *Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους εἰώθασιν ἐμβάλλειν·* hanc enim receptae Codicum optimorum lectionem anteponendam censeo: ibi non libri tantum quidam inepte *ἐμέλισαν*, sed et *Scholiastes*, sive potius lector aliquis imperitus exponit *εἰς δύο ἔτεμον.* Hemst.

Ead. l. 10. *Προςειπεῖν ἠξίωσας*) Vide *Homeri* Od. XII. Cler.

Ead. l. 13. *Ἐπὶ τοῖς ὅπλοις*) *Benedict. pro armis.* Verte, *propter arma.* Guyet.

Ead. l. 14. *Ἀνανταγώνιστος*) In *Thucydide* IV, 92. pro *ἀναγώνιστοι* non contemnendae notae libri *ἀνανταγώνιστοι* legunt: *Wassio* probatum, et *Dukero* moneri *ἀνανταγώνιστος esse etiam apud Lucianum, qui Thucydideis crebro utitur, Dial. Mort.* et *Hermot. Cyrillo* frequens, cujus unum alterumque locum notavit *Suicerus.* Hemst.

Pag. 249. l. 2. *Τοῦ ἀνεψιοῦ*] Erant enim Ajax et Achilles nepotes Aeaci, alter Telamonis, alter Pelei, filius. Lehm.

Ead. l. 10. *Τὸν Ὀδυσσέα, ὃς ἀντεποιήθη μόνος*) *Ut qui solus sese mihi opposuerit.* Sic omnes interpretes, quos vix dicas, an Graecam vocem nunc recte vel ceperint vel expresserint. Sane optime pater notavit subintelligi *τῶν ὅπλων*, et verti debere, *solus vindicabat.* Sic in Reviviscentibus Philosophia minatur, se contrituram *κακοὺς κακῶς, ὡς μὴ ἀντιποιοῖντο τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς ἀλαζόνες ὄντες.* Gron. Sic Dial. V, 1. *ἀντιποιεῖσθαι τῶν χρημάτων* de hereditatum captatoribus, qui *arrogant* sibi aliena certando et aemulando. Potestas verbi ex frequenti usu nota. Lehm.

Ead. l. 13. *Ὑπομένει, ἐπεὶ*) Sic interpungendo meliuscule sese habebunt haec; sed nondum sic etiam satis sana.

Solan. Plenius etiam interpungendum erat: sic ne suspicioni quidem fuerit locus. Nam et Praesens ὑπομένει bene se habet, quum Agamemnon etiamnum in vita cum heroibus suis versari se somniet: quae orationis venustas exturbatur, ubi cum *Schmiedero* lectionem duorum codd. Pariss. ὑπέμεινεν, vel Gorlitiensis ὑπέμενεν, praeferre placeat. Nec opus est cum *Tr. Fr. Benedicto* pro ἐπεὶ legas εἰ ἔτι, quo facto nexus sententiarum exstiterit minime *Lucianeus*. De usu vocis ἐπεὶ cf. Diall. Marr. I, 2. et Timon. c. 30. Lehm.

Ibid. Παρὰ Τρωσὶ δικ.) Homer. Od. *Λ*. 544.

Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Πάλλας Ἀθήνη.

Agamemnon enim judicii invidiam subire nolens a captivis Trojanis petiit, uter plus eis nocuisset, Ajax, an Ulysses: qui cum continuo, Ulysses, respondissent, arma statim ei adjudicata sunt. V. *Schol. Homer.* l. c. Solan.

Ead l. 15. *Οἶδα*) Lege versum, quem ex *Homero* in nota praecedenti vides. Quo tamen pacto Minerva una judicaverit, non docent aut poëta, aut enarrator ille. Solan.

Ibid. Ἀλλ' οὐ θέμις etc.) Ergo jam experimentis sapere didicerat. Prudens Minervae monitum ad Ulyssem in Aj. Flag. v. 128.

— ὑπέρκοπον

Μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος,

tractum est ab Ajacis impia in Deos superbia, cujus in ea fabula paullo ante v. 112. exemplum ediderat roganti Minervae negans. Observat *Scholiastes*, tradi *τὸν Αἴαντα τρίτον ἠσεβηκέναι περὶ τοὺς θεούς. πρῶτον μὲν ἐκβαλεῖν τοῦ δίφρου τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένην αὐτῷ συμμαχεῖν· δεύτερον ἀπαλεῖψαι τὴν γλαῦκα τὴν ἐγγεγραμμένην τῷ ὅπλῳ αὐτοῦ ἐξ ἔθους πατρῴου· τρίτον ὅτι οὐκ ἐπείσθη τῷ πατρὶ συμβουλεύοντι πείθεσθαι τοῖς θεοῖς.* Egregie vero *Lucianus* ingenii morem denotat: postquam enim dicentem fecisset, *οὐ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν*, mox tamen Ulyssem se non posse non odisse profitetur, ne si Minerva quidem ipsa vetet: quo dicto simul ostendit, quem armorum Achillis sibi abjudicatorum auctorem statuat. Hemst.

Pag. 250. l. 1. *Οὐδ' εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι*) Illa minus recte vertuntur ab interpretibus: *etsi ipsa Minerva hoc nolit.* Tu verte: *non si ipsa mihi Minerva hoc imperaret.* Sic eleganter post negationem ponitur οὐδ' εἰ *Homer.* Iliad. E. 644.

Οὐδέ τέ σε Τρώεσσιν ὀΐομαι ἄλκαρ ἔσεσθαι

'Ελθόντ' ἐκ Λυκίης, οὐδ' εἰ μάλα καρτερός ἐσσι.

Sic Lat. *non si* sequitur negationem; *Liv.* VII. c. 10. *Injussu tuo, Imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam videam.* *Idem* lib. XXXVIII. c. 57. L. Bos *Anim.* c. *XII. p.* 57.

Ead. l. 12. Σώστρατος) Vide in Alex. c. 4. ubi iterum inter latrones famosos recensetur. Sostrati cujusdam Boeotii vitam scripserat *Lucianus*, ut in Demon. ipse testatur, ob vires corporis celebratissimi, ut et nomen Herculis consecutus fuerit. Sed Sostratus ille alius ab hoc videtur: hic enim latro caedibusque infamis: ille non robore, laboribus, patientia tantum, quae omnia in latronem etiam cadere possunt, clarus, sed ab operibus laudatur nomini respondentibus, a latronibus sublatis, viarumque et pontium structura difficillima. Ut ut sit, utriusque fama, ni per *Lucianum* foret, prorsus ex hominum memoria intercidisset: nam quae de eo *Philostratus* in Herodis Vita habet p. 552. quis absque hoc intelligat? Recte vidit cl. *Hemsterhusius* ad *Pollucem* Praef. p. 29. Herodis Herculem esse Sostratum illum, de quo ad initium Demonactis fusius dicendi locus dabitur. Negligentia majorum etiam factum, ut tam utili vita careamus. Solan.

Pag. 251. l. 7. Ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν] *Noster* de Mort. Peregr. ὃν ἐχρῆν πάλαι ἐς τὸν τοῦ Φαλάριδος ταῦρον ἐμπεσόντα τὴν ἀξίαν ἀποτετικέναι· in Revivisc. est διδόναι τὴν ἀξίαν, *meritas dare poenas*, ad initium, et ὑπέχειν τὴν ἀξίαν· κᾆτα εἰ μέν τι ἀδικῶν φαίνομαι etc. ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν· paulloque post: ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν, ὧν δέδρακε. Hemst. I.

Ead. l. 16. Ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες) *Synes.* Ep. LVII. p. 193. A. τὸ γὰρ ᾗ δεῖ γενέσθαι ὑπηρετῆσαι τῷ χρεὼν, οὐκ ἀστείας ἀπολογίας ἐστί. Frustra quoque ad hanc criminis commissi defensionem apud filium Oresten confugit Clytaemnestra in *Aeschyli* Choëph. v. 910. dicendo:

Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία. Hemst.

Pag. 252. l. 2. Βιαζομένῳ] Quod olim vulgatum erat, βιαζόμενος, habebat, quod offenderet: primum usus verbi Passivus, rarissimus ille vel apud recentiores scriptores, licet passim eum offerri non diffitear, quantumvis de ea re, inprimis ad *Matth.* Evang. XI, 12. disputatum sit: vid *Dresig.* de Verb. Med. N. T. II, 6. Apud *Lucianum* certe nostrum nunquam Activum βιάζειν (Indicis Reitziani auctor nihilominus

finxit), neque *βιάζεσθαι* vi Passiva occurrit, uno forte loco excepto de Luct. c. 11. ubi tamen de lectionis *βιαζόμενον* veritate adhuc dubitare licet: contra Medio hujus verbi usu ac vi nihil apud *Nostrum* frequentius reperietur. Accedit etiam, quod h. l. ingratissima fuere ejusdem generis Participia deinceps eodem casu et eadem ratione usurpata, *ἀναγκασθεὶς*, *οὐ δυνάμενος ἀντιλέγειν*, *βιαζόμενος*, *πεισθείς*. Unde recte mihi videbatur *Matthiae* e cod. 2956. edidisse *βιαζομένῳ*, Media significatione, et structura gratius variante. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ξίφος αὐτὸ*) Lepide *Noster* videtur his *σκωπτικῶς* tangere ritum Atheniensium in festo *Βουφονίοις*· cum nempe is, cujus manu eo in festo caesus esset bos, fugeret; securis autem, qua caedes facta esset, quasi rea in judicium traheretur atque damnaretur. Rem hanc enarratam apud *Meursium* et *Castellanum* de festis Graecorum videre licet. Jens.

Ead. l. 6. *Ξίφος*) V. *Jens.* et *Pott.* 102. et 166. Solan.

Ead. l. 7. *Δεῖ οὖν τὸ πᾶν ἀναθεῖναι*) Haec verba in solo P. inveniuntur; et mox *τῷ πρώτῳ* pro *τῷ πρώτως*, quod forsan etiam rectius. Solan.

Ibid. *Τῷ πρώτως παρασχόντι τὴν αἰτίαν*) Tanti non sunt apud me Exc. Cod. Regin. Poli, ut eorum auctoritate sola munitus augere *Lucianum* sustineam; praesertim si suspicio non levis subsit male fidae manus et nimium de suo liberalis. Sane istis, quae suggerit, omissis sententia loci satis apte procedit; tametsi non invitus largiar, orationem ambitu paullo latiore potuisse plenius explicari: sed haec eum colorem non habent, qui *Lucianeis* commode respondeat. Locutionem ipsam paullo aliter usurpavit *Maxim. Tyr.* Dissert. XXXIX. *Σωκράτην δὲ τὸν μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι παρασχόντα ἀμαθίας αἰτίαν.* Hemst.

Ibid. *Παρασχόντι τὴν αἰτίαν*) Ut Qu. Hist. Conscr. c. 1. et Tyrann. c. 11. 13. Argumentum hoc latius exsequitur in Jov. Conf. Solan.

Ead. l. 8. *Ἐπιδαψιλεύῃ*) *Interpr. Bene est, Minos, quod haec etiam exemplo, quasi quodam auctario locupletas.* Qui praecedentia legit, videbit, Sostratum, qui quaestionem proposuerat, utrum, si quis ab alio coactus aliquem occiderit, reus habendus sit caedis, an is, a quo coactus fuerit, addidisse exemplum hoc: Cum carnifex jussu judicis, aut

satelles jussu tyranni aliquem vita privaverit, uter caedis reus agendus esset. Ad quae respondet Minos, reum agendum esse judicem, aut tyrannum, et addit, si quidem neque ipsum gladium adcusare possumus: subservit enim hic tanquam instrumentum explendo animo ejus, qui primus caussam praebuit. Ad ea jam Sostratus, *Εὖγε ὦ Μίνως* etc. h. e. *Bene facis, Minos, quod exemplo etiam corollarium, sive auctarium addis:* i. e. quod exemplo, quo ego usus sum de judice etc. tu auctarium addis de gladio. Ita enim intelligenda sunt verba, et ea vis est phraseos, *ἐπιδαψιλεύεσθαί τινι πράγματι, superaddere quidpiam rei alicui, auctarium rei addere.* Vide *Budaeum* in Comment. L. Gr. p. 854. ubi exemplum e *Synesio* habet: *Δέδωκε, καὶ εἰλήφαμεν, καὶ ἐπεδαψιλεύσατο ταις ὑποθέσεσι τῆς ἀποκηρύξεως. Ipse dedit* (documentum) *nosque cepimus: corollarium etiam addidit his sceleribus, ob quae abdicatus fuerat.* L. Bos *Obss. Crit. c. IX. p.* 49. *Budaei* explicationem istius verbi, *Synesii* loco nixam, huc contulit vir doctiss. *L. Bos,* neque injuria castigavit interpretem, qui, quamvis et ipse *Budaeum* secutus, eo tamen modo reddiderat, ac si scriptum a *Luciano* fuisset, *ἐπιδαψιλεύῃ παράδειγμά τι·* haec enim locutio valere potest, *alterius dicta locupletare exemplo quodam addito, ampliusque illustrare.* Verum quoniam Lexicis, quae perpauca suppeditant, haud sane multa *Suicerus* adstruxit, agedum rationem et usum verbi, apud recentiores multum celebrati, paullo dilucidius explanemus. *Δαψιλὴς, δαψίλεια, δαψιλεύειν* copiam et abundantiam significant, at talem praecipue, quae prolixa largitate ad utilitates aliorum et commoda diffundatur: *δαψιλὴς τῶν δωρεῶν δόσις, Eratosthen.* apud *Schol. Euripid.* ad Hecub. v. 574. *Spionia dapsilis musto; dapsili proventu fatigata vitis, Columellae. Δαψίλεια τῇ ἐνδείᾳ,* quemadmodum *τῇ πενίᾳ πλοῦτος,* saepius est contraria: Europam prae ceteris terrarum orbis regionibus excellere scribit *Agathem.* II. c. 7. tum pluribus bonis, tum *πρὸς φυομένων ποικίλην δαψιλείαν·* trita sunt *δαψίλεια τροφῆς, τῶν ἐπιτηδείων ἁπάντων πολλὴν ἔχειν δαψιλείαν Diodor.* II. p. 80. D. *Δαψιλεύεσθαι* non tantum *adfluere, abundare,* ut *Philoni Byzantio* de Pyram. Aegypti, *ἀγέλαις ἐλεφάντων ἡ Λιβύη δαψιλεύεται,* pro quo pejus editur *δαψιλεύσεται·* sed et passive, ut in Comment. ad *Aristot.* Eth. VI. *ἐπειδὴ μὴ χρόνος αὐτοῖς ἱκανὸς δεδαψίλευται πρὸς τὸ πεῖραν εἰληφέναι τῶν καθ' ἕκαστα πράξεων·* nam quod scriptor *'Αποκρ. πρὸς τοὺς 'Ορθοδ.* Resp. ad Quaest. 96. agendi vim addidit, *τοῦ θεοῦ τοῦ καὶ τοῖς παρὰ γνώμην καλοῖς τὸν ἔπαινον δαψιλευο-*

μένου, est illud, modo vitio vacet, inusitatius, neque alibi fere, quam in composito ἐπιδαψιλεύεσθαι, solet reperiri. Pecora solent, si in ubertate pabuli largissima versentur, ἐνδαψιλεύσασθαι. *Heliodor.* VIII. p. 398. κόλπον πολλὴν πόαν καὶ χίλον ἄφθονον ἐνδαψιλεύσασθαι κτήνεσι νομὴν ἀπαυτοματίζοντα· sed apud *Suid.* in Φιλίσκος Κερκυραῖος alia loquendi facie metrum Philicium vel Philiscium ex eo dicitur adpellatum, ἐπείπερ αὐτῷ ἐνεδαψιλεύετο, quoniam illo genere perlibenter Philiscus Corcyraeus ac frequentius aliis utebatur. Indidem hocce nostrum ἐπιδαψιλεύειν potestatis originem traxit per varios veluti rivulos divergentis: nam primum activae formae neutra virtus est subjecta: *Ister*, *Athenaeo* teste XIV. p. 650. B. Peloponnesum scripsit Apiae nomen olim habuisse διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτόν· parique modo apud *Hesych.* in Συβαριτικοὶ λόγοι Aesopus refertur, cum in Italiam venisset, tantum sui studium excitasse, ὡς καὶ τὸ τῶν λόγων αὐτοῦ εἶδος ἐπιδαψιλεῦσαι καὶ Συβαριτικὸν προσαγορευθῆναι. Multo rarius est, ut forma media hunc in usum veniat, quomodo *Cyrillus Hierosol.* Catech. VI. p. 51. B. ἐπεδαψιλεύσατο ἡ πονηρία τῆς εἰδωλολατρείας· itemque contra valde infrequens, si activa ponatur pro *munifice largiri*; quod extra Grammaticos vix alibi reperias: vide *Suid.* in Ἐπέκλυσαν et Ἐπικλύσασα. *Hesych.* Ἐπιδαψιλεύσει, μεγαλοψυχήσει· ubi μεγαλοψυχεῖν, perinde atque in Ἐπιδαψιλευόμενος et Δαψιλέστατος, valet *splendidum ac liberalem esse:* nam μεγαλόψυχος aliquando, ut *magnanimus* Latinis, nihil aliud quam μεγαλοπρεπής, *Achill. Tat.* VI. p. 387. χρηστός τε καὶ μεγαλόψυχος τοῖς δεομένοις· et μεγαλοψυχία, quam, interprete *Thom. Mag.* ἡ ἐν ταῖς μεταδόσεσιν ἕτοιμος δαψίλεια· sicut in *Aristide* T. III. p. 513. D. *Liban.* T. I. p. 242. A. et in Inscript. antiquis, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς εἰς τὴν πόλιν ἀδιαλείπτου μεγαλοψυχίας. Deinde forma verbi ἐπιδαψιλεύεσθαι media virtute sibi propria gaudet, *luculentum ac copiosum sive liberaliter largiendo, sive quodlibet aliud faciendo se praebere.* Ita *Pollux* III, 119. vim ejus adjecto similium verborum numero satis declarans. *Dionys. Halic.* Art. Rhet. p. 72. v. 27. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἐν πολέμοις πεσόντων κἂν ἐπιδαψιλεύσαιτό τις ἐν τούτοις· *oratione copiosa luxurietur aliquis, atque ingenio fraena laxet:* paullo dilutius reddidit, *prolixius immorari, Sylburgius.* Tum porro solenni more, qualem verba media recipiunt, vim activam adipiscitur, structurae tamen, ut patebit, ductu vario disparatam, *suis ex copiis et facultatibus largiter aliquid erogare, atque aliis tribuere.* Χρήματα ἐπιδαψιλεύσομαι, *Philostorg.* apud

Suid. in *Λεόντιος*· *Εἰ σοὶ δεῖ . . . . ὦ παῖ, κλήρου μείζονος, ὁ πατὴρ ἐγὼ σοὶ τὰ δυνατὰ προςεπιδαψιλεύσομαι* *Liban.* T. I. p. 788. D *Philo Jud.* p. 775. C. *Εἰ μὲν ὁ εὐξάμενος* (*οἰκίαν γενέσθαι ἀνάθεμα*) *ἀνακομίζεσθαι προέλοιτο, ἐπιδαψιλευέσθω τὸ πέμπτον*, *insuper adjiciat et persolvat quintam partem.* Sed minime praetereundus, quem et *Suidas* posuit, egregius *Herodoti* locus V. cap. 20. ubi Alexander Amyntae filius ad Persas legatos jam jam dolis ejus perituros, Nibil est, inquit, nostrarum rerum, quod vobis invideamus, quo minus omnibus ad vos abundantissime collatis fruamini: *καὶ δὴ καὶ τόδε τὸ πάντων μέγιστον, τάς τε ἑωϋτῶν μητέρας καὶ τὰς ἀδελφεὰς ἐπιδαψιλευόμεθα ὑμῖν*· in quibus est manifesta per se significandi virtus. Hinc alio transit, cunctisque rebus, quae luculenter in aliorum utilitatem praestantur ac conferuntur, aptari solet; quod iterum ad partes vocandus, qui vel inprimis hoc verbo delectatur, *Philo Jud.* confirmabit p. 712. C. *ἐπιδαψιλευόμενος δὲ τὸ ἐπιεικὲς πάλιν πλουσίως αὐτῷ καὶ κατακόρως χρῆται*· iisdem paene verbis Hebraei legislatoris aequitatem laudaverat p. 701. D. contra ne cum Solone quidem comparari dignus est Aegyptius, qui fratrum sororumque naturae adversa connubia concedens *εὐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν ἐπιδαψιλευόμενος δυςθεράπευτον κακὸν σώμασι καὶ ψυχαῖς ἀκρασίαν* p. 779. E. et p. 18. D. *τὴν ἐκ τῶν ὄντων φορὰν ἄνευ τέχνης γεωργικῆς ἐπιδαψιλεύσασθαι.* Simili modo *Themistius* pag. 223. D. *ἐπιδαψιλεύσεταί μοι ὁ μουσηγέτης* (Theodosius) *καὶ ἀμείνονος καιρὸν μελῳδίας*· quod a *Petavio* versum, *insuper occasionem sit praebiturus:* malim, *sed opportunam mihi melioris concentus copiam est largiturus.* *Synes.* Ep. LXVII. p. 214. A. *καὶ ἄλλα πολλὰ προςεξεῦρεν ἐπιδαψιλευόμενος αὐτῷ πόρους*· ubi veram sententiae vim idem *Petavius* non perspexit. *Euseb.* de V. C. III. p. 608. *Ὁ Σωτὴρ . . . . τὴν ἑαυτοῦ ἐπιφάνειαν τῷ Ἀβραὰμ ἐπεδαψιλεύσατο*· quae vertentem *Valesium* scripsisse credibile videtur, *praesentiae suae copiam Abrahae fecit*, non, quod in editis fertur, *praestantiae.* Ad hanc rationem optime quadrat, qui Genitivum, sed hoc in casu Accusativo parem, adjunxit *Xenophon* Cyropaed. II. p. 29. *ἡμῖν δὲ πάντως, ἔφη, ἐν τοῖςδε τοῖς φίλοις τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου γέλωτος ἐπιδαψιλεύσῃ*· ubi pro *liberaliter et copiose fundes* purissimum scriptorem usurpasse bene notat *Budaeus*, atque adeo tantundem esse, ac si diceret, *praelarge nobis ridendi materiam praebebis.* Pari structura non infrequens *Xenophontis* imitator *Basilius* Hom. X. p. 85. E. si contumeliosis dictis incessare, aliorum insaniam exercendae tuae virtutis occasionem duces, *ὥςτε, ἂν ἐμοὶ πεί-*

θῃ, καὶ ἐπιδαψιλεύσῃ τῶν ὕβρεων· quod quomodo sit capiendum, non melius discere licet, quam ex subjectis exemplis; quorum hoc est primum: ἀφανῆ σε εἶπεν καὶ ἄδοξον καὶ μηδένα μηδαμόθεν, σὺ δὲ γῆν εἰπὲ καὶ σποδὸν σεαυτὸν, sic ut objectum opprobrium non tantum fatearis, sed majus etiam cumulatiusque tibi convenire libenter agnoscas. Singulari modo, cujus tamen intellectus sit facilis, adhibuit *Origen.* in Cels. IV. p. 229. non prorsus abhorret, ut phoenicis historia sit vera, ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας προνοίας καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζώων παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κατασκευῆς. Diversi generis Accusativus adjungitur a *Josepho* A. J. XIX, 7. §. 5. Agrippa ἐπεδαψιλεύσατο αὐτῶν (theatri, balneorum etc. Beryti) τὴν καθιέρωσιν μεγαλοπρεπῶς· *profusa liberalitate instruxit ornavitque eorum dedicationem:* nisi forte malis locutionem in hanc partem accipere, *magnifica liberalitate sumtus dedicationis de suo suppeditavit.* Solet aliquando casu dissimulato poni; quemadmodum apud *Nostrum* pro Imag. c. XIV. tu, Luciane, ceteroquin ad laudes ingerendas nequaquam promtus, nunc οὐκ οἶδ' ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν μεταβολὴν ἐπιδαψιλευόμενος· nisi sede mutata, tamesi res eodem redeat, paullo post ἀναπέφηνας subsequi jubeas καὶ ἐπιδαψιλευόμενος· quod, ubi eo nos operis ordo deduxerit, considerandum veniet. *Plutarch.* de Mus. pag. 1146. E. Soterichus ὅσα καὶ πρὸς θεωρίαν .... συντείνει διδάσκων ἡμᾶς ἐπεδαψιλεύσατο. *Philo Jud.* p. 711. C. Moses προδιαταξάμενος (non προςδιατ.) ἐπιδαψιλεύεται φάσκων· Interpres, *insuper addit.* Hic ergo loquendi modus quam fuerit, praesertim recentioribus, familiaris, jam satis superque constat: verum rarius occurrit, quem *Noster* usurpat, additus huic verbo casus tertius: quo magis dignum puto, qui animadvertatur, de Andronico homine perditissimo *Synesii* locum Ep. LXXII. Eum ab ecclesia segregaverat *Synesius* flagitiis insignem: mox deinde, vinci se passus aliorum precibus, hac conditione iterum admisit, ut datam melioris frugis fidem re ipsa repraesentaret, peccatorumque labem vera poenitudine vitaque sanctiore aboleret: ἔδοξε ταῦτα, inquit, καὶ πεῖραν αὐτός τε ἔφη δώσειν καὶ ἡμᾶς λήψεσθαι· δέδωκε καὶ εἰλήφαμεν· ἐπεδαψιλεύσατο ταῖς ὑποθέσεσι τῆς ἀποκηρύξεως. Haec postrema cum *Suidas* tacito scriptoris nomine protulisset, neque unde sumta forent compertum esset, fieri non potuit, quin versio Latina fingeretur prorsus a recto sensu dissidens: ad exponendum autem usus est eadem formula, κατακόρως ἐχρήσατο, quam isti verbo supra junxisse vidimus

Philonem; quae potestas licet pluribus in locis commode respondeat, hic tamen verior est *Budaei* explicatio, *corollarium etiam et auctarium addidit his sceleribus, ob quae ejectus fuerat ecclesia*: a qua ratione nec *Petavius* discedit: eam quidem *Synesio* fuisse mentem, exinde clare conficitur, quod scelera mox enumeret graviora, quibus cum ante vacasset Andronicus nunc semet illigaverat: atque adeo paene par est illud *Firmi* de propudiosa muliercula Ep. XLI. *οὐδεμίαν ἐλλεῖπον μοχθηρίας ὑπερβολὴν εἰς τὸ προςθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ᾽ ἁμαρτίαις.* Obscurior est non ipso sensu, qui satis expeditus, sed ambigua Grammaticae proprietatis facie loquendi ratio apud *Euseb.* H. E. III. c. 23. Menander Simonis magi successor *εἰς ἄκρον τῆς γοητείας οὐκ ἔλαττον τοῦ διδασκάλου προελθὼν μείζοσιν ἐπιδαψιλεύεται τερατολογίας*· magnus *Valesius* eum in modum Latine convertit, ut, vim huic verbo non mediam se tribui velle, sed passivam, ostendat: *pluribus adhuc et absurdioribus figmentis exuberavit*; tanquam si recte dici putasset *ἐπιδαψιλεύεσθαι πλούτῳ, τιμαῖς, abundare divitiis, honoribus,* ac similia; quale genus ego quidem nullis adhucdum exemplis munitum reperi. Idcirco potius dederim: *supra magistrum se profudit in opiniones portentosiores:* diversa nonnihil ratio foret, si legeretur, *μειζόνως ἐπιδαψιλεύεται τερατολογίαις, magis auget cumulatque impii doctoris absurda portenta. Gregor. Nyssen.* T. II. p. 35. B. *ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος, ὑπὲρ τὴν αἴτησιν ἐπιδαψιλευόμενος* (multum enim abest, ut ex *ἐπιδαψιλούμενος*, quod depravatum editur, cum *Suicero* verbum plane inusitatum constituam *ἐπιδαψ ῖσθαι*) *τῇ μεγαλοδωρεᾷ τῶν χαρισμάτων· qui promisit Deus mentiri nescit, et supra quam petas largius exaggerat donorum gratiose tributorum ubertatem.* Ex his intelligi satis potest, sive sententiam *Luciani*, seu phrasin spectes, parum omnino interesse, utrum accipias, *Bene vero factum, Minos, quod exemplo producto largius aliquid adcumules atque admetiaris*; an, *quod in exemplo proposito uberius illustrando impensius etiam, atque ipse fecerim, verseris.* Utrovis modo ingenio Graeci sermonis aeque fuerit satisfactum. Hemst.

Ead. l. 14. *Ποιεῖς κολάζων*) Longe aliter Ms. qui sic habet: *ποιῶν φανῇ εἰ κολάσεις μὲν ἡμᾶς ὑπηρέτας γενομένους ὧν ἡ Κλωθὼ προςέταττε, τιμήσεις δὲ τούτους.* Cur potius hanc Parcam, quam aliam, nominet, ratio est, quia *Μοῖραι* alio nomine *Κλωθοί*. Bourd. Rectius, quia Clotho princeps erat Parcarum, quippe cujus esset, filum mortalibus ducere, τὸ

κλώθειν s. ἐπικλώθειν. Cf. Charon. c. 13. 14. Unde alibi καθ' ἐξοχὴν Clotho a *Nostro* dicitur ἡ *Μοῖρα*, ut supra Dial. VI, 1. et XIX. extr. Ceterum *Κῆρας* quidem novi et *Κατακλῶθας* βαρείας pro *Μοιρῶν* nomine occurrere: sed αἱ *Κλωθοὶ* plurali numero de cunctis Parcis me quidem praeterierunt. Lehm.

Pag. 253. l. 7. *Δοκεῖς*) Hoc si retineas, ut tempora melius inter se congruant, scribendum erit ἀπολαύεις· sin ἀπολαύσεις placuerit, δοκεῖς itidem migrare jusserim in futurum δόξεις. Hemst. Falso verba cepit *Hemsterhusius:* neque enim διότι et sequentia significant fructum ipsum illum, quem ex sophisticis quaestionibus latronem percipere vult Minos, sed caussam fructus illius percipiendi: nam διότι constat esse *propterea quod:* et τοῦτο, lucrum illud, quod facturus est Sostratus, indicatur demum inde a verbis: ἀπόλυσον αὐτὸν etc. Rectius vett. interpretes διότι per *quandoquidem* reddiderunt, quam *Hemst.* per *ut.* Sic intellectis verbis nec erit, cur mutes temporum rationem: imo potius ne mutes, magnopere cavendum. Lehm.

SUPPLENDA.

Pag. 3. l. 5. *Jo. Seager.* in Classic. Journ. N. XI. a. 1812. p. 126. sq. conj. *ἴσα ἐργάσεταί σε οἷς καὶ σὺ* etc.

Pag. 6. l. 6. *idem* ibid. *ἐπὶ τούτοις αὖθις* (pro *αὐτοῖς*) *ἀφίημί σε.* ineptissime.

Pag. 8. l. 13. et *Courier.* ad Asin. p. 233. ab omni verborum vulgatorum, *Ἀλλ' οὔτε* etc. tentatione sedulo abstinendum censet.

Pag. 19. l. 1. commendat *Seagerus* interpunctionem nunc editam: *τί τοῦτο; δακρύεις;*

Pag. 21. l. 10. *ἐπ' ἐμὲ* in *εἰς ἐμὲ* mutari graviter vetat *Courier.* ad Asin. p. 253.

Pag. 30. l. 16. *ἥδιον Seager.* pro *ῥᾴδιον.*

Pag. 40. l. 8. cum verbis *μή ἀπομανεῖσά ποτε ἡ Ῥέα* etc. conferri *Seagerus* jubet verba *Plutarchi* Apophth. p. 523. ed. Wyttenb. *Δημοσθένους δὲ τοῦ ῥήτορος εἰπόντος, Ἀποκτενοῦσί σε Ἀθηναῖοι, ἐὰν μανῶσι, Ναὶ, εἶπεν, ἐμὲ μὲν, ἂν μανῶσι, σὲ δὲ, ἂν σωφρονῶσι.*

Pag. 48. l. 9. reperit articulum *ἡ* etiam *Courier.* in Cod. Vatic. ut ipse tradit ad Asin. p. 212.

Pag. 49. l. 23. (Dial. XVI. in. *idem* p. 247. corrigi vult: *καλὰ μὲν γὰρ, ὦ Λητοῖ, καλὰ* (pro *καὶ τὰ*) *τέκνα* etc.

Pag. 54. l. 2. *Jacobs.* Animadvv. ad *Achill. Tat.* p. 446. ante *μονονουχὶ* inseri vult *καί.*

Pag. 57. l. 17. (Dial. XIX. l. 4.) *ἐπ' ἐκείνην* mavult *Courier.* ad Asin. p. 253.

Pag. 62. l. 14. conj. *Seagerus καλὴ μὲν* pro *ἱκανὴ μέν.* quod ambabus renuendum.

Pag. 72. l. 4. *αὕτη* etiam *Courier.* vult restitui ad Asin. pag. 232.

Pag. 77. l. 3. *Ἀφρ. Ἐπὶ τούτοις λαμβάνω. Seager.*

Pag. 94. l. 11. post *μονόφθαλμος* interrogationis signum in comma mutandum.

Pag. 117. l. 1. *ὡς ἔδειξε* parenthesi includi vult *Seagerus*, et verti: *id quod eventu deprehensum est.*

Pag. 121. l. 5. (Dial. X. in.) *τὴν* (pro *τῇ*, *ἀποσπασθεῖσαν* etc. corrigi vult *Courier.* ad Asin. pag. 258. quo nunc non opus est.

Pag. 150. l. 1. conj. *Seager.* *οὐδὲν ὅμοιοι ἐκείνοις.*

Pag. 151. l. 10. *idem* *βούλονται* pro *βουλεύονται.*

Pag. 165. l. 14. *idem* *ῥέπῃ* pro *τραπῇ*, nescio an *Jacobsianae* conjecturae conscius: conferri jubet *Plutarch.* Vit. Pompej. p. 1176. ed. Steph.

Pag. 199. l. 5. *idem* *περὶ αὐτοῦ* (ut in ed. Lips.) i. e. *de Morte.*

Pag. 200. l. 10. *idem* *μόνον αὐτὸ* (ut *Hemst.*) pro *αὐτόν.*

Pag. 202. l. 12. *idem* *παριόντα* (*irrepentem*) pro *παρόντα.*

Pag. 212 l. 12. *idem* *ἐγώ σοι καὶ ὑπὲρ* (pro *περὶ*) *τοῦ Ἔρωτος* etc. quod nullo modo probandum.

Pag. 214. l. 2. idem ita interpungendum censet, ut jam factum est.

Pag. 217. l. 5. *idem* vult: *ταῦτά σε ἀπηνθράκωσεν· αὐταῖς γε κρηπῖσιν ἀξιοῦντα.*

Pag. 219. l. 16. *τἄλλα* pro *τὰ πολλὰ* egregie substitui vult *Courier.* ad Asin. p. 234.

Pag. 221. l. 10. *τὰ δ' ἐντεῦθεν* *idem* p. 316.

Pag. 223. l. 9. *Seager.* *δέοι* pro *δέον.*

Pag. 228. l. 1. *idem.* defendit *ἐν τῇ ῥάβδῳ* his locis collatis: *Xenophont.* Memorr. III, 9, 2. *Plutarch.* Vit. Philopoem. p. 657. Steph. et Vit. Demetr. p. 1652. *Joseph.* Antiq. VI, 9. p. 250. Huds. *Luc.* Evang. XXII, 49. et *Matth.* Evang. XXVI, 52.

Pag. 238. l. 4. *idem* vult *ὡς τὸ βαρβαρικὸν*, cum antecedd. junctum: *ut in homine barbaro,* dignitatem multam apparuisse.

Pag. 239. l. 7. *idem* *προβολὴν*, *ipsum contum praetentum.*

Ead. l. 11. *ἄχρις ἐπὶ* (pro *ὑπὸ*) *τὴν πυγήν.*

Pag. 242. l. 8. *ὀδύρονταί τι. τοσοῦτον ἄρα τὸ φίλτρον αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου.* *Courier.* ad Asin. p. 319.

P 252. l. 14. tentat *Seager.* *πῶς* (at legitur *ὅπως*) et legi vult *ὡς.*

Pag. 359. formulam *ἐν τῷ ἀετῷ ἦν* similiter explicat *Courier.* ad Asin. p. 317. sq. ac nos, apte collatis Asin. c. 56. *ἐν ἀνθρώπῳ ὢν* et c. 14. *ὑπόμεινον ἐν τῷ ὄνῳ.* Minus quadrare videtur Necyom. c. 20. *ἐν τῷ τοιούτῳ.*